Please
handle this volume
with care.

The University of Connecticut
Libraries, Storrs

3 9153 00255704 1

Class 874 No. H54m

PECK LIBRARY

DISCARDED E.E.B.

FREE ACADEMY

CH, CONN.

874.5
H78
ZP3

THIS VOLUME DOES NOT
CIRCULATE

877

R/C
9/21/59 YL

Porphyrio, Pomponius

# POMPONII PORPHYRIONIS

# COMMENTARII

# IN Q. HORATIUM FLACCUM.

RECENSUIT

GULIELMUS MEYER
SPIRENSIS.

PECK LIBRARY. NORWICH, CONN. FREE ACADEMY
DISCARDED

LIPSIAE,

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIV.

874.5
H78
Z73

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

AMICORUM
PRISTINO CIRCULO MONACENSI

MEMORIAE CAROLI STRUBE
CAROLO MEISER
ADOLPHO ROEMER
GEORGIO LAUBMANN
ADAMO FLASCH

HUNC LIBRUM DEDICAT
GULIELMUS MEYER.

191620 Gift—Norwich Free Acad. 2/15/55

2809

# PRAEFATIO.

Porphyrionis commentarios in Horatium coniunctis commentariis Acronis saeculo XV exeunte et XVI ineunte saepe editos ediderunt Fabricius Basil. 1555, Braunhard Lips. 1833, Pauly Pragae 1858, Hauthal Berol. 1864—66. ut Porphyrionis commentarios ederem seiunctos, adductus sum his causis.

In multis codicibus carminum Horatii antiquissimis inter uersus et in marginibus scripta sunt scholia ampla. haec in aliis codicibus formata sunt aliter, ita ut scholiis sub nomine Acronis aut a Cruquio editis nonnullorum codicum scholia consonent, multorum discrepent. Acronis nomen cum ne unus quidem codex antiquus inscriptum praeferat, apparet ex uerbis illis uitae Horatii 'commentati in illum sunt Porphyrion Modestus et Helenius Acron omnibus melius' exeunte medio aeuo ab docto quodam homine nomen illud translatum esse. iam si non codicum auctoritatem sed scholia ipsa excusseris, literatum hominem tertio saeculo post Christum haec composuisse negabis. redolent doctrinam ac disciplinam temporum inferiorum. saeculo sexto uel septimo quidam multa ex Porphyrionis commentariis excerpsit, non nulla ex aliorum, affinxit alia ipse. quod quam non sapienter aut docte confecerit, facile cognitu est si inquiras et quae ex Porphyrione non excerpserit et excerpta qua ratione immutauerit. scholia qui describebant et ipsi pro suo ingenio exornabant. sic compluria corpora exstiterunt uaria atque tam inordinata uastaque, ut edituro cauendum sit, ne perdat et operam et chartam, et haud scio an consilium Cruquii conflantis commentatorem illum antiquum non fuerit ineptum.

Non ita res se habet de commentariis Porphyrionis. codex Monacensis saeculo X et complures

exeunte medio aeuo scripti exhibent exceptis scribentium erroribus unum atque idem corpus commentariorum. qui cum inter se optime consentiunt tum conueniunt disciplinae ac doctrinae Porphyrionis, cuius nomen codicibus inscriptum est, qui ante finem saeculi quarti p. Ch. illos conposuit. (cf. indicem 'hodie. hodieque'.) nam et elocutiones et sensus memorabiles uel difficiles demonstrat atque expedit, non numquam quomodo Horatius sententias iunxerit explicat aut res et personas narrat, ad quas uerba poetae pertinent: nixus ubique maxime arte rhetorica atque grammatica. atque adeo recitantium usum eum respexisse apparet ex frequentibus locutionibus 'pronuntiandum est' etc. contra artem criticam (cf. ind. 'legitur') et superiorum commentatorum opiniones neglegit; nam Scaurum et Helenium Acronem semel nominat, aliorum quasdam opiniones tradit dicens 'alii, non nulli, quidam, qui de personis Horatianis scripserunt, putant'; dubitari enim potest de locis quos ad uerba 'dicitur, fertur, traditur' indicaui. ergo si quibus uideatur scriptori mediocris auctoritatis nimis fauisse Henricus Stephanus (ed. Hor. a. 1588. p. 151—168), qui 'quanto magis' inquit 'Porphyrionis commentarios euoluo tanto pluris illum facio', certe propter ipsum Horatium qui legatur dignus est.

Quantum igitur Porphyrionis commentarii ceteris praestant! quod praeter Glareanum (cf. indicem ed. Hor. Frib. a. 1523) et H. Stephanum plerosque non intellexisse mireris, nisi forte excusas uix potuisse intellegere. nam editionibus saeculi XV et XVI Porphyrionis uerba misere corrupta sunt. quamquam H. Stephanus monuerat barbariem illam, quae plerisque locis ea conspurcasset uelut nebula candidis stellis sparsa, detergeri posse codicum auxilio, tamen qui primi codicibus usi sunt, Pauly diligentiae, Hauthal consilii adeo expertes fuerunt, ut res philologis Germanis extiterit dedecori.

Quod cum probassem libello scholastico a. 1870 composito (Beitraege zur Kritik des Horazscholiasten

Porphyrion. Programm des Maximilians-Gymnasiums in München), bibliopola clarissimo auctore hanc editionem paraui.

Et ex codicibus quidem Monacensem (*M*), inter latinos no. 181. 2$^{0}$. s. X. 50 foliorum, elegi secundum quem Porphyrionis uerba constituerem. maxime autem deprauata sunt in hoc codice. saepe enim literae aut uerba mutata, transposita, omissa, addita sunt. deinde ex conpluribus signis apparet commentarios prius in margine carminum Horatii positos multo post ab inprudenti homine separatos esse. is multa scholia transposuit, tum quaedam uidetur miscuisse (cf. E 2, 1, 1; 23. A 50), postremo cum prius scholia cum uersibus coniuncta esse uideantur literis uel figuris quibusdam*), ille inseruit lemmata saepe inepta. haec lemmata, quae non essent Porphyrionis, ipse editurus aeque mendosa ac in codice *M* scripta sunt, intercedentibus uiris doctis correxi inuitus.

Quae genera uitiorum in libello illo scholastico demonstraui; restat unum cuius mira exempla hic ponam. iam H. Stephanus animaduertit 'EO 5, 101 et bene ἐμπαθῶς id est dolenter iuxta parentum commemorationem gemitus insertus est: heu. — curasse Porphyrionem talium uocabulorum interpretationes addere, persuadere mihi uix queo. quodsi tamen ἐμπαθῶς uoluisset Latine reddere, aliter redditurum fuisse, id uero plane persuasum habeo'. haec Stephanus rectissime. an quid facias de scholio illo: S 1, 10, 21 o seri studiorum: ὀψιμαθεῖς id est qui uultu docti sint, an illis EO 5, 47 pro rei atrocitate mira haec idem positura epithesi asperantur et 5, 37 nunc uidetur reddere causam tanti facinoris. epithesis dolo malo consitura. ergo manifestum est interpretationes Graecis uocibus adpositas postea scholiis insertas esse. multi

*) fortasse ex signo q natum est 'quod' S 1, 1, 14. E 2, 1, 110. 'qui' E 1, 18, 39. 'quia' O 1, 13, 6. O 3, 4, 66. cf. Woelfflin proleg. ad Publilium p. XVI.

sic corrupti sunt loci, ex quibus hos adscribo: O 1, 3, 9 *χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη* id est ferreum pectus. O 1, 17, 7. 1, 37, 30 *οὐ θριαμβεύσομαι* id est non triumphabor ab alio. O 2, 1, 1 in parecbasi id est in translatione. O 2, 1, 25 inpotens, non potens id est adynatos sine uirtute intellegendum. O 2, 6, 14. 2, 7, 25. 2, 8, 11 per zeugma id est per coniunctionem. O 2, 15, 18. 3, 1, 27 e contrario est antitheton. O 3, 27, 66. 4, 2, 50 *ὡς φάσαν ἡ πληθύς* hoc est ut dicebant plures. EO 2, 39. 16, 37; 59 [separatio id est] diaeresis. S 1, 5, 46. 1, 8, 39. 1, 9, 78. E 1, 6, 38 2, 1, 187. quibus cognitis fortasse expediri potest res difficilis. Porphyrion ad O 2, 19, 5 mira energia inquit totus hic locus explicatur et E 2, 2, 91 hic elegos: energia, id est alter; porro autem S 1, 2, 132 energos hoc est otiose expressa perturbatiō adulteri non emendandum est actuose aut ex Quintiliano 8, 3, 89 non otiose, sed secutus uiam atque rationem supra demonstratam hoc est otiose necesse est nihil aliud habeas quam uerbi *ἐνεργῶς* interpretationem ineptam. quod manifestius apparebit ex his locis O 2, 12, 28 totum hoc otiositate mira energia expressum est; O 4, 11, 11 non otiosum *ἐνεργῶς* dictum est. item deprauata sunt haec scholia: O 2, 1, 17 significat uim eloquentiae Pollionem idem otiosum in relatione pugnarum inducere et EO 7, 15 elegans otiositas. his locis, id quod saepe euenit, Graeco uerbo omisso, interpretatio restitit, ita ut hic uim eloquentiae *ἐνεργόν* [id est otiosam], illic elegans *ἐνέργεια* emendes.

Iam Latina uerba Latinis intrusa esse et ratione probatur et re. et interpretationes quidem has ineptas quiuis dinoscat: O 2, 6, 14 Hymettos mons est Atticae id est in Attica; cf. S 1, 5, 12. 2, 3, 228; 281. E 1, 8, 14. 2, 2, 34. A 114. deinde tituli aut inscriptiones breues, ut O 4, 4, 1 haec *ᾠδή* ad Drusum, O 1, 35, 1. S 2, 2, 53, carminibus Ho-

ratii antepositae fuisse uidentur in codice archetypo, postea cum commentarii separarentur ipsae descriptae insertaeque uerbis Porphyrionis. itaque si quae inscriptio scholio repugnat, ipsa delenda est: sic scholio S 1, 9, 60 Aristius Fuscus praestantissimus grammaticus illo tempore et amicus Horatii fuit conuincitur inscriptio E 1, 10, 1 ad Aristium Fuscum scriptorem comoediarum. cf. S 1, 7 et 2, 4 init. postremo est ubi duo scholia aut adeo sint eadem aut tam contraria sibi, ut alterutrum Porphyrionis non possit esse. e. g. O 2, 5, 6 nunc fluuiis grauem solantis aestum.] elegantius dici non potest, quam hoc dicitur 'fluuiis grauem solantis aestum' quod significat 'refrigerantis'. solantis aestum.] solans aestum pro refrigerante gratissime dicitur; uel S 2, 3, 83 Anticyra .. et est Propontidis insula: A 300 locus est in Achaia Anticyra, ubi elleborum nascitur. cf. O 1, 15, 32. 1, 25, 10. 1, 37, 20. 1, 38, 7. 2, 17, 14. 3, 3, 25 (Helenae). 3, 11, 13. 3, 15, 13. S 2, 6, 12 fin. E 1, 1, 62. quamuis de his scholiis et de quibusdam quae Porphyrione quis dixerit indigna nonnihil certi comprobari possit, tamen de aliis pluribus res destituta certis argumentis uergit ad licentiam libidinemque iudicandi, qua ut alioquin taceat in suum quisque usum fruatur.

Erunt qui commentarios sperent minus deprauatos esse in *aliis codicibus*. ex quibus inspexit Pauly Guelferbytanum no. 85 inter Gudianos s. XIV, Hauthal Parisinum no. 7988 s. XV, Bernensem no. 516 s. XV, uarias lectiones quas Petrus Daniel in ed. Basil. a. 1555 adscripsit; ego hic illic Guelferbytanum codicem et lectiones a Petro Daniele notatas consului. quamquam autem homines docti qui hos codices scribebant quaedam ipsi alia ex scholiis Acronis correxerunt, difficillimo quoque loco apparet melioris notae librum quam Monacensem neque illis fuisse neque nobis esse.

*Editionibus* saec. XV et XVI multa corrupta,

pauca emendata sunt; quas qui excusserit, id quod ego neglexi, qua editione quaeque emendata sint poterit docere.

Plus auxilii ferunt ad emendanda uerba Porphyrionis ea quae inde excerpta inueniuntur in *ceteris commentariis.* sed caute agas uelim: nam qui excerpserunt iidem expoliuerunt.

Ego rem sic egi: primum commentarios ad singula carmina in codice Monacensi scriptos identidem meditabar, deinde scholia sub nomine Acronis edita ab Hauthalio, commentatorem a Cruquio conflatum, scholia codicis Bambergensis et Monacensis no. 374 et fragmentorum Scheftlarnensium (quae similia codici A, Paris. 7900, collegi de tegumentis codicum Scheftlarn. monasterii), si quid utile ferrent perquirebam, postremo inspiciebam editiones commentariorum Porphyrionis a Paulyo et Hauthalio paratas. quibus confectis singulos commentarios describebam de codice Monacensi quam accuratissime et apparatum criticum componebam, ita ut si quae emendata uiderentur a codice *M* recederem et has lectiones atque coniecturas dignas adscriberem.*) at commentarii ad epistulas 16—20 primi libri et ad primam et secundam alterius misere deprauati sunt. itaque ne monstris uerborum scaterent columnae etiam coniecturas ueri similes admisi. qua in parte commentariorum quum superiores editores suo officio plane defuissent, ‘per uacuum posui uestigia princeps’, ita ut si audacius non numquam rem egerim, excusatione rei criticae in summa difficultate constitutae recte defendam.

Scripsi Romae mense Decembri a. 1873.

GULIELMUS MEYER.

---

*) ς = Porphyrionis codices (praeter *M*) et editiones omnes aut complures. Latinae uoces *litteris inclinatis* expressae desunt in cod. *M*

# POMPONII PORPHYRIONIS
## COMMENTARII
## IN Q. HORATIUM FLACCUM.

---

### Uita Horatii.

Quintus Horatius Flaccus poeta lyricus libertino patre natus patria Uenusia ortus dubium Apulus an Lucanus ut ipse confitetur: Nam Uenusinus arat finem sub utrumque colonus, puer admodum Romam cum parente migrauit, ut ipse dicit: Romae nutriri mihi contigit atque doceri. quem cum pater misisset in ludum litterarium, paucissimis eruditus inpensis angustias patris uicit ingenio. Athenas petit iuuenis et ibi interpellantibus sese ciuilibus bellis Bruti secutus est partes. a quo militari tribunatu honoratus non ut ceteri in partibus uictis perseuerauit. sed cum carmini incumberet, captus a Caesare [et] post magnum tempus beneficio Maecenatis non solum seruatus sed etiam Caesari in amicitiam traditus. unde in honorem Maecenatis quaedam scripsit ut: Maecenas atauis edite regibus et beniuolentiam Caesaris carmine prosecutus, ut est illud: Neu sinas Medos agitare inultos te duce, Caesar.

---

4 serm. 2, 1, 35  6 ep. 2, 2, 41  17 od. 1, 1, 1  18 od. 1, 2, 51

---

1 UITA ORATII, *inde incipit M*  2 QUI ORATIUS FLAC|cus *M*  3 aenusıa, u *s. l. addita, M*  11 militari (militiae?) tribunatu *nos:* mılıtıa trıbunatus *M*  14 et *deleui*  15 seruatus est sed?  19 agıtare *M:* equitare *Hor. codd.*

scripsit lyrica, carminis auctorem secutus Alcaeum, quem in opere suo ita iactat: Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos, artis poeticae unum, epodon unum, epistularum duos, sermonum duos, Lucilium secutus antiquissimum scriptorem, cuius ita meminit dicendo: Lucili ritu nostrum melioris utroque, et saeculare carmen, quod celebratum publicis uotis, felix futurum posteris omen.

## ODARUM LIBER I.

Ad Maecenatem. Maecenas atauis edite regibus. hac ode Maecenatem adloquitur indicans alium alio studio teneri *rerum*, quae adpetantur uel ludicri cupiditate uel gloriae; se autem putare inter deos relatum iri, si numero lyricorum poetarum adscriptus fuerit. Maecenatem ait atauis regibus editum, quod a nobilibus Etruscorum ortus sit. 5 palmaque nobilis terrarum dominos euehit ad deos. ambiguum, utrum nobilis deos an nobilis palma. 7 mobiles Quirites ait referens ad uulgi leuitatem. loquitur autem de eo, qui fauorem uulgi captans optet, cum ingressus sit theatrum, plausum sibi edi a populo. sic enim excipiebantur in theatro principes, de quibus bene populus sentiebat. hos enim plausus tergeminos honores ait. 12 Attalicis condicionibus id est: regiis opibus. Attalus autem rex Pergamenorum fuit, cuius hereditate populus Romanus locupletatus fuerat. est autem sensus: quicumque consuerit agrum suum

---

2 od. 3, 30, 13 6 serm. 2, 1, 29

---

1 alceum *M* 4 Lucilhum *M* 6 ritum *M* 7 celebratur? 8 posteris: posterius *M* 9 POMPONI· PORFYRIONIS COMMENTUM· IN HORATIUM FLACCUM· *M* 13 rerum *addidi: om. M,* eorum ς lucri ς 14 relatu *M* 23 theatrum *M cf. 1, 20, 5* 27 p̄r. *M*

colere, numquam sollicitetur ad nauigandum, etiamsi regias opes promittas, ut hoc faciat. 13 Cyprea trabe pro: cypro abundante; cypreis enim clauis naues figuntur. 16 mercator m. o. e. o. l. r. s. r. m. r. r. q. sensus est: mercator cum tempestatem in mari patitur, abhorret nauigare et optat iam rusticam uitam in patria sua colere; mox ubi euaserit periculum, eandem uitam repetit; per quod colligit neminem posse aliquid agere, quam quod consuerit. 19 est qui nec u. p. M. ordo: est qui nec spernit. dicit autem alios uita lautiore delectari. 22 ad aquae c. id est: apud fontem; omnes autem fontes sacri habentur, et ideo caput sacrae aquae ait. 25 manet sub Ioue frigido ac per hoc 'sub caelo'. dicit autem alios studio uenandi plerumque in siluis pernoctare. 27 fideles catulos melius generaliter accipimus, quam ut uenationi tantum eos fideles intellegamus. nam et Lucretius 'Fida canum uis' dixit. ergo quod semper dominis fideles sunt intellegamus. 29 me doctarum h. p. f. praemia doctarum frontium hederas ait, quia his poetae coronantur. unde et Uergilius ait: Atque hanc sine tempora circum Inter uictrices hederam tibi serpere laurus. 31 Nymfarumque leues cum s. c. per ea se egregiam gloriam dicit consequi, de quibus canit; fere enim lyrico carmini materia de nemoribus ac fontibus est et si qua sunt his similia aut proxima. 32 secernunt populo id est: de grege uulgi tollunt, ac per hoc: sublimem faciunt. 33 Euterpe cohibet. ut si diceret: si tamen Musae non denegant mihi studium cantus sui. 34 Lesboum barbiton. barbiton

---

18 Lucr. 6, 1222 22 Buc. 8, 12

---

3 cypri is *M* cupro . . cupriis ς 9 aliquid *M* cf. Tac. Ann. 1, 4: aliud quid *Pauly* 14 frigid. *M* 20 ductarum *M bis* 23 hederas . . laurum *M* 24 cum *om. M* ea se *nos:* eas *M* 29 sublimem, em *ex* en *corr., M* cohibente *M* 31 barbitton *(prius) M*

organi genus est in modum lyrae. Lesboum autem dixit referens ad Alcaeum et Sappho lyricos poetas, quos in Lesbo insula natos esse manifestum. 35 lyricis uatibus. 'Graecis' utique intellegendum. nam nondum erant Romani.

## ODE 1, 2.

Iam satis terris niuis atque dirae g. m. p. pro: in terras misit. post occisum Gaium Caesarem, quem Cassius et Brutus aliique coniurati interfecerunt, multa portenta sunt uisa. Tiberis etiam ita creuit, ut prodigii loco haberetur; qua in inundatione Tiberis ad periculum ruinarum alio duxit solum. haec autem omnia uult uideri in ultionem occisi principis facta et poenam eorum qui bella ciuilia agere non desinebant. 6 saeculum Pyrrae. Pyrra questa est noua monstra mundo accidisse interitu generis humani. 9 piscium et g. ho. leuiter in re tam atroci et piscium et palumborum meminit, nisi quod hi excessus lyricis concessi sunt. 11 et superiecto p. n. a. d.: superiecto aequore id est: super terras iacto, illa scilicet diluuii inundatione. 11 *pauidae dammae. sic Uergilius:* Timidae uenient ad pocula dammae. 13 flauum Tiberim. sic et Uergilius: Uerticibus rapidis et multa flauus harena. 14 litore Etrusco u. u. constat uiolentia maris repulsum Tiberim redundare solitum effundi super ripas suas, quod hic nunc monstrose factum dicit. litus autem Etruscum Tyrrheni id est Tusci maris [repul-

---

21 Buc. 8, 28 23 Aen. 7, 31

---

2 saffo *M* 10 etiam ς: enim *M* 11 qua . . *12* solum, *quae in M post 15* desinebant *leguntur, transposui* qua in *nos:* quam *M* inundatione *Hauthal:* inundationis *M* 13 omina ς 15 quaesta *M* 16 interito *M* 18 hu *M* 21 pauidae . . Uergilius *om. M* 22 timidae. u. ad. p. d. *(sic) post 24* harena *in M leguntur* 25 *in M scholia sic posita: ad uers. 15, 14, 19, 17* 26 tyberim *M* 28 repulsum Tiberis *deleui*

sum Tiberis] litus accipit, in quod Tiberis exit. 15 ire deiectum monumenta regis. monumentum non sepulcrum tantum dicitur, sed omne quidquid memoriam testatur. regis ergo Numae Pompilii significat. 17 Iliae dum se n. q. i. u. u. Ilia auctore Ennio in amnem Tiberim iussu Amulii regis Albanorum praecipitata; antea enim Anieni matrimonio iuncta est. atqui hic loquitur, quasi Tiberi potius nupserit. querenti autem Iliae caedem Caesaris intellegendum. 19 Ioue non probante, quod terreri Iuppiter populum iusserit, non perire. 21 audiet c. a. f. ἀσυνδέτως transiit. sic intellegendum: itaque audiet rara iuuentus maiores suos acuisse ferrum. non pugnas parentum sed uitio parentum rara iuuentus, quia bello ciuili sub Caesare et Pompeio, deinde sub Augusto et Cassio atque Bruto Romani se ipsi confecerunt. 25 quem uocet diuum p. r. iterum ἀσυνδέτως transiit et fere morem hunc habet sine coniunctionibus transeundi. ceterum subaudienda hic est coniunctio 'ergo'; sic enim fit plerumque; 'ergo quem uocet diuum populus'. 27 minus audientem c. U. offensam scilicet scelere eorum, qui Caesarem occiderunt. 30 tandem u. p. n. c. u. a. conuersus est ad Apollinem, qui Actiaco bello Antonium obpressit. 33 siue tu mauis Erycina ridens que. i. c. e. c. potest et ridens Iocus et Erycina ridens accipi. et est Homericum Erycina ridens secundum illud Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. 35 siue neglectum gens. a. ad Martem hoc pertinet, quem inuidiose arguit genus suum id est Romanos negle-

---

6 Ann. I, XXXVIII Vahl.

---

1 quo *M* 3 omnıa *et* memorıa *M* 6 amullıı *M* aluanorum *M* 7 enim *del. Ritter* 8 atqui *nos:* atque *M* 14 non . . *17* confecerunt *post 21* populus *leguntur in M* 15 bella cıuılıa *M,* per bella ciuilia *Pauly* 17 confıcer̄ *M* uoces *M* 24 antonınum *M* 25 ridens *in lem. om. M* 27 et: ıd *M* 28 ΦΙΛΟΜΗΔΗC ΑΦΡΟΔΙΤh *M* 29 gens a = g. e. n. r. a. 30 rccmonos, cc *in* o *corr., M*

xisse, quod passus sit eos bello ciuili uastari. 37 heu nimis longo s. l.: ludo belle pro: bello; hic enim uidetur lusus esse Martis. 39 acer et Mauri peditis cruentum q. i. h. Mauri pro cuius libet accipe bellicosae gentis; speciem enim pro genere posuit. 41 siue mutata iuuenem figura. adulatur Augusto, Mercurium eum dicens esse. 45 serus in caelum r. suauiter optat Augusto [mercurium], ut diu uiuat. 47 neue te nostris uitiis iniquum o. a. t. bene haec dicuntur, quia ad Mercurium uidetur loqui, qui uolucer deus est. simul eleganter et illud oblique optat, ut post excessum Augustus diuus factus recipiatur in caelum. 47 nostris uitiis i. utrum ad bella ciuilia referens ait, an latius et hoc intellegetur? 48 ocior aura tollat. pro 'ocius tollat'; *σχῆμα ὑπαλλαγή*.

ODE 1, 3.

Sic te diua potens Cypri. ad nauem loquitur qua Uergilius Athenas petierat, adorans eam, ut eum incolumem perferat. 2 sic fratres Helenae lucida sidera. *σχῆμα ἐπεξήγησις*, quia fratres Helenae lucida sidera sunt, ut Uergilius: Effugimus scopulos Ithacae Laertia regna. constat autem hodieque inter nautas Castoris et Pollucis stellas plerumque nauibus manifestas esse. 4 *Iapyga:* Iapyx uentus a regione unde flat dicitur. Iapygia autem est, quae nunc Apulia appellatur. sic ergo optime hoc uento ex Italia Athenas nauigatur, et idcirco optat, ne alius flet quam ipse nauiganti Uergilio. 5 quae tibi c.

---

22 Aen. 3, 272

---

2 uelle *M* 3 ludus ς 12 obtat *M* 14 ex hoc *M* intellegitur ς 15 ocıora *M* 20 ıncolumēn *M* 21 ΕΦΕΞΗΓΗCIC *M* 22 ut . . *23* regna, *quae in* M *post 25* esse *leguntur, transposui* 23 ıtha caelestıa *M* 25 manifestas *nos:* ınfestas *M* Iapyga *om. et* Iapıx *M* uentus a *nos:* uentosa *M* 27 sıc *M:* dicit ς optımo *M* 28 nauigatur *nos:* nauıgarı *M*

d. U. ambiguum utrum debes finibus Atticis an finibus Atticis reddas accipiendum sit. 8 et serues animae dimidium meae. suauiter hoc dictum secundum illam amicitiae definitionem qua philosophi utuntur: *μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασι κειμένη.* 9 illi robur et aes t. c. e. exsecratur eum, qui primus ausus sit nauigare dicitque eum durissimo corde ac pectore fuisse, qui tanta pericula non timuerit. habet autem hic quiddam Homericum: *Χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη* id est ferreum pectus. 14 nec rabiem noti quo n. a. han. arbitrum pro rectore posuit. significat autem in Adriatico sinu neminem magis Noto uento saeuire; per quod uidetur ibi dominationem exercere uel ad extollendos fluctus cum saeuit, uel ad placandos cum flare desinit. 17 quem mortis timuit g. q. s. o. mons. natantia. quam mortem, inquit, abhorrere potest, qui monstra maris et asperrima saxa sine lacrimis uidere potuit? 20 infamis scopulos ait propter atrocitatem naufragiorum, quae ibi multi patiuntur. Ceraunia montes sunt Epiri. 21 nequiquam d. a. p. o. d. r. prospexerat, inquit, natura hominibus, ut terrae, quibus sine periculo uteremur, a mari discernerentur, sed hoc frustra, cum iam audeat humana temeritas etiam mari se committere. 27 audax Iapeti genus. Prometheum significat, de quo nota fabula est, ignem eum furtim a caelo hominibus adtulisse et inuexisse terris multas calamitates. 29 post ignem aetheria domo sublat. Hesiodus ait, cum ignis a caelo furto Promethei subductus esset, Pandoram inmissam terris poenae causa; nam per eam mulierem patefacto dolio erupisse omnium pestium genera, qui-

---

9 Ilias 2, 490    29 Εργα 47

---

5 ΔΥCIN *et* ΚΕΙΜΕΝΗ *M*    10 ЄΝΙΗ *M*    11 notı *et* 13 noto h *supras.* *M*    16 timuit: ıt *M*    somnos *M*    30 celo *M*    31 causam *M*    32 pestıum, ar *supersc.*, *M*

bus homines laborarent. secundum eam opinionem haec dicuntur.

ODE 1, 4.

Soluitur acris hiemps grata uice ueris et Fauoni. haec ode ad L. Sestium consularem scripta est, qua describens uerni temporis gratiam cohortatur ad laetiorem indulgentioremque uitam, admonens mortem aequaliter omnibus inminere. 1 grata uice veris et Fauoni. Fauonium uentum, qui *Ζέφυρος* Graece appellatur, ueris tempore incipere flare et Uergilius testis est, qui sic ait: Uere nouo gelidus canis cum montibus umor Liquitur et zephyro putris se gleba resoluit. 10 terrae solutae utrum 'liberae et cultui non inseruientes' intellegendum, ut prata significare uideatur, *an* 'tempore et aestu aeris solutae, quae paulo ante frigore hiemis strictae erant'? sic et Uergilianum illud se habet: Et zephyro putris se gleba resoluit. 11 nunc et in umbrosis f. d. i. l. sic et Uergilius ueris tempus aptum rusticis ad sacrificandum dicit, quia tunc somni dulces et tunc mollissima uina.
12 seu poscat agna. adtende feminino genere agnam maluisse dicere quam agnum secundum illud Uergilianum: Et caesa iungebant foedera porca. nescio quid enim quaedam eloquutiones per femininum genus gratiores fiunt. 13 pallida mors aequo pulsat pede. per tabernas uulgares domos significat, per turres altiores. 18 nec regna uini sortiere talis. hoc ad magisteria conuiuarum pertinet, quae talorum iactibus sortiri solitos et Plautus significat in Captiuis, item in Asinaria.

---

11 Georg. 1, 43 18 Georg. 1, 44 21 Georg. 1, 342, 341 24 Aen. 8, 641 31 Capt. 1, 1, 5 Asin. 5, 2, 54

---

5 publıum *M* 9 zyfırus, y *in* e *corr.*, *M* 12 *et* 18 zefyro *M* 13 glęua *M* 15 an *om. M* temperie *et* ueris ς *fort. recte* 21 uını *M* 22 poscat agnā *M* 27 pedes *M* p. & tabernas *M* 29 sorcıere *M* 30 actıbus, ı *a m. 2. anteposita, M*

## ODE 1, 5.

Quis multa gracilis te puer in rosa perfusus liquidis urget odoribus. Pyrrham meretricem adloquitur, cuius calliditatem ignorans ait se quoque in amorem eius inplicitum susceptis uotis tandem euasisse. 1 gracilem pro tenero posuit. teneri enim adhuc graciles solent esse et puellae et adulescentes. 5 heu quotiens fidem m. deos f. et as. per allegoriam haec dicuntur, quibus significat tempestatum modo mutabiles esse meretricis huius blanditias. 12 miseri quibus int. n. miseros eos ait, quibus ignota et inexperta sit huius meretricis fraudulentia. se autem more eorum, qui euaserunt maris pericula, uota soluisse, quod amore huius liberatus sit. uidemus autem hodieque pingere in tabulis quosdam casus, quos in mari passi sint, atque in fanis marinorum deorum ponere. sunt etiam qui uestem quoque ibi suspendunt, diis eam consecrantes. 13 me tabula sacer uotiua paries indicat uuida: me sacer paries per tabulam uotiuam indicat maris potenti deo uestimenta suspendisse.

## ODE 1, 6.

Scriberis Uario fortis et hostium uictor Maeonii carminis. Agrippam adloquitur, cuius rebus gestis negat se lyrico carmine satisfacere posse, ideoque potius a Uario eas scribi debere. fuit autem L. Uarius et epici carminis et tragoediarum et elegiorum auctor, Uergilii contubernalis. 2 Maeonii carminis alite. ut si diceret 'Homericis auspiciis' ac per hoc 'Homerica sublimitate'. notum est autem inter opiniones, quae de natalibus Homeri feruntur, etiam hanc esse, quasi Maeonis filius fuerit. 3 quam

---

3 Pyrham *M* 4 ignorantem? 11 mıserıa sıt. n. *M* 14 uoluısse *M* 20 magıs *M* 23 scrıpserıs . . maeonı *M* 26 eas *Pauly:* ea *M* 27 epici *nos et L. Müller Rhein. Mus.:* ıpse *M* 28 maeaonı *M*

rem cumque ferox nauibus aut equis miles te duce gesserit. figurata eloquutio; nam cum dixisset scriberis, intulit quam rem miles gesserit te duce; simplex autem haec eloquutio erat: scribentur res, quascumque miles gesserit te duce. 7 nec cursus duplicis per mare U. amphibolum; nam et duplicis Ulixei intellegi potest, quod significat 'callidi', et potest duplicis cursus per accusatiuum pluralem accipi, id est: itus ac reditus. 8 nec saeuam Pelopis domum. notae historiae sunt de Tantali genere, ex quo Pelops ortus, deinde Atreus et Thyestes, deinde Orestes, de quorum sceleribus tragoedias uidemus conpositas, quarum stilus non nisi sublimitate ornatur, cui se negat hic poeta sufficere.

12 culpa deterere ingenii. belle: culpa ingenii. humanum uitium autem non aliud quam humilitatem uult intellegi. deterere autem 'minuere' significat ex consequenti, quia, quae deteruntur, minuuntur.

13 quis Martem tunica tectum adamant. id est: quae perrumpi non possit; adamas enim lapis durissimus. figurate autem negat se posse res bellicas scribere, uerum Uarium potius, qui sit Homerico spiritu. 17 nos proelia uirginum sectis unguibus. non iuuenes sectis unguibus sed acrium in iuuenis quamuis unguibus sectis. 19 cantamus uacui. utrum 'cum uacui sumus', an 'ideo haec cantamus quia uacui sumus' id est 'a negotiis liberi'; quod magis uidetur sensisse, cum subiciat: non praeter solitum leues id est: ex consuetudine leues.

## ODE 1, 7.

Laudabunt alii claram Rhodon. hac ode Munatium Plancum consularem adloquitur, qua indicat se

---

3 scripseris *M* 6 duplices *et* amfibolum *M* 7 ulixi *M* 8 et potest *nos:* potest & *M* acussatiuum *M* 9 istus, i *supra* u *addita, M* 15 deserere *M* 16 humanum: humum *M,* huius? 17 deterrere *M* 18 deter runtur *M* 20 adamans *M* 33 quia *M*

praecipue Tiburtina regione delectari omnibusque eam sua sententia praeponendam adfirmat. 1 claram Rhodon. propterea claram, quod soli sit obposita, dicit; de qua et Lucilius sic ait: Carpathium Rhodus in pelagus se inclinat apertum. 2 bimarem Corinthum appellat, quod Isthmo obposita Cenchreo ac Lechaeo sinu adluitur. 9 aptum dicit e. A.; Homericum est; sic enim de hoc ille: *Ἄργος ἐς ἱππόβοτον.* 10 me nec patiens Lacedaemon. hoc propter *διαμαστίγωσιν* uidetur dicere. 12 quam domus Albuneae. Albuneam deam esse in regione Tiburtina fontis praesidem et Uergilius testis est, qui in septimo sic ait: Lucosque sub alta Consulit Albunea nemorum quae maxima sacro Fonte sonat. 13 Tiburni lucus. Tiburnus conditor Tiburis est, cuius fratres Catillus et Coras, quorum Uergilius meminit: Catillusque acerque Coras Argiua iuuentus. 13 uda pomaria: riuis inrigua intellegi uult.

15 albus ut obscuro deterget nubila caelo saepe notus. hanc oden quidam putant aliam esse, sed eadem est; nam et hic ad Plancum loquitur, in cuius honorem et in superiore parte Tibur laudauit. Plancus enim inde fuit oriundus. album autem Notum dixit, ut Graeci *λευκὸν νότον*, quod serenum faciat.

22 tamen uda Lyaeo tempora. *ὑπαλλαγή*; ipsum enim udum Lyaeum intellegi oportet, id est: uinum. 23 populea fertur uinxisse corona. bene

---

4 fr. 14, 3 (Müller) 13 Aen. 7, 83 17 Aen. 7, 672

---

3 clara quod *M* 4 Rh. Car. *M* 6 cbrnthum, o *et* ı *supra sc., M* 7 cencreo. alecheo *M,* ac *nos* 8 ılle· menec patıens lacȩdaemon· hoc propterecc proc& ΙΠΠΟΒΑΤΟΝΔΙΑΜΑCΤΙѠCΙΝ uıd&ur *M,* propter *διαμαστίγωσιν L. Müller de re metrica p.* 462 11 domus albunea *M* esse *nos:* & *M*

14 maxımas. ft. *M* 15 locus *M* 16 cathıllus & choras *M* 17 cathıllus *M* 23 honore *et* tybur *M* 24 notum, h *supra sc., M* 26 ΥΠΑΜΓΗ *M*

non qualibet sed populea corona propter fortitudinem animi; nam haec arbos in tutela Herculis est.

29 ambiguam Salamina nunc duplicem intellegamus, quoniam alteram Teucer in insula Cypro condidit, patria a Telamone patre eiectus. 30 o fortes peioraque passi. ut Uergilius: O passi grauiora deus dabit. 31 nunc uino pellite curas. cras ingens iterabimus aequor. quidam stulte ab itinere uerbum fictum putant, sed nequaquam sic accipiendum, cum simplicior eloquutio magis rationem habeat. Teucer enim mari uenerat, quia patria eiectus est, et cras [ingens iter.] ut iterent nauigationem, socios hortatur.

ODE 1, 8.

Lydia dic per omnes te deos oro. haec Lydia amica uidetur fuisse Sybaris nomine adulescentis, cui inputat, quod amore sui inplicitum residem fecerit exercitationum campestrium. 3 cur apricum oderit campum p. p. at. cur nunc oderit campum, qui alioquin patiens pulueris atque solis sit aut fuerit. 6 Gallica nec lupatis temperat ora frenis. Gallica ora pro ‘Gallicorum equorum ora’. lupata autem frena sunt aspera; de quibus et Uergilius sic ait: Et duris parere lupatis.

8 cur timet flauum Tiberim t. qui in campo Martio exercebantur, etiam natabant post exercitium, quia et hoc uidetur necessarium militiae esse.

11 saepe disco saepe trans finem i. n. ex his accipiendum ‘trans finem nobilis expedito’, ut sit: saepe disco trans finem expedito [saepe] nobilis saepe iaculo. dicit autem eum gloriose et discum et iacu-

---

6 Aen. 1, 199  24 Georg. 3, 208

---

2 tutelam *M*  5 patrıam *M*  12 et cras [ingens iter.] *nos:* errans ingens iter *M*  19 p. p. at: prat. *M*  nunc *A:* non *M*  21 temperat: semper *M*  23 lupatı *M*  26 exertıcıum *M*  29 expedıtıo ut *M*  30 expedıto ı *supra sc. M*  31 ıacculum *M*

lum misisse. 13 quid latet ut marinae filium dicunt Thetidis. *σύλληψις*, quia ex eo, quod est latet, latuisse accipiendum est. 16 et Lycias proriperet cateruas. manifeste hic Lycias pro Troianis posuit.

ODE 1, 9.

Uides ut alta stet niue candidum S. Thaliarchum ad laetiorem uitam hortatur, ut lusibus adulescentiae, quamdiu aetas permittit, utatur. notandum autem quod neutro genere Soracte dixerit, cum uulgo Sorax dicatur. est autem hic mons in Faliscis. stet autem 'plenum sit' significat, ut Ennius: Stant puluere campi, et Uergilius: Iam puluere caelum stare uident et in Bucolicis: Stant et iuniperi et castaneae hirsutae. 4 flumina constiterint acuto. utrum ad sensum frigoris pertinet quod uelut pungat, an quod concretum uelut uitrum acutum sit? 5 super foco. 'super focum' uidetur dicere debuisse, sed frequens est in hac figura Horatius, ut Destrictus ensis cui super inpia ceruice pendet. 6 atque benignius deprome qua. S. T. m. d. diotam amphoram dicit, quod ansae eius uelut aures sint; ergo Graeca appellatione hoc dicitur. 14 quem fors d. c. d. l. a. ordo est: quemcumque dierum fors dabit lucro adpone. per quae dicit, unumquemque diem uitae nostrae nos de lucro computare debere eo, quod mors cottidie possit accidere. 15 nec dulcis amores sperne puer, pro:

---

12 Ann. fr. 127  13 Aen. 12, 407  14 Buc. 7, 53  20 od. 3, 1, 17

---

1 marıne &ıd thethıdıs CYNΛHMΨIC *M*  3 lıcıas prorıp&r& catesuas *M*  7 Thalı arcum *(ante* a *ras.) M*  9 permıttıtur . notandum *M*, cum lusibus *et* permittit *clm. 375*  11 st& *in ras. M*  14 uıdes *M*  ıunuperı *M*  15 flumıne constıt&Rınt *M*  17 concretum *nos:* fr&um *M*  21 deprome *om. M*  qua.: que *M*  22 amforam *M*  25 lucrı *M*  per quae *Pauly:* per quam *M*  28 dulcıs a. s. p. *M*

dum puer es, noli spernere. 17 donec uirenti canities abest morosa id est: senectus difficilis; nam morosi dicuntur multorum morum inter se contrariorum. 20 conposita pro constituta. 21 nunc et latentis p. i. g. p. r. a. grate dictum. sic enim puellae solent uerecundiam sexus cum libidine miscentes abscondere *se* sequentibus amatoribus et rursus ut inueniantur risu se prodere. tale est illud Uergilii: Et fugit ad salices et se cupit ante uideri. 24 male pertinaci. belle: male pertinaci, quia fingunt se retinere, cum uelint sibi adimi, ut iustas habeant causas, propter quas ueniant.

ODE 1, 10.

Mercuri facunde nepos Atlantis. hymnus est in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta. facundum autem Mercurium dixit, quia orationis inuentor est, nepotem Atlantis, quia Maiae filius est, Maia autem una ex Atlantidibus. 3 uoce formasti. notum est Mercurium inuentorem existimari sermonis palaestrae lyrae et furtorum. 5 magni Iouis et deorum nuntium. *σχῆμα* lexis hoc et Uergilius: Amphitryoniadae magno diuisque ferebat. 7 iocoso furto. bene 'iocoso'; non enim illo, quod ad auaritiae fraudem spectat; deinde ipse docet, quid sit 'iocoso furto'. 9 te boues olim nisi reddidisses .. amotas. *ordo est:* dum te puerum Apollo olim minaci uoce terret nisi boues reddidisses per dolum amotas, pharetra uiduus risit. fabula haec autem ab Alcaeo ficta. et iterum Mercurius idcirco traditur fu-

---

9 Buc. 3, 65  21 Aen. 8, 103

---

1 donec coırent canıtıaes morosa *M*  5 lactentıs *M*  7 se *om.* *M*  10 quıa se fıngunt se *M*  17 atlantıs, h *sup.* at *sc.*, *M*  21 *σχῆμα* lexis hoc *nos*: CXHMOΛЄΞΙΣ hoc *M*, *σχῆμα λεξεως uel λεξις*. Hoc ς  22 ferebant *M*  23 quod ad: quı dat *M*  25 tebobıes solum *M*  26 ordo est *om.* *M*  27 terre nısı bobıes *M*  28 faretra *M*  29 ficta est. uerum?

randi repertor, quia oratio, cuius inuentor est, animos audientium fallit. 11 uiduus pharetra risit Apollo. belle uiduus pharetra pro 'uiduatus pharetra' id est priuatus. 14 Ilio diues Priamus relicto. diues Priamus. oportune ἐπίθετον nunc dicitur, quia tantum scilicet auri habuerit, quod filii corpus exemit. Mercurio autem duce dicitur ad Achillen uenisse, qui custodibus somnum misit, uel quod aurum sub tutela sit Mercurii. 15 Thessalos ignes, cum ad Achillen uenit propter Hectoris corpus redimendum. 15 iniqua Troiae pro eo quod est 'inimica'. 17 laetis sedibus: Elysiis campis. 18 coer. turbam leuem, umbrarum scilicet. aurea uirga id est caduceo.

## ODE 1, 11.

Tu ne quaesieris [leuconoen]. Leuconoen adloquitur, quae sollicita de uita sua mathematicos consulebat; suadet autem omissa cura futurorum unum quemque diem de lucro conputans laete exigat. 2 Babylonios numeros mathematicam intellege; Babylonii enim astrologiam inuenisse traduntur, per quam genesis colligitur. 3 ut melius quidquid erit pati. hinc uidetur alter sensus incipere, ut sic claudatur: ut possis melius pati quidquid est, sapias, uina liques. ergo subaudiendum hic uerbum extrinsecus, quod est 'possis'. sapias pro 'si sapias' ueterum consuetudine dictum. 5 quae nunc oppositis d. m. 'hiemps mare pumicibus debilitat' suauiter dictum, quia inlisi fluctus in saxa debiles redduntur: hoc est: uires amittunt. 6 et spatio breui spem longam reseces.

---

2 faretra *ter M*   4 diues Priamus oportuno ἐπιθέτῳ ς *fort. recte*   relıctor *M*   6 habuerıs *M*   ut . . exemerit ς   7 uenisse: uenit *M* quia?   9 Thessalos . . *10* redi. *post 11* inimica *in M sunt*   12 aelysııs *M*   *coer. turbam:* contra *M*   13 umbrarum *nos*: umbram *M*, umbras ς   19 la&a *M fort. recte*   babylonıs *M*   24 Unalıquıes *M*   26 passıs *M*   27 hiemps *Pauly:* gemps *M*   30 et spatio . . *16, 2* porrigere *ante 22* ut *sunt in M*

grate; id est: cum spatium uitae breue sit, noli in longum spes tuas porrigere. 8 carpe diem q. m. c. p. metaphoricos ‘primo quoque’ inquit ‘die fruere’. translatio autem a pomis sumpta est, quae scilicet ideo carpimus ut fruamur.

## ODE 1, 12.

Quem deum aut heroa lyra uel ac. s. c. c. hoc a Pindaro sumpsit. continet autem haec ode laudes deorum ac principum Romanorum. 3 iocosa nomen imago: echo, quia uelut ludens respondet; imago autem dicitur, quasi imitago; Helicon autem mons est Boeotiae Musis sacer, Pindus Thessaliae mons. Lucanus: Pindus agit gemitus. 7 unde uocalem t. i. o. i. s. quid est temere? utrum ‘inordinate et passim atque confuse’, an uero ‘sine cunctatione et facile’. 9 arte materna id est: musica. Orpheus enim Calliopae Musae filius. 11 blandum et auritas fidibus c. d. q. blandum ducere sua figura dixit ut: Callidum quidquid placuit iocoso condere furto. 11 auritas quercus. audenter dictum, relatum tamen ad id quod cantu mulcerentur.

13 quid prius dicam solitis parentis. solitis laudibus utrum ‘mihi solitis’ an ‘uulgo’? 17 unde nihil maius generatur ipso. unde aut ad Iouem aut ad mundum refertur. unde autem ita positum, ut: Genus unde Latinum pro ‘ex quo’.

21 neque te silebo Liber. adtende, quod promittat se dicturum de his, non tamen dicat. 25 puerosque Ledae. Graeca consuetudine pueros pro filiis. Castorem et Pollucem significat. 27 alba nautis stella. nunc ‘candida et benigna’, ut e con-

---

13 Luc. 7, 482 19 od. 1, 10, 7 26 Verg. Aen. 1, 6

---

1 conspatıum, o *in* v *corr.*, *M* 3 m&aforıcos *M* 7 heroam *M* 10 echo: et hoc *M* 13 agens *M* 22 *schol. uers. 13 post sch. u. 17 positum in M* parentes *M* 23 solıtus an *M* 26 lat. *M* 27 lıb; *M* 31 tella *M*

trario illud dicitur: Nigri cum lacte ueneni. 29 defluit saxis agitatus umor. saxis litoris scilicet, quae inundantur scilicet fluctibus se in ea inlidentibus. 31 et minax quia sic uoluere pontum. quia uoluere pro 'cum uoluere'. recumbit autem pro eo quod est 'quieta est et silet' dictum est. 34 an superbos Tarquini fasces dubito. ineptum est, si, quia superbos dixit, Tarquinii Superbi intellegamus. Tarquinius enim Superbus dignus non est, cui laudes inter deos et hos quos nominat principes dicantur. superbos ergo magnificos intellegamus, ut Tarquinii Prisci fasces dicat, non Tarquini Superbi. 35 an Catonis n. l. eius qui se Uticae interemit. 37 animaeque magnae. Aemilium Paulum dicit, qui uictus ab Hannibale apud Cannas Apuliae uicum maluit perire, quam exemplo collegae Uarronis fugere. animae ergo prodigum 'contemptorem uitae' intellegendum. prodigi enim dicuntur proprie, qui bona sua a se disperdunt, quasi porro ea ab se agentes. 40 Fabricium Luscinum scilicet.

43 apto cum lare fundus. apto lare id est conueniente gratus fundus intellegendus. 46 fama Marcelli. Claudium Marcellum significat Octauiae Augusti sororis filium, cuius interitum Uergilius in sexto libro deflet. occultum autem aeuum occulte procedens intellegendum. 47 Iulium sidus. Gai Caesaris stellam dicit. 52 Gentis humanae pater atque custos .. *tu secundo Caesare regnes.* quasi occultus sensus. hoc autem dicit: ita regnes, ut neminem secundum abs te uelis esse quam Caesarem. 53 Ille seu Parthos Latio. grata conceptione lo-

---

1 Verg. Aen. 4, 514   24 Aen. 6, 856 sqq.

---

1 nigro *et* uenenum *M*   2 agitatus: atus *M*   5 cum: con *M*, conuoluere *sc.* pontum *Robert Unger emendationes Hor. p. 167*   6 quod est *nos:* quod *M*   10 non est. Non est *M*   12 nontar quini *M*   20 luscinium *M*   21 fundos *M* id est *Hauthal:* & *M*   24 augustae *M*   28 tu — regnes *om.* *M*   29 regens *M*

quitur. nam dum rationem inducit pro incolumitate atque imperio Augusti, mire illi honorem indulget, dicens: siue Parthos domuerit siue Seras atque Indos, nihilo minus tibi Olympi regnum et tonitruare atque fulminare permittet. 58 tu graui c. p. q. c. hoc secundum uulgarem opinionem dicitur.

## ODE 1, 13.

Cum tu Lydia [ceruicem] Telephi c. r. et l. b. ad Lydiam amiculam suam haec scribit, a qua riualem suum Telephum laudari moleste ferre testatur. 4 difficili bile. nunquam difficile concipio sed 'dura et cruciabili', unde etiam difficiles homines dicuntur, qui duri atque inexorabiles sunt. iecur pro corde ἀφελῶς id est simpliciter. 6 umor et in genas fl. a. q. l. p. m. i. decore dictum, quia humor genarum hoc est lacrimae conuincunt interiora pectoris mei amore flagrare. lentis autem ignibus diserte quasi 'occulte saeuientibus'. quale illud est Uergilianum: Et tacitum uiuit sub pectore uulnus. 12 inpressit m. d. l. n. grate 'memorem notam dente inpressit', quoniam dolore morsam commonefacit eius, qui momorderit. 13 non si me s. a. s. p. d. b. ordo: non speres perpetuum, si me satis audias; et subaudiendum extrinsecus 'amatorem'. 15 quae Uenus quinta p. s. n. i. e. eleganter quia in quinque partes amoris fructus esse partitus dicitur uisu adloquio tactu osculo concubitu. unde et Terentianum illud est: Tamen extrema linea amare haut

19 Aen. 4, 67 28 Eun. 4, 2, 12

1 orationem *Pauly* 8 telefi *M* 9 amicam ς 10 telefum *M* 11 difficili — *13* sunt *in M post 14* simpliciter *leguntur* difficile bile *M* 12 cruda bili? unda *M* 14 id est: id. *M* 15 quia: arguens *Pauly* 20 m. d. l. n.: mul. N. *M* gratem memorem notandentem praessit *M* 21 dolore morsam commonefacit *nos:* dolori mor sum communem facit *M* 22 me s. a. s.: nas *M* 27 concubito *M* 28 tamen *M:* certe *Terentii codd.* aut *M*

nihil est. 17 felices t. a. q. i. t. mini. d. q. s. c. s. Odie. sensus: satis felices existimo eos, quorum inter se amor ita consentit, *ut* non ante ultimum uitae diem resoluatur. adtende eloquutionem citius suprema die, quod significat: ante diem supremum. 18 quos inrupta tenet copula. allegoricos hoc dicitur. significat autem eos, qui ita amoris uinculo inter se constricti sunt, ut numquam discerni possint.

## ODE 1, 14.

O nauis referent in mare t. n. f. in hac ode ad Marcum Brutum loquitur, qui apud Philippos Macedoniae urbem ab Augusto fusus uidebatur rursus instruere *se* ad pugnam. merito autem poeta per allegoriam metuere se pro eo testatur, quoniam sub ipso militauerat, qui tamen ex proelio Philippico fatigatus receptus ab Augusto ueniam ab eo meruit. 3 nonne uides ut nudum remigio latus. manifestae allegoriae, per quas significat ex parte iam debilitatum exercitum Bruti et uires partium eius minutas esse. 7 uix durare carinae p. i. a. durare aequor mira figura dicitur pro: sustinere uim aequoris. imperiosius autem translatiue pro ‘saeuius’. 10 quos iterum. [non uitae] non iterum pressa sed iterum uoces malo pressa. amphibolos. 11 quamuis pontica pinus. haec ad nobilitatem Bruti referuntur. 12 siluae filia nobilis. *utrum siluae nobilis* an tu nobilis, ἀμφιβολία per casus. 14 nihil *pictis* timidus nauita puppibus fidit. ἀλληγορικῶς ait, nihil prodesse in bello ornamenta nobilitatis. 17 nuper sollicitum quae mihi taedium, nunc desiderium curaque non leuis. ecce hic manifeste ostendit se poeta partium Bruti fuisse, quarum

3 consensit *M* ut *om. M* 4 atende *M* cıcıus subprema *M* 5 suppremum *M* 6 ınterrupta *M* 13 se *om. M* 14 trestatur *M* 15 fugatus ς 17 manıfeste ad *M* 24 amfibolos *M* 26 utrum siluae nobilis *om. M* 28 nauta *M* 30 que . . tedium *M* 31 ecce: et? *cf. Pp. ad od. 2, 7, 13*

affectione sese teneri ostendit propter ipsius Bruti miserationem. 19 interfusa nitentis uites aequora C. hic sensus per se accipiendus et subaudiendum hic ‘suadeo’ ut sit: suadeo, uites aequora inter Cycladas nitentes fusa. sed hoc per allegoriam intellegendum. maria enim angustiora periculosiora sunt; nam inde et freta dicuntur, quod semper ferueant *id est* inquieta sint. per hoc ergo suadet Bruto, ne se artioribus periculis conmittat.

## ODE 1, 15.

Pastor cum traheret per freta. hac ode Bacchylidem imitatur. nam ut ille Casandram facit uaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteum. 3 ingrato celeris obruit otio uentos. ingratum esse otium uentis ait, quia feroces sunt et semper saeuire cupiunt. 5 mala ducis aui domum quam m. r. m. malo auspicio ducis, ad quam repetendam omnis Graecia armabitur. 13 nequiquam Ueneris praesidio ferox pectes caesariem grataque feminis inbelli cithara carmina diuides. Ueneris praesidio ferox. cuius sensus hic est: nec pulcritudo tibi nec scientia cithara canendi bello proderunt. haec enim deliciae mulieribus magis aptae sunt. diuides pro: dispones. 27 ecce furit *te* repperire pro: furit, ac per hoc, decurrit ut te repperiat. 29 quem tu ceruus uti uallis i. a. u. p. l. ordo est: quem tu fugies, uti ceruus lupum in altera parte uallis uisum. mollis autem: inbellis atque eneruis. 31 sublimi . . anhelitu. per ὑπαλλαγὴν dixit pro: ‘sublimi parte corporis edito, quod est: ore. 32 non hoc pollicitus tuae [genti]. Helenae scilicet.

---

6 enim *Pauly:* tamen *M* 7 id est *om. M* et? 11 bacchılıldem *M* 13 proteum, h *sup. sc.*, *M* 15 ocıum *M* 16 quam: que *M* 19 ferox cuıuı sensus hıc est sibi nec pulcrıtudo pectes *M* femını *M* 22 scıentıae cıtharae *M* in bello ς hae ς 23 mulıebrıbus *M* 25 dıcurrıt *M* 29 hanelıtu *M*

34 classis Achillei. '*Achillei*' et 'Ulixei' ueteres dixerunt ad similitudinem fortassis 'diei' et 'faciei'.

ODE 1, 16.

O matre pulcra filia pulcrior. hac ode *παλινῳδίαν* repromittit ei, in quam probrosum carmen scripserat, Tyndaridae cuidam amicae suae, id est recantaturum ea quae dixerat, dicitque se iracundia motum haec scripsisse; adfirmat autem non magis Matris Magnae aut Apollinis numine instinctos furere, quam eos qui iracundia sint incitati, adeo ut nulla ui hic furor deterreri possit. 9 Noricus ensis. speciem pro genere posuit. non enim *in* Norico tantum enses fiunt, sed sic dicitur, ut: Leuis innatat alnus missa Pado. 10 nec mare naufragum. aliter 'mare naufragum' aliter 'homo naufragus' dicitur. mare enim facit naufragum, quasi Nauifragum Scyllaceum, quod ibi naues frangantur. 15 et insani leonis uim stomacho a. n. belle de fabula sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est. ait autem Prometheum limo homines fingere iussum *et* ex omnibus animalibus particulas homini adponere uim leonis stomacho adposuisse; idcirco iracundia magis nos incendi quam ulla alia animalia. 17 irae Thyesten exitio graui. iam hoc *ἀπὸ παραδείγματος* infert, probans quam sit ira atrox et exitiosa hominibus. 20 inprimeretque muris hostile aratrum. hoc est: haec eadem ira causa fuit delendis urbibus adeo usque, ut ubi fuissent muri aratrum duceretur. 22 me quoque pectoris temptauit in dulci iuuenta feruor. me quoque in-

---

13 Verg. Georg. 2, 451    16 Verg. Aen. 3, 553

---

1 Achillei om. *M*    6 scrıbserat *M*    12 in *om.* *M*    13 leues *M*    16 naufragıum quası nauıfragıum *M*, *prius* naufragum *Pauly*. quasi = quomodo.    17 scyllacaeum *M*    21 et *om.* *M*    23 quanulla *M*    24 &hresten *M*    25 ΠΑΡΑΔΙΓΜΑΤΟC *M*    28 usque adeo ς    29 peccatorıs *M*

quit iracundia calore iuuentae magis accensa incitauit in iambos. iambi autem uersus aptissimi habentur ad maledicendum. denique et Catullus cum maledicta minaretur sic ait: At non effugies meos iambos. 27 fias recantatis amica. recantari probra dicuntur, cum contraria probris carmina fiunt in eum, cui maledixeris.

ODE 1, 17.

Uelox amoenum saepe Lucretilem. et haec ode ad Tyndariden scribitur, cui plene cupiens satisfacere poeta inuitat eam in fundum suum, quem in Sabinis habebat. 1 uelox amoenum saepe L. m. f. i. f. ea figura hoc dictum est, qua illud apud Uergilium: Chaoniam pingui glandem mutauit arista; sensus est alter: relicto Lycaeo monte Faunus in Lucretilem uenit. Lucretilis autem mons in Sabinis est. 3 defendit aestatem. ita dictum est ut: Solstitium pecori defendite; significat autem: prohibete. 7 olentis uxores mariti. uenuste capras dicit uxores olentis mariti, quia hirci, quorum uxores sunt, male olent id est faetent. olentis ergo non simpliciter accipiendum sed pro ‘grauiter olentis’, ut illud est: Alia serpyllumque herbas contundit olentes. [Subtilis et tenuis] λιτότης est σχῆμα, cum minus dicitur, plus intellegitur, ac si dicas non indoctum hominem quem uelis intellegere doctissimum. 9 nec Martialis haediliae. et hic ‘metuunt’ audiendum, quia sic se habet sensus, ‘nec colubras metuunt haediliae nec lupos’, quos Martia-

---

4 Cat. frag. 1 (L. Müller) 14 Georg. 1, 8 18 Verg. Buc. 7, 47 23 Verg. Buc. 2, 11

---

1 ıubentę *M* 5 r&antarı proba *M* 7 cui: cum *M* 12 L: ı *M* 15 aliter *Pauly* lyceo *M* 18 solıstıtıum *M* 19 uenus *M* 24 *ante* subtilis *lemma* ‘nec metuunt’ *uel* ‘uiridis’ *ponunt; nos* ‘subtilis et tenuis’ *interpretationem uerbi λιτότης deleuimus cf. epod. 10, 2* 27 *et* 29 aedılıae *M*

lis ait, quod in tutela Martis sint. 10 utcumque dulci Tyndari fistula ualles et Usticae cubantis leuia personuere saxa. utcumque pro 'quandocumque'; sensus enim: quandocumque cantu fistulae Fauni Usticae montis saxa resonuerunt, metu colubrarum et luporum caprae meae liberantur; Faunus enim eas in honorem meum tuetur. 11 Usticae cubantis. Ustica mons in Sabinis est, quem cubantem suauiter dixit ad resupinam regionem eius adtendens. 14 hinc tibi copia manabit ad p. b. f. h. de Sabino fundo scilicet. ordo est autem: hinc tibi ad plenum manabit opulenta copia. benigno cornu uidelicet copioso et diuite. nam cornu uidetur significare Fortunae, quod Hercules detractum Acheloo uictor dicitur donasse Fortunae, idque etiam uulgo cornu copiae *dicitur*. ruris honore id est copiis rusticis. 18 et fide Teia. Anacreon lyricus poeta Teius fuit, id est, ab urbe Teio, quam in Paphlagonia esse Sallustius indicat, cum de situ Pontico loquitur. fides autem chordae dicuntur, unde et fidicinas comici dicunt citharistrias. repromittit ergo amicae in agello suo se cum ea lyricum carmen cantaturum. 19 laborantis in uno P. u. in uno: Ulixe scilicet, et utique 'amore laborantes'. uitream Circen parum decore mihi uidetur dixisse pro candida. 21 *Lesbii.* antonomasia. non enim 'uini' dixit. 21 hic innocentis pocula Lesbii id est: lenis et minime caput onerantis. Lesbii autem uini intellegendum: a Lesbo insula. 22 nec Semeleius cum Marte confundet Thyoneus. Thyone Semele a Graecis dicta, unde

---

19 Sallust. Hist. 3, 44 Kritz

---

3 personuaere *M* 6 ut *M* 9 resubınam *M* 10 manauıt *M* 11 de: ıd est *M* 13 dıuıtae *M* 14 herculıs *M* 16 copıa rurıs *M* 17 teıa o *M* lurıcus, y *sup. sc., M* 18 eıus *M* ımpāflagonıa *M* 19 de: te *M* 24 amore lıberatıs *M* 25 Lesbii *om. M* 27 capud *M* 29 *schol. u. 22 ante sch. u. 19 est in M* cum Marte: cm. *M*

Liber Thyoneus dicitur. sensus autem est: nec ebrietate rixae oriuntur. 24 Nec metuis proteruum suspecta C. uidelicet hunc Cyrum amatorem Tyndaridis. haec ergo cum in Sabinis secum esse coeperit, non eam suspectam futuram, ne Cyrus zelo incitatus manus ei inferat. 25 dispari, in amore non consentienti scilicet intellegendum.

ODE 1, 18.

Nullam Uare sacra uite prius s. a. uinum laudat suadens Uaro ut in regione Tiburtina uitem potius quam arborem serat. 2 et moenia Catili. et supra ostendimus Catilum et Coram fratres esse Tiburni, cuius nomine Tibur condiderunt. 7 ac nequis modici t. m. L. ne quis, inquit, inmoderate bibat, exemplo sunt Lapithae et Centauri, qui in conuiuio Pirithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt. 9 monet Sithoniis n. l. E. Sithonii Thraces sunt, qui per uinulentiam inuitati etiam inlicitos concubitus audent. 11 non ego te candide B. a genere uestis Liber Bassareus appellatur, unde et ipsae Bacchae Bassarides appellantur. 12 nec uariis obsita frondibus sub d. r. q. non proferam in publicum mysteria tua, inquit, latentia alioquin et secreta. sed per allegoriam hoc uidetur dicere: ea quae fidei meae commissa sunt numquam ego ebrius factus prodam. 13 saeua tene cum Berecynthio cornu tympana. oro te, inquit, contineas a me, o Liber, furoris incitamenta, quae *per* se ipsa ad cupiditatem insaniendi accendunt. 15 et tollens uacuum plus nimio g. u. eleganter, quia ex ebrietate plerique plus sibi adrogant quam

---

12 ad 7, 13

---

1 hebrıate *M* 5 eam: enım *ut uidetur M* 9 uare seras uıtes. s. a. *M* 11 quam aliam ς cathıllı *M* 12 cathıllum *M* 13 tıburtını *M* 18 concubıtos *M* 20 apellatur *M* 23 exsecr&a *M* 28 per *add. Pauly* 29 uacuo *M*

debent. uacuum ergo uerticem id est uanum cerebrum accipe.

ODE 1, 19.

Mater saeua Cupidinum. hac ode renouari sibi amorem dicit instinctu Ueneris ac uini, adiuuante etiam licentiae libertate. 7 urit grata proteruitas. *ἐρωτικῶς* dixit, quia plerumque ipsa superbia ac fastidium mulieris magis eam amatori commendat. 8 et uultus nimium lubricus aspici. mire dictum est, cuius uultus cum aspectus est lubricos in amorem sui facit iuuenes. 10 nec patitur Scythas et u. a. e. P. d. hic ostendit se in deliciis Ueneris occupatum non posse res bellicas scribere. 12 nec quae nihil adtinent. iucunde nihil ad se pertinere ait alia nisi quae ad Uenerem pertinent. 16 mactata ueniet l. h. Ueneri scilicet mactata hostia, Glycera lenior ueniet, de qua bene hoc dictum est, quia proteruam eam esse iam dudum ostenderat.

ODE 1, 20.

Uile potabis modicis g. c. Maecenatem ad cenam inuitat promittens se ei uinum Sabinum exhibiturum, quod in amphoram Graecam miserit, ut inde scilicet aliquid adduceret suauitatis. quod uile pro non uetusto uidetur dixisse. alioquin Sabinum si uetustum sit non est uile. 1 modicis. uidetur modicum pro paruo positum; quod quidam negant existimantes modicum a modo dici et significationem habere eius quod Graece metrion dicitur. 3 conditum leui. dicit se hoc uinum per semet ipsum in ueterarium condidisse. leuisse se ergo gypso utique

---

7 ac: ad *M* 9 adspicis *M* 11 Scythas: g *M* 14 iucundae *M* 16 h.: m *M* glycera, e *supra* a *scr.*, *M* 18 ostender& *M* 20 potauis *M* 22 amforam *M* 24 sauinum *M* Sabinum uinum ς 26 quidem *M* 28 metron *M* 29 elegi, *man. 3. in M* ab eligo praeteritum *sup. scr.* 30 releuisse *M*

uult intellegi. huic contrarium est Terentianum illud: Releui dolia omnia, omnes serias, quod significat 'aperui, et quasi regypsaui'. 3 datus in theatro cum tibi plausus. diximus et supra claros et bonae existimationis uiros plausu populi solitos fuisse in theatro excipi, malos autem sibilari. 5 care Maecenas eques. constat Gaium Maecenatem in equestri dignitate sua uoluntate permansisse, cum utique facultas lati claui pateret. 5 ut paterni fluminis ripae. Tiberis ex Etruria uenit, quem paternum Maecenati dicit, quia inde Maecenas oriundus. Uaticanum autem montem non longe a theatro Pompei esse scimus, quem resonuisse simul cum ripis Tiberis plausu populi dicit. 10 tu bibis uuam pro uino. *μετωνυμία τρόπος* dicitur. huic contrarium Plautus in Trinummo fecit, uinum pro uua dicens: Tum uinum priusquam coctum est pendet putidum.

11 mea nec Falernae temperant uites neque. ordo est: mea pocula nec Falernae uites temperant nec Formiani colles, per quod significat, nec Falernum uinum se habere quod ei in cena exhibeat nec Formianum.

## ODE 1, 21.

Dianam tenerae dicite uirgines. dicite pro 'cantate' positum, ut: Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos. 3 Latonamque supremo d. p. I. supremo pro summo, ut: Supreme Iuppiter a Terentio dicitur. penitus autem dilectam pro 'ualde dilectam' ut: Penitus modo nunc genus

---

1 Heaut. 3, 1, 51 4 ad od. 1, 1, 7 15 Trin. 2, 4, 125 25 Verg. Georg. 3, 6 27 Adel. 2, 1, 42 29 Verg. Aen. 9, 141

---

2 omnia: atque *M* 4 clarus *M* 5 plausı *M* 6 *scholia ad u. 5 ante scholia ad u. 3 sunt in M* 7 equaes *M* 8 dıgnıtatem *M* 10 rupe *M* 14 Iu uıuıs *M* 17 tum: ıstum *M* 18 flalernae *M* 20 sıgnıficant *M* 21 cęna *M* 26 latonıam *M* 29 nunc: non *M*

omne perosos femineum, *aut penitus pro* 'funditus' et penitus dilectam pro familiariter dilectam intellege.
7 nigris aut Erymanthi siluis. Erymanthus mons in Arcadia est. nigris autem siluis umbrosis intellegamus. 8 Gragi. Gragus mons Lyciae in quo Chimaera fuisse dicitur. 9 uos Tempe totidem tollite laudibus. Tempe locus est in Thessalia opacitate et Peneo flumine amoenus, quem in honorem Apollinis merito laudabat, quod ibi laurus plurima sit. 12 fraternaque umerum lyra. et hic ex superiore accipe 'insignem' [citharam]. per figuram haec eloquutio intellegenda ut sit: Apollinem umerum insignem, hoc est: umerum insignem habentem, *ut* Sacra comam dicitur a Uergilio et multa similia.
12 fraterna . . lyra: quia Mercurius lyram inuenit, qui frater Apollinis est. 14 a populo et principe Caesare. numquid principe et ad populum referemus ut *sit:* et a populo principe, quia populus Romanus princeps rector omnium populorum recte dicitur?

## ODE 1, 22.

Integer uitae scelerisque purus. ad Aristium Fuscum haec scribuntur, quibus indicat innocentiam semper et ubique tutam esse; cuius rei testimonium ipse acceperit tunc, cum in Sabinis in agello suo spatiantem se lupus inmensae magnitudinis fugerit. et haec dubito utrum ilocaliter dicantur an uero, quoniam lupi dicuntur solere singulares homines inuadere. 1 integer uitae. ut Uergilius: O praestans animi iuuenis. 4 Fusce pharetra.

---

14 Aen. 7, 60 28 Aen. 12, 19

---

1 perossum *M* aut penitus pro *addidi* 2 pro famıharıter dılectam *bis M* ıntellegı *M* 3 herymanthı *M* 4 archadıa *M* 6 chımera *M* temperı sıdem *M* 9 laudat ς 11 insignem *id est insignem* cithara? 13 ut *om. M* 14 sacra *Pauly:* la&a *M* scissa? *cf. ad serm. 1, 1, 5.* 18 sit *om. M* 23 totam *M* 29 anımıs *M* fuscę faretra . . faretra *M*

grauida pharetra pro graui ac per hoc plena *μεταφορικῶς*. 8 lambit Hydaspes. Hydaspes amnis Indiae est. fabulosus dictus autem, quia India plurima genera miraculorum et digna fabulis ferat. lambit autem translatiue dictum est a lingua, per quod significat Hydaspen fluuium lenem esse et leniter ripas suas tangere. 10 canto Lalagen id est: carmen in Lalagen nomine amicam compositum. sic et liber Lucilii XVI. Collyra inscribitur eo quod de Collyra amica scriptus sit. etiam nos sic plerumque loquimur. 10 et ultra terminum curis uagor id est: ultra terminum fundi mei procedo lucorum uoluptate inlectus. curis autem expeditis pro 'ipse curis expeditus id est securus'. 13 neque militaris Daunias. Daunia Apulia dicta a Dauno rege socero Diomedis, quam militarem dixit, quia militiae aptos uiros habet. 14 latis alit aesculetis. aesculeta ab aesculo arbore ita dicuntur ut pineta a pino. 15 nec Iubae tellus. Mauretania intellegenda a Iuba rege. 17 pone me pigris. quur pigros campos dixerit, ipse ostendit subiciendo ubi nulla arbor aestiua recreatur aura. 19 quod latus mundi. latus pro qualibet mundi parte posuit. 19 malusque Iuppiter urget. Iouem pro tempestate ponere poeticum est. sic et Uergilius: Modo Iuppiter adsit, Tertia lux classem Cretaeis sistet in oris. ergo malus Iuppiter pro eo quod est 'iniqua tempestas'. 21 pone sub curru nimium propinqui solis id est: in Africa, cui sol scilicet propior est quam ceteris terris. 22 domibus negata, quia ultimae partes Africae inhabitabiles sunt propter nimios calores. 23 dulce ridentem pro 'dulciter ridentem', nomen pro aduerbio positum.

---

9 Lucil. XVI, I 25 Aen. 3, 116

---

3 est: &sı *M* 8 sic et: scılıc& *M* 9 XVI. collıra *M* 10 ınscrıptum sıt *M* 26 creteıs sıstıt *M* 28 curro *M* 29 proprıor *M* 32 nımıcos *M* rıdenter pro *M*

## ODE 1, 23.

Uitat inuleo me similis Chloe. haec ode in puellam refugientem tactum uiri scripta est. sensus est autem: Chloe me uitat atque timet ut inuleus, qui matri aberrauit. 5 nam seu mobilibus u. i. a. f. ὑπαλλαγὴ est pro 'ueris aduentu folia enata inhorruerunt' id est: commota sunt ac tremuerunt. 5 seu uirides r. d. l. rubus sentes sunt morae agrestes. sic denique et a rusticis hodieque in Italia appellantur. 9 atqui non ego te tigris ut aspera. sensus est: non tamen ita tu timere hoc Chloe debes ut inuleus, quia ille periculum uitae a tigride uel a leone timet, ego te autem non ea mente persequor ut absumam, sed ut amplectar; quare non ut ille, ita tu matrem adhuc debes sequi, cum sis id aetatis ut uirum ferre possis.

## ODE 1, 24.

Quis desiderio sit p. a. m. t. c. c. p. l. haec ode θρῆνον continet in Quintilium sodalem Uergilii. sensus autem est: da mihi praecepta carminis, o Musa, ut ostendam, quis modus desiderii esse debeat carissimi amici. 5 ergo Quintilium perpetuus sopor u. eleganter et poetice pro morte dicit. 7 nudaque ueritas. bonum ἐπίθετον ueritatis nuda ideo, quia nihil occultet ac celet. 8 quando ullum. acuta priore est syllaba 'quando' enuntiandum, ut uim interrogatiuam habeat. 11 tu frustra p. h. u. frustra reposcis, inquit, Quintilium non sub hac spe illis commendatum. et creditum pro commisso, ut supra: Nauis, quae tibi creditum debes Uergilium. 15 num uanae redeat sanguis imagini.

---

30 od. 3, 5.

---

5 a matre ς   mouılıbus *M*   6 enata: mota ς   8 morae *delendum uidetur*   10 adquı, ı *ex* e *corr.*, *M*   11 deberes *M*   12 perıclum *M*   22 perp. sop.: p. s. *M*   25 ullum: a *M*   26 prıorest syllaba *M*   utut *M*   30 quem *M*   31 numıdanae *M*

uanae imagini id est umbrae ut illud: Et nunc magna mei sub terras ibit imago. 17 non lenis precibus fata recludere. solita sibi figura dixit ut: Callidum quidquid placuit iocoso condere furto. 18 nigro conpulerit Mercurius gregi. nigro gregi pro umbris poetice. 19 durum sed leuius fit patientia quidquid corrigere est nefas. grata sententia.

## ODE 1, 25.

Parcius iunctas quatiunt f. haec ode in meretricem rapacem sed iam uetulam et merito ab amatoribus passuram quae fecerat scripta est; sensus autem: iuuenes, qui olim frequentius fenestras tuas lapidibus incessebant, ut excitata somno ianuas aperires, iam te neglegere incipiunt et idcirco haec rarius faciunt. iunctas autem fenestras obclausas intellegendum. 3 amatque i. l. mire ‘in limine ianua est’, inquit, id est ‘obclausa est ianua’; cum enim aperitur, recedit a limine. 5 quae prius m. f. m. c. non ‘multum faciles’ sed ‘multum mouebat cardines faciles in hac re’. 6 audis minus et minus iam me tuo longas pereunte nocte. quae olim, inquit, solebant adulescentes amatores tibi dicere ‘o Lydia pereunte me dormis’, iam hoc minus et minus audis dici. 10 flebis in solo l. a. leuis pro nullius posuit ponderis. dicitur autem pro eo quod est ‘contemptibilis’. aut ergo ‘moribus leuis’ aut ‘amatoribus quondam tuis leuis’ id est contemptibilis. 11 Thracio uento id est aquilone. 11 sub interlunia. recte quia tunc fere concitantur tempestates. 14 quae solet matres furiare equorum. furiare uerbum

---

1 Verg. Aen. 4, 654 4 od. 1, 10, 7

---

2 terris *M* 10 unctas que. f. *M* hac *M* 13 iuuenis *M* 22 metu long. *M* 25 fleuis *et* leues *M* 27 leues aut *M* 28 id est cont. *delenda uidentur* 29 uento aquilone id est *M* *scholion ad u. 11* sub interl. *post sch. ad u. 19 est in M*

fictum uidetur, quod significat: cum furore concitare. equas autem magis ceteris animalibus in libidinem ueneriam accendi et Uergilius testis est ita dicens: Scilicet ante omnes furor est insignis equarum. 15 *ulcerosum.* ulceratum ex contemptu. 17 laeta quod pubes hedera uirenti. ordo est: laeta quod pubes hedera magis gaudeat et pulla myrto. quod per allegoriam hoc significat, iuuenculos iuniores mulierculas quaerere. pullam autem myrtum succrescentem ac per hoc nouellam intellegendum. 19 aridas frondes conuenienti superiori allegoria pro uetulis mulieribus dixit. 20 *Hebro.* Hebrus Thraciae fluuius est. hiemis sodali dedicet Hebro. uel quod frigidus sit Hebrus hiemis sodalis dicitur uel quod partis septemtrionalis sit, ubi frigus maximum est.

## ODE 1, 26.

Musis amicus. haec ode ad Aelium Lamiam scripta est, qua significat doctis uiris nullam haerere sollicitudinem. 2 Creticum mare pro quolibet mari dixit; ita speciem pro genere usus est. 5 quid Tiridaten terreat. Tiridates rex Armeniorum fuit. 9 Pimplea dulcis. Pimpleides Musae dicuntur a Pimpleo fonte Macedoniae. 11 hunc Lesbio sacrare plet. d. s. *ἀμφίβολον.* sed sic intellegendum: et te *et* tuas sorores decet hunc Lesbio plectro consecrare. Lesbio autem propter Sappho et Alcaeum dixit.

## ODE 1, 27.

Natis in usum laetitiae. protreptice ode est haec ad hilaritatem, cuius sensus sumptus est ab Anacreonte ex libro tertio. 1 natis in usum lae-

---

3 Georg. 3, 266  31 Bergk p. l. frag. 64

---

6 lętaque *M*  11 conuenienti *nos:* conueniens *M*  20 specie ς  22 piplea, pipleides, pipleo *M fort. recte cf. Hesychii lex.*  mussae *M*  25 et *om. M*  lespio *M bis*  26 saffum & alceum *M*  31 anacreonto *M*

titiae scyphis pugnare Thracum est. natis pro factis, ut apud Lucilium est: Podicis Hortensi est ad eam rem nata palaestra. 3 uerecundumque Bacchum s. p. i. id est: uerecunde tractandum. ita autem figurata eloquutio est, ut apud Uergilium: Et tandem arcete periclis. 5 acinacis: gladius Parthicus, sed nunc pro omni gladio positum. 10 dicat Opuntiae. nomen huius adulescentis non dicit. Opuntia autem oppidum Locridis est. 11 quo beatus uulnere qua pereat sagitta. grate dictum est 'beatus pereat' quod significat: amet. 13 cessat uoluptas. bibendi scilicet uoluptas, quia negat se bibiturum, nisi frater Megyllae amores suos narrauerit. 18 a miser quanta le. Intellegendum hic illum in aurem Horatio amorem suum confessum; ita hic intulit: a miser, quanta laborabas Charybdi, significans illam, quae ametur, procacissimam scelestissimamque esse. 21 quae saga. sagae sunt praecantatrices, quae uel arcessere carminibus mala hominibus possunt uel expellere. 23 uix inligatum te. uix te, inquit, ab hac Chimaera liberabit Pegasus, sed hoc utique per allegoriam dictum intellegitur.

ODE 1, 28.

Te maris et terrae n. c. haec ode prosopopoeia formata est. inducitur enim corpus naufragi Archytae Tarentini in litus expulsum conqueri de iniuria sui et petere *a* praetereuntibus sepulturam. hic autem Archytas Pythagoricus fuit, qui merito geometriae peritus *dicitur*, quia Pythagorici omnia numeris

---

2 Lucil. incert. 68 6 Aen. 8, 73

---

1 scyfıs *M* 2 podicis *nos*: pudıcıs *M* iudicis ς 3 palestra *M* 4 uerecundum detrectandum *M* 6 acınacıs (ı *ex* e *corr.*) gladıus ·ı· *M* 9 Opus ς 11 grece *M* 12 amet *nos:* tam & *M* 13 quia: qua *M* 17 laboras *M* 21 abacchımera lıberauıt *M* 25 prosopopeıa *M* 27 archıtę *M* 28 a *om.* *M* 30 dicitur *om.* *M*

constare credunt. 3 Matinus mons siue promunturium est Apuliae, iuxta quem Archytas sepultus est. 4 nec quicquam tibi prodest: nihil tibi profuit aduersus conditionem mortalitatis, quod rationem rerum naturae et ipsum caelum sis perscrutatus. 7 occidit et Pelopis genitor. Tantalus scilicet. haec autem ad solatium mortis dicuntur. 8 Tithonusque remotus in auras id est: terris excessit ac per hoc mortuus est. 9 et Iouis. Minos Cretensium rex praedicabat se cum Ioue conloqui et ex consilio eius cuncta agere. 9 habentque Tartara Panthoiden. nunc Pythagoram significat, quia praedicauit se ad Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse interfectumque a Menelao iterum reuixisse et factum Pythagoram id comperisse agnito clipeo quem Euphorbus habuerat. 12 nihil ultra neruos a. c. m. c. a. nihil praeter corpus morti dans. 14 iudice te non sordidus auctor n. u. adfirmante te *de* Pythagora non eum mentitum de natura rerum cuius auctor extitit. 19 nullum saeua c. P. f. nullum Proserpina timet ac per hoc neminem exceptum habet. 21 Me quoque deuexi. deuexum Orionem ita dixit, ut Uergilius: Conuexa polus dum sidera pascet id est: in deuexo caelo posita. 21 me quoque deuexi r. c. notum est ortu et occasu Orionis tempestates concitari. Notum comitem Orionis dicit, quod cum Orione ortus sit. 23 at tu nauta uagae n. p. m. h. ad praetereuntes nautas sermonem Archytam conuertisse fingit. 25 sic quodcumque minabitur Eurus. Uenusia colonia est inter Lucaniam et Apuliam patria poetae. unde siluas Uenusinas pro

23 Aen. 1, 608

2 archythas *M* 13 euforbum panthı *M* 15 id est *M* euforbus *M* 17 dans *nos:* dan *M* iudıc& non *M* 18 te de Pythagora *nos:* te pythaıora *M* 20 saeuar. cpf. *M* 24 posıtā *M* *alterum scholion u. 21 in M ante sch. u. 19 positum est* 25 r.: s. *M* tempestatıs *M* 27 uage *M* 29 sıt *M*

quibuslibet posuit. plectantur autem ‘luant atque experiantur’ significat. 29 Neptunoque s. t. t. Custodem Tarenti Neptunum ait, quia praecipue Neptunus ibi colitur [id est Tarenti]. 30 neglegis inmeritis nocituram. ordo est: neglegis fraudem committere. sensus autem est: neglegis me et fraudem in me committere facile esse putas; atqui haec expetet in eos, qui ex te nati sunt, id est in filios tuos. 31 fors et debita iura u. s. t. m. i. uices superbae poenae intellegendae quas pro superbis factis dicit illum esse passurum. 33 precibus non linquar i. preces meae efficient, ut ultionem huius rei persoluas, quod piaculum in me admittas.

34 teque piacula nulla resoluent id est: nullo modo expiabis hoc scelus, quod in me admittis.

ODE 1, 29.

Icci beatis nunc Arabum inuides gazis. hanc oden ad Iccium scribit, quem miratur intermisso philosophiae studio repente se ad militare studium contulisse, per quod uidetur concupiscere diuitias.

1 Arabum inuides gazis id est: aemularis Arabes in diuitiis habendis, ac per hoc: diuitias concupiscis.

2 et acrem militiam paras. militiam *paras regibus: pro eo* quod est ‘aduersus illos’. 5 nectis catenas. nectis non ‘inicis’ sed ‘fabricas’ intellegendum est. proprie dictum; catenae ipsae enim nexibus quibusdam constant. 5 quae tibi uirginum s. n. b. s.: a te necato scilicet sponso. 7 puer quis ex aula hoc est: regius puer; non enim ‘qui in aula seruierit’. 9 sagittas Sericas hoc est: Parthicas, a gente Serum qui partem orbis terrae orienti subiectam tenent. 10 quis neget arduis

---

2 experientur *M* nectunusque *M* 4 neglegis, i *ex e corr., M in lem.* 7 atqui: at. q. u. *M* 8 expetent ς 19 *scholia u. 31 et 33 post sch. u. 34 sunt in M* 17 Ieci *M* 18 adiecium *M* 20 quod: quam *M* 21 arabos in *M* 23 *haec addidi* 26 cataenae *M* 29 quisquis *M* 32 orientis *M* negat *M*

pronos relabi posse riuos montibus et Tiberim r. *παροιμιῶδες*, cuius sensus est: quis non credat rerum naturam posse mutari, ut flumina in montes reuertantur, unde alioqui descendunt, cum tu uitae studia in contrarium uerteris, quod nemo sperauerit posse fieri. tale est autem illud Uergilianum: Iungentur iam grypes equis aeuoque sequenti Cum canibus timidi uenient ad pocula dammae. 13 cum tu coemptos undique n. l. P. Panaetius Stoicus philosophus fuit praeceptor Scipionis Africani et Laelii genere Rhodius. 14 Socraticam et domum, ut si diceret ‘Socraticae scholae disciplinam’. 14 Socraticam et domum m. l. H. p. m. tendis pro ‘contendis’. ordo est autem: Socraticam et domum mutare loricis Hiberis tendis. 15 Loricis Hiberis *κατὰ ἐξοχὴν* dixit, quia optimae sunt Hispanae loricae. 16 pollicitus me. meliora aut absolute dictum est *aut* studia subaudiendum, et meliora studia secundum suam opinionem poeta philosophiam uult intellegi. nota autem figura elocutionis est, qua dicitur ‘philosophiam militia mutare’ hoc est ‘philosophia dimissa militiam sumere’, ut: Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

## ODE 1, 30.

O Uenus regina Cnidi Paphique sperne d. quasi epigramma est hoc in dedicationem Ueneris scriptum, quam a se ipso consecrarit. Cnidos autem urbs Cariae, Paphos urbs insulae Cypri, utraque Uenerem praecipue colens. 5 feruidus tecum puer id est: Cupido, qui feruorem amoris inferat. 5 et solutis Gratiae zonis. bene Gratiae nudae fingun-

---

7 Buc. 8, 27 23 Verg. Georg. 1, 8

---

1 rıbus *M* 2 ΠἀΡΟΕΜΙΩΔΕC *M* 4 dıscendunt *M* 7 sequentı, ı *ex* e *corr.*, *M* 9 Nl. f. *M* 13 l. m. H. *M* 15 *scholia u. 14 post sch. u. 15 sunt in M* 17 hıspanıę *M* melıor *M* 18 autem absolute *et* est studıa *M* 23 mutabıt *M* 25 pafique *M* 28 pafos *M* 31 Gratiae nudae

tur, quia amici animos solutos ac nudos inter se habere debent. 7 et parum comis sine te. id est 'minus elegans' sine te hoc est 'uenustate'. scire autem debemus Uenerem non tantum concubituum, uerum etiam dominam esse omnium elegantiarum. sic alibi ipse: Ordinis haec uirtus erit et uenus.

## ODE 1, 31.

Quid dedicatum poscit A. u. Apollinis templum in Palatio Augustus dedicauit. ergo 'dedicatum' non 'a se' dicit poeta sed 'qui alioqui dedicatus est'. ipsum autem Apollinem dedicatum ait pro templo eius. 3 non opimae Sardiniae segetes feraces. negat se poeta ab Apolline ea petere, quae ad auaritiam spectant, uerum potius bonam mentem bonamque corporis usque ad ultimam senectam ualetudinem. 7 non rura quae Liris quieta mordet aqua. Liris fluuius est in Campania interfluens urbem Minturnensem. hic autem lenissime labitur; quem ideo taciturnum dixit. 9 premant Calenam falce q. d. f. u. Cales oppidum in agro Sidicino est; in illa autem regione uina Falerna nascuntur. ergo hoc ait: possideant pretiosos fundos, quibus hoc fortuna concessit. 10 diues ut aureis mercator exsiccet culullis pro poculis dixit. proprie autem culullae calices sunt quidam fictiles, quibus pontifices uirginesque Uestales in sacris utuntur. 12 uina Syra reparata merce. quasi commutata uina Syra merce. Syram autem mercem pretiosissimam accipe, quae scilicet in purpura et pipere et unguentis aliisque similibus esse solet. 13 quippe ter et qua-

---

6 ars poet. 42

---

*clm. 375:* gratıae nudesısıne nudę (ę *ex* ı *corr.*) *M*, nudae sine nodis *uel* nudae et sine zonis ς 2 commıs *M* 4 concubıtū *M* concubitus ς 9 palatıum *M* 18 ıntornensem, o *in* u *corr.*, *M* 19 calenam *sic M et Bentley* 23 mercatur *M* 24 cululs *M* culılę *M* 27 separata *M* 30 *schol. u. 13 post sch. od. 32, u. 1* canamus *est in M*

ter a. r. aequor A. hoc quasi argumenti loco positum est ad probandum, quam carus dis sit hic mercator. 16 me cichorea leuesque maluae. cichorea intiba rustica, maluae autem corpori leues intellegendae. 17 frui paratis. aut 'his quae ego paraui' aut 'quae parata sunt id est in promptu sunt omnibus'. 18 Latoe dones. quasi 'Latoe' ab eo quod est 'Lato' figuratum est.

## ODE 1, 32.

Poscimur si quid uacui sub umbra l. t. hac ode lyram suam adloquitur, ut sibi adsit et canere perseueret. 1 si quid uacui sub umbra lusimus tecum. [u. l. m.] sic poetae fere uerecunde carmina sua lusus uocant. 'uacui' autem numerus pluralis est casus nominatiui, et est sensus: nos uacui id est a negotiis liberi si quid lusimus, exigitur a nobis ut canamus. 2 quod et hunc in annum uiuat et pluris. optat carmini ut perpetuo floreat. ea enim scripta, quae sine uirtute sunt, temporalia solent esse. 3 age dic Latinum barbite carmen. Barbiton organi genus est; sed nunc pro lyra posuit. 5 Lesbio primum m. c. Lesbium ciuem Alcaeum dicit. hic autem etiam res bellicas aduersus tyrannos gessit. 7 siue iactatam religarat u. l. n. hoc ideo dicitur, quia et in nauigationibus hic poeta, cum bellicas res ageret, saepe tempestatibus uexatus est. 11 et Lycum nigris oculis. hunc Lycum puerum Alcaeus dilexit. 13 o decus Phoebi. lyram dicit decus Phoebi. 15 mihi rite salue cumque uocanti. cumque pro 'quandocumque' positum est, ut sit: o dulce lenimen mihi quandocumque te rite inuocanti.

---

3 me cıchoreae *M* malue cychorea ıntıba rustıca *supra lin. m. 2 in M* 4 corporıs leuıs *M* 6 promptı *M* 7 Latoie?. 10 umbras *M* 13 poetaee ferae *M* 16 quı *M* 19 scrıbta *M* 21 lıra *M* 27 hunc lıcum *M* 28 foebı *M bis* 31 terrıte *M*

## ODE 1, 33.

Albi ne doleas p. m. m. l. Albium Tibullum adloquitur elegiorum poetam. hortatur autem eum, ut sit fortiore animo in contemptu, quem indigne a Glycera muliere patiatur, quam ideo inmitem uocat. 2 neu miserabilis d. e. proprie elegiorum uersus aptissimi sunt fletibus, quos ideo miserabiles dixit. nam et nomen ipsum elegiorum *παρὰ τὸ ἒ ἒ*, quae uox est lamentantium, dictum putant. 3 cur tibi iunior laesa praeniteat fide. apud Glyceram scilicet praeniteat, quae fidem hoc faciendo laeserit. 5 insignem tenui fronte Lycorida C. t. a. c. i. a. f. tenui fronte pro angusta et pusilla posuit; frons autem minor pulcriorem facit mulierem, et ideo insignem tenui fronte accipe, hoc est: hac re insignem. 7 sed prius Apulis iungentur c. l. hoc est: prius uel lupi concumbent cum capreis. 10 sic uisum Ueneri cui placet inpares formas atque animos . . aenea saeuo mittere cum ioco. non dicit 'inpares formas cum ioco sub iuga mittit', sed ordo est 'sic uisum Ueneri cum saeuo Ioco' id est 'Ueneri et Amori sic placuit', quem Amorem saeuum Iocum non ineleganti conceptione dixit. iuga autem aenea durum ac difficilem amorem uult intellegi. hoc Ueneri, inquit, placuit, ut qui amantur non consentiant amatoribus, sed in alios ipsi amores declinent.

14 grata detinuit compede M. compedem gratum amorem significat. et uideamus, ne non simpliciter compedem hic dixerit, sed referens ad conditionem libertinae Myrtalis. adtendendum autem, compedem singulari numero eum dixisse, quod non facile ueteres. 15 Hadriae. per haec Adriaticum sinum intellege, quod mare et Calabriam adluit.

---

2 Albınę *M* albınumtıbulum *M* 4 alıgure mulıere patıtur *M* 8 parata esse quę *M* 12 *schol. u. 5 post sch. u. 7 est in M* 16 ıungenter *M* 17 uel *nos:* ut *M* caprıs *M* 19 seuo *M* 21 *et* 22 seuo *et* seuum *M* 23 ınelegantıa *M* 25 quae *et* 26 ipsae ς 28 et *M:* sed ς 30 mırtalıs *M* 31 sıngularem *M*

## ODE 1, 34.

Parcus deorum cultor et. hac ode significat se penitentiam agere, quod Epicuream sectam secutus inreligiosus extiterit. 2 sapientiae consultus. ita dictum, ut iuris consultus. 4 iterare cursus cogor relictos. non ‘instaurare’, sed ‘ad eosdem redire’. 5 namque Diespiter igni corusco n. d. sensus est: Iuppiter, qui non nisi nubilo tonare solet, per purum id est per serenum tonuit. 7 plerumque per purum tonantis egit c. o. c. ex uulgari opinione plerumque poetae sensus concipiunt, uelut hic, ubi dicuntur tonitrua strepitus esse currus et quadrigarum Iouis. 9 bruta tellus. bruti graues et tardi dicuntur, quod ἐπίθετον terrae perpetuum est. 10 Taenari sedes. ‘inferi’ intellegendum, quia per Taenarum Laconicae promunturium descensus ad inferos fertur. 12 ualet ima summis m. ut si diceret: potest ex minimo potentem et ex potente infimum reddere. 13 et insignem adtenuat deus obscura promens. id est, qui insignis fuerit, attenuatur, *obscurus* in claritatem aliquam a deo producitur. 14 hinc apicem rapax Fortuna sustulit cum stridore acuto. hoc est: cum fletibus et lamentatione, sed non sua, uerum eorum quibus apicem id est dignitatem aufert. hinc apicem rapax Fortuna . . hinc posuisse g. apicem pro honoris sublimitate posuit. sensus est autem: Fortuna res humanas plerumque mutat et ab alio ad alium opes et dignitatem transfert.

---

2 cultores. haec odę (et *om.*) *M* 5 ıter arare *M* 7 dıes ıuppıter *M* 12 ıbı *M* 13 bruta graues *M* 15 tenarı *M* 16 tenarum laconıce *M* dıscensus *M* 19 *schol. u. 13 post sch. u. 14 est in M* actenuat *M* 21 obscurus *uel* qui obscurus fuerit, in claritatem aliquam *nos:* actenuatur ın clarıtatemalıquam *M* aliquam a deo: aliquando *Pauly* 25 auferıt *M* 26 pusuıs reg. *M*

## ODE 1, 35.

Ad Fortunam quae Anti praecipue colitur. O diua gratum quae regis A. haec ode in Fortunae potentiam scripta est, cui Caesaris profectionem commendat. gratum quae regis Antium. hoc ideo, quia Anti Fortuna potentissimi numinis habetur, adeo ut multis pretiosissimisque donis et priuatorum et imperatorum templum ibi eius refertum sit. 2 praesens uel imo tollere de gradu. praesens ita dictum ut praesentia dicuntur numina deorum, quae se potentiamque suam manifeste ostendunt. 4 uertere funeribus triumphos. uertere pro eo, quod est conuertere et mutare, positum est. 6 te dominam aequoris pro 'et aequoris'. hoc autem recte dicitur, quoniam Fortuna et semper et ubique metuenda est. 7 quicumque Bithyna lacessit C. p. o. Bithyna carina ait, ut solent poetae speciem pro genere ponere. qualia illa sunt Uergiliana: Leuis innatat alnus missa Pado pro quolibet flumine, et Illas ducit amor trans Gargara transque sonantem Ascanium pro quolibet flumine. 9 profugi Scythae. manifestum est, cur profugos dixerit, quod scilicet etiam fugiendo proeliarentur. 11 et purpurei metuunt tyranni. purpurei pro 'purpurati'. purpureum enim illud est, si proprietatem adtendas. nam sic dicitur purpureum, ut lapideum ligneum, hoc est, quod purpura tantum constat. 14 stantem columnam pro incolumitate dignitatis et totius domus intellege. 14 neu pop. frequens ad arma c. a. bene tumultum uulgarem expressit repetendo. 17 te semper anteit serua necessitas. nec enim suae potestatis, qui necessitati

---

18 Georg. 245, 1 et 3, 269

---

2 Anti: ante *M*. *inscriptio non uidetur Porphyrionis esse* 3 quęrıa *M* Fortunae potentiam *nos:* fortunam potentıū (ū *ex* aī *corr.*) *M*, Fortunam potentum *uel* potentem ς 9 uelım *M* 10 deeorum *M* 17 carmına *M* 21 flumine: monte ς monte et fl.? 22 scıthę *M* cum *M* 25 alıud *M*

subiectus est. 18 clauos trabalis et cuneos manu. eleganti conceptione haec instrumenta Fortunae adcommodat, scilicet quibus cogit et torquet inplicatque res humanas. 21 te spes et albo rara Fides. bono ἐπιθέτῳ raram fidem appellat, quia a paucis colitur. 21 et albo rara Fides colit uelata panno. posset uideri sordide dixisse 'panno', nisi uellet hac conceptione intellegi a pauperioribus magis coli fidem. 'albo' autem dixit propter honestatem fidelitatis. aut numquid albo panno Fides uelata dicitur, quod, qui fidem colunt, honesti quidem habeantur, sed pauperes fiant, quoniam adquisitio perfidia magis prouenit? 22 nec comitem abnegat utcumque mutata potentis u. d. i. l. non spernit te, inquit, o Fortuna, Fides, cum linquis potentiorum limina id est cum relinquis diuites. per hoc autem uidetur significare eos, qui ex dignitate honoris aut diuitiarum ceciderint; nec fidem apud eos remanere id est fidem quoque amittere. et hoc quoque dupliciter intellege, ut fides illis nec habeatur nec seruetur. 25 at uulgus infidum et .. r. p. t. haec eleganter dicuntur, quia fortunae euentum subire cum amico uulgares homines nolunt. 28 ferre iugum pariter dolosi. ἀλληγορικῶς ostendit necessitati amicorum nolle coniunctos esse. 29 serues iturum Caesarem [et] in ultimos orbis Brittannos. [id est] Caesarem Augustum dicit. huic initium odes huius coniungendum est; sic enim: O diua gratum quae regis Antium serues iturum Caesarem. 30 iuuenum examen. translationem ab apibus factam pro multitudine militum posuit. 31 timendum: cuius exercitus timetur et in occasu et in oriente. 32 Oceanoque rubro. hoc est rubro mari, quod est in oriente. 33 heu cicatricum et sceleris pudet.

14 epod. 2, 8

1 trabılıs *M* 5 Bono ΠΙΘΕ. . ΤΩ *s. l. addito* Ε *et* Ν *(post* Ω*) M* 20 uultus *M* 25 seruıs *M* 27 huic *Pauly:* hac *M* hic ς 28 quae: quı *M* 29 seruıs *M* 34 cıcatrıcem *M*

huius scilicet sceleris, quod bello ciuili in nos admisimus. 34 quid nos dura refugimus aetas. suauiter figurauit 'nos aetas'. 35 quid intactum nefasti liquimus. nefastos pro nefariis posuit. 38 o utinam . . incude diffingas retunsum in Massagetas Arabasque ferrum. ἀμφίβολον. non est enim 'retunsum in Massagetas' accipiendum, sed 'in Massagetas diffingas'. sensus est enim: utinam ferrum, quod retundimus in corporibus nostrorum bello ciuili, diffingas id est refabrices aduersum barbaros. Massagetae autem gens Thraciae.

## ODE 1, 36.

Custodes Numidae deos. hanc oden scribit in honorem Pomponi nomine Numidae, pro cuius salute reuersi ex Mauretania uota solui aequum esse dicit. 1 et ture et fidibus iuuat placare. fidicines hodieque Romae ad sacrificia adhiberi sicut tibicines nemo est qui nesciat. 1 iuuat placare .. Numidae deos. placare pro eo quod est 'gratiam referre' intellegendum, non ut placari irati dicuntur. cum enim Numidam dicat sospitem redisse, apparet eum deos propitios etiam ante sacrificia habuisse. custodes autem pro conseruatoribus accipiamus. 4 qui nunc Hesperia sospes ab ultima. Numida hic ex Mauritania in qua militauerat reuersus est; ergo Hesperiam nunc occiduam partem intellege, non ut Hesperia a Uergilio Italia dicitur. 8 actae non alio rege puertiae. puertiam pro pueritia per syncopen dixit; significat autem Pomponium hunc Numidam a pueritia Lamia patrono usum. 9 mutataeque simul togae. praetextae utique togae mutatae, qua deposita uirilis accipitur. per hoc signi-

---

1 scaelerıs *M* admıssımus *M* 3 ıntactaım *M* 4 naefarııs *M* 7 masag&as *M* 8 *et* 10 dıffıngas, n *sup.* a *m. 2. scripsit in M* 9 retudimus ς *fort. recte* 15 solui *cod. Par.*: solua, *a m. 2 sup. sc.* uend. *M* 21 cum: Dıctum *M* sospıtœm *M* 24 ad *M* numıdıa *M* 26 exsperıam *M* 28 puerıtıae puertıa pro *M*

ficat eos pariter adoluisse. 10 Cressa ne careat pulchra dies nota. album calculum Cressam notam dicit, quia Cretensibus mos erat laetos dies calculis albis, quos in pharetras mittebant notare, tristes autem nigris. per hoc ergo dicit nunc poeta laetum diem exigendum. 11 nec promptae modus amphorae nec morem in Salium sit requies pedum. per quod significat et largius bibendum et saltandum. Salii autem sacerdotes Martis hodieque tripudiare in sacrificiis Martis dicuntur, unde etiam Salii a saliendo id est saltando dicti. ordo est autem: nec sit requies pedum in Salium morem. 13 neu multi Damalis meri B. T. u. a. amystis ut quidam aiunt potio quaedam est apud Thracas, alii poculi speciem esse aiunt eo, quod necesse sit uno ductu potionem haurire. sensus autem est: Damalis, quae multi meri est id est ebriosa, non uincat Bassum in potando id est: Bassus quoque multum potet. 16 neu breue lilium: quod breuis temporis est hoc est cito deflorescit. 17 putres oculos. putres uino intellege. uidemus enim ex uino oculos quasi languidos fieri. 18 neu Damalis n. d. [n.] a. sensus est, nec nouus adulter id est amator Damalim auellet a pristino suo amatore. 20 lasciuis hederis ambitiosior. ambitiosa ab ambitu lacertorum id est amplexu Damalis dicta est, quae ab hoc hederae conparata est, quia et illa arbores solet ambire id est circumdare. hederas autem lasciuas dixit, quia quasi ludentes uage serpunt.

ODE 1, 37.

Nunc est bibendum. hac ode laetitiam profitetur suam poeta ob uictoriam Actiacam Augusti, cum M. Antonium apud Actium promunturium nauali proelio superauit ac deinde Alexandriam cepit. 1 nunc [Sa-

---

5 la&ū, ū *in litura, M* 6 amforę *M* 11 ne *M* 12 in Salium morem *nos:* salium more *M* 13 amistis *M* 14 apudarchas *M* 18 potest *M* 22 *schol. u. 18 ante sch. u. 13 est in M* 26 ob ς 28 uagae ς 31 hacciacam *M* 32 M.: men (-m̄) *M* 33 coepit *M*

liaribus] *pede libero pulsanda tellus.* id est libere tripudiandum est ac per hoc ludendum. 2 nunc Saliaribus ornare puluinar d. t. e. d. s. s. sacerdotales cenae, quas Salii faciunt, dicuntur esse amplissimi apparatus. unde in prouerbio est Saliares cenas dicere opiparas et copiosas. 5 antehac nefas depromere C. c. a. belle per cellas auitas uinum uetustum significat. 8 funus et imperio parabat. funus pro exitio positum. imperio autem utique Romano intellegendum. 9 contaminato c. g. id est, cum grege spadonum, quos Cleopatra satellites et cubicularios habebat, quos morbo turpes dixit, quia fere hi effeminati sunt. 11 fortunaque dulci. hoc est: fortunae successu demens et inconsulta. 12 sed minuit furorem uix una sospes nauis ab ignibus. una nauis, qua scilicet effugit uicta ab Augusto, sed 'unam nauem' ὑπερβολικῶς dictum accipe. 14 mentemque lymphatam Mareotico redegit in ueros timores. Mareotis palus esse dicitur in Aegypto, unde uinum Mareoticum dicitur. ergo 'lymphatam mentem Mareotico' ex ebrietate uesanam accipe. 19 in campis niualis Haemoniae. Haemonia dicitur ab Haemone monte, quem niualem merito appellauit, quia est frigidissimus. 20 daret ut catenis f. m. fatale monstrum aut a fato sibi seruatum aut detestabile dictum hoc accipiamus. quasi decreto fatorum nobis obiectum. 22 nec muliebriter expauit ensem. non tamquam ense perierit Cleopatra, sed significat eam tam praestantem animi fuisse, ut ensem quoque non timuerit. 23 nec latentis classe cita reparauit oras. hoc est, nec fugit *in* latentis id est intimas Aegypti regiones, ut uires inde repararet.

---

1 pede—tellus *om. M* 4 scęnę 6 oppıparas *M* antehanc *M* 7 uelle *M* 10 g.: Z *M* 13 dulce *M* 16 quas *M* 18 lymfatam *M* 19 ęgipto *M* 20 mareotıco *M* lymfatam *M* 22 hemonıe hęmonıę *M* 25 autem a *M* 26 hic *Pauly. uerba* quasi . . obiectum, *fort. etiam* hoc accipiamus *delenda uidentur* 32 aegipti *M* ut: unde *M*

26 fortis et asperas tractare serpentes. hoc ideo dicitur, quia serpentem sibi obposuit, cuius morsu perit. 29 deliberata morte ferocior s. L. deliberata utrum pro cogitata positum est, an uero 'de qua plerique deliberant id est dubitant', ut sit hoc perpetuum epitheton mortis. significat autem in ipsius mortis significatione constantissimam fuisse. 30 Liburnis. Liburni gens Illyrici ferox, ad moriendum paratissima. 30 scilicet inuidens priuata d. s. n. h. m. t. inuidens scilicet Augusto, ne captiuitas sua illi gloriosiorem honestioremque triumphum faceret ornatu. nam et Titus Liuius refert, illam cum de industria ab Augusto in captiuitate indulgentius tractaretur idemtidem dicere solitam fuisse: *Οὐ θριαμβεύσομαι* id est non triumphabor ab alio.

ODE 1, 38.

Persicos odi puer apparatus. ad puerum suum de hilaritate loquitur negans ad uoluptatem opus esse magnifico apparatu. Persae autem reges ob nimias diuitias in sumptuosissimis deliciis agere dicuntur. 2 displicent nexae philyra coronae. hoc est: displicent coronae operosius factae. 3 mitte sectari rosa quo locorum sera moretur. uetat puerum magnopere rosas sibi quaerere, quae solent iam praeterito ueris tempore ex frigidioribus adferri. 5 simplici myrto nihil adlabores. sensus: nihil adlabores myrto adplicare; simplex enim myrtus delectat nec in hac re uolo sedulus sis id est officiosus, ut plus quam myrto coroneris. ordo est autem: nihil curo, id est, hoc non curo, ac per hoc: nolo. 7 neque me sub arta uite bibentem. artam uitem spissam ac per hoc umbrosam accipe. 7 Plautus in Uidularia myrtum et feminino genere et

---

2 apposuit ς 6 ıpsıs *M* 7 lybyrnı lybyrnı *M* 13 captıuıtatem *M* 21 filyra *M* 22 hoc—coronae *s. l. M* 28 delectant *M*

neutro dixit. feminino sic: E myrteta prosiluit et Haec myrtus Ueneris est. haec myrtus et haec myrteta † nomen significat.

---

# ODARUM LIBER II.

## ODE 1.

Ad Asinium Pollionem. 1 Motum ex Metello consule ciuicum m. haec ode ad Asinium Pollionem consularem uirum et triumphalem scripta est, qua hortatur eum, ut omisso tragoediarum scribendarum studio inchoatum historiae opus consummet, ac deinde in parecbasi id est in translatione bellorum ciuilium calamitatem refert. motum ex Metello c. c. Pollio historiam belli ciuilis a Lentuli et Marcelli consulatu coepti altius repetit id est a Metello Celere et L. Afranio consulibus. adtende autem non ciuile sed ciuicum dixisse antiqua figura. illi enim ciuica et hostica, deinde ciuilia et hostilia dicebant. denominationes autem hae fere liberae sunt apud doctos. et motum pro bello posuit. 3 ludumque Fortunae, hoc est: quae res humanas ludibrio habet. 4 et arma non dum expiatis id est: de quibus nondum expiati id est loti cruores sint. ergo intellegi uult, paene adhuc in manibus esse arma ciuilia. solent autem ungi arma, cum post bellum transactum reponenda sunt. ordo ergo est nondum expiatis cruoribus. 6 periculosae plenum opus aleae t. et i. p. s. c. d. allegoricos ait, adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis ostendi nec tutum esse haec

---

1 per myrteta *M cf. Prisciani inst. IV, 12* 3 nomen M, locum ς, unum? *Ceterum quae de myrto et myrteta dicuntur num sint Porphyrionis dubito* 4 EXPLICIT LIBER· I· INCIPIT LIBER· II· *M* 7 hac *M* 10 hopus consum& *M* 11 par&bası *M* 12 refert *nos,* referat *M* 13 Marcelli ς: mamercı *M* 17 ut hostılıa *M* 22 cruores ınt *M* 28 spetıae *M* ostendi *nos:* ostendıt *M* latere ostendit *uel* latere et ostendit ς tuum *M*

scribere. 9 paulum seuerae M. t. d. t. quoniam, inquit, haec scribere destinasti, parce tantisper tragico stilo. seueram autem tragoediam merito dicit, quod tristia fere sint argumenta tragoediarum. 10 mox ubi publicas. hoc est: ubi historiam, quae publicas res continet, ordinaris id est descripseris. 11 grande munus C. r. Cecropio coturno, inquit, quia apud Athenienses primum est scripta atque acta tragoedia Thespide inuentore eius atque actore. 13 insigne maestis praesidium reis. per quod significat, et fortissime eum causas reorum in iudiciis defendere et praeterea prudentissima consilia in senatu dare. 15 cui laurus aeternos honores. ideo hoc dicitur, quia Pollio Salonis urbe ex Dalmatis capta triumphauit. 17 iam nunc minaci murmure cornuum. iam, inquit, uideor mihi uidere et audire ea, quae historia refert, per quod significat uim eloquentiae Pollionem ἐνεϱγὸν [id est otiosam] in relatione pugnarum inducere. 19 fugacis terret equos. fugacis pro uelocibus accipe; et in sermone hodieque fugam pro uelocitate dicimus, cum de equis loquimur. 21 audire magnos iam uideor duces. ambiguum; utrum enim ipsos duces contionantes audire se dicat an Pollionem de ducibus narrantem, incertum est.

22 puluere sordidos. speciose ac decenter dictum puluere non indecoro sordidos quasi puluere bellico pulueratos. 24 praeter atrocem animum Catonis. M. Porcium Catonem significat, qui Uticae maluit se interficere inminente Caesare quam in potestatem eius uenire. 25 Iuno et deorum quisquis amicior Afris. sensus est: Iuno et qui-

---

6 *scholion u. 11 post sch. u. 15 est in M* 8 anthenienses *M* 9 Thespide *nos*: thespio *M* Thespi ς 10 regis *M* 14 pullio *M* Salonis *nos*: salonas *M* Salona ς urbes *M* 18 Pollionem ἐνεϱγὸν id est otiosam *nos*: Pollionem idem otiosum *M cf. ad sat.* I, 2, 132. *od.* 2, 12, 28. *od.* 4, 11, 11. *epo.* 7, 15. 19 terret equos: t. e. *M* 26 non quasi *M* 28 m̅. portium *M* 29 utique *M*

cumque alii dii Carthaginiensibus fauerant, ultionem uastatae Africae ex posteris eorum, qui eam uastauerunt, nunc receperunt. inpotens autem non potens id est adynatos 'sine uirtute' intellegendum. 28 retulit inferias Iugurthae. nunc latius intellege, id est: Afris omnibus. 29 quis non Latino s. p. c. sensus est: nullus est campus, qui non sepulcris Romanorum bella ciuilia fuisse et sanguine Romano pinguem se ostendat factum. 31 auditumque Medis H. s. r. de superiore ostendit; sic enim intellegendum: quis non campus sepulcris testatur inpia proelia sonitumque Hesperiae ruinae, quem etiam Medi audierunt. sonitum autem ruinae Medos audisse id est super orbem transilire, per hyperbolen intellegendum est; cuius sensus ex subiectis magis inlustratur, quod dixerit qui gurges aut quae flumina lugubris ignara belli, quod mare Dauniae non decolorauere c. — 34 Dauniae a Dauno rege Apuliae ac per hoc Italicae ac deinde Romanae intellegendum. 37 set ne relictis Musa procax iocis Ceae retractes munera n. n. Nenia lugubre carmen est, quod in mortuo canitur. Simonides autem ex Cea insula lyricus poeta θρήνους id est planctus optime scripsit. inde Ceam neniam appellauit. sensus est autem: sed cum lyrico carmini aptiores ioci sint, procacitatem egeris, o Musa, si lugubria potius in eo modulata fueris, quam ueneria, quae leuioribus modulis aptantur.

## ODE 2, 2.

Nullus argento color est auaris. Hac ode Sallustium Crispum adloquitur equitem Romanum

---

2 uastauerınt *M* 8 fuıse *M* 10 ostendit: hoc pendet 14 transılıre yperbolen *M* 17 ıgnare *M* 20 Musa: m̄ *M* ıocıs queretractıs *M* 22 mortuo *M:* mortuos ς exea *M* 24 cenam *M* 26 in eo modulata fueris *Clm. 375:* ın eo modulata p. fuerıs *M,* Dionaeo modulata plectro fueris ς 27 lenıorıbus *M*

Augusti amicum, qua liberalitatem et magnificentiam animi eius describit. argentum autem abditum pro pecunia recondita in thesauris dixit; et est sensus: diuitiarum splendor nullus est, nisi honesta ratione fuerint in usu. 2 inimice lamnae. lamnam pro rudi et infabricata materia dixit. per quod significat Sallustium non libenter habere, absconditas et sine usu diuitias esse. 5 uiuit extento Proculeius aeuo. Proculeius eques Romanus amicus Augusti carissimae pietatis erga fratres suos Caepionem et Murenam fuit, adeo ut bona sua cum his aequis partibus diuiserit, quia illi bello ciuili erant spoliati. uiuit extento Proculeius aeuo. ecce, inquit, Proculeius, qui liberalis in fratres suos fuit, aeternam sibi per hanc pietatem memoriam parauit, et per omne aeuum fama eius extenta est, per quam semper uolat. 7 illum agit pinna metuente solui fama superstes. sic intulit fama superstes poeta, quasi fama illum agat pinna sua, quae ab illo *non* soluitur; nam semper uolat. 9 latius regnes auidum d. s. latius, inquit, possideas auaritiam animi conpescens, quam si per continuationem ex Africa in Hispaniam possessiones extendas. 11 Gadibus iungas. Gades oppidum est in Hispania a Poenis conditum. uterque Poenus ergo inquit, quia Carthaginem sicut Gades Poeni condiderunt. 15 et aquosus albo corpore languor. bella conceptione aquosus languor ὕδρωψ dicitur; album autem corpus pro pallido dictum est.

17 redditum Cyri solio Prahaten. Prahates, inquit, qui in regnum Persarum restitutus est, non est in numero beatorum sicut uulgus putat; nec enim regnum aut diuitiae beatos faciunt. Cyri solio: regno Persarum a rege Cyro, qui primus in Perside

---

3 tesauris *M* 8 esse *om.* ς 10 Caepionem *Forcellini lex.* scipionem *M* 16 per . . uolat *del. Hauthal* 18 intulit f. s. *M* 19 agit *M* 22 spaniam *M* 23 gadas *M* 25 gathem *M* 27 uella *M* 33 persida *M*

regnauit. 18 dissidens plebi numero beatorum eximit uirtus. ordo est: Prahaten eximit numero beatorum uirtus, quae plebi dissidet, hoc est, quae uirtus id est sapientia non est apud plebem. 19 populumque falsis dedocet uti. dedocet pro dedocere cupit id est dissuadere populo beatum dicere eum, qui regnum et diuitias possideat, quia falso hoc dicitur, solummodo illum et diuitem et regem et securum esse adfirmans, qui diuitiis alienis non inuideat nec eas concupiscat. 22 propriamque laurum. laurum pro laurea ac per hoc gloriam intellegamus, propriam autem perpetuam. 23 oculo inretorto hoc est oculo non inuidenti.

## ODE 2, 3.

Aequam memento rebus in arduis seruare m. haec ᾠδὴ ad Quintum Dellium scripta est de animi aequitate; subitis bonis non esse gaudendum nec malis desperandum, sed medium tenorem sequendum. 4. moriture Delli . . seu te in remoto g. p. d. f. r. b. in hoc causam ostendit, cur aequo animo uiuendum sit, quoniam scilicet moriundum est, † et si lasciuus et si largus uixeris. 6 seu te in remoto gramine per dies festos reclinatum bearis. in remoto gramine hoc est in secessu nemoris. reclinatum autem id est resupinum recumbentem, ut solent, qui securiores et soluto animo hoc faciunt. 9 interiore nota Falerni hoc est: uetustiore, quoniam interiores lagynae solent esse, quae prius stipatae sunt. 11 quid obliquo laborat lympha fugax t. r. subaudiendum: si ea non utimur; et est totum amabiliter dictum. 13 huc uina et unguenta et n. b. f. a. f. i. r. huc, scilicet ubi umbram hospitalem consociant

3 plebis numero dissid& *M* 15 seruarere m. *M* 21 lasciuus: adstrictus? 28 lagenae ς *cf. λάγυνος et Vulg. Interpret. Iud. 7, 16 (Vercellone)* 32 umbra *M*

pinus et populi et ubi lympha fugax obliquo laborat trepidare riuo. 15 dum res et aetas et sororum f. t. p. a. hoc est, dum est unde, et dum per aetatem haec decet facere et dum Fata permittunt uiuere, quae atra fila moriturorum tractant. 15 et sororum fila trium p. a. dum fila atra sororum patiuntur, inquit, pro eo quod est: dum ipsae sorores patiuntur, hoc est Parcae, quarum fila sunt atra. 19 et extructis in altum diuitiis potietur heres. hoc est, quas tu in altum extruxeris ac per hoc magnas amplasque feceris. 21 diuesne prisco natus ab Inacho. utrum diues, inquit, et generosus sis an pauper et ignobilis, nihil interest. 22 de gente sub diuo moreris: sub caelo agas ac per hoc uiuas. 25 omnium uersatur urna. poetice hoc, quasi sorte scilicet ducti ad mortem accersantur. 28 inpositura cymbae. scilicet qua Charon umbras sepultorum per Acherontem in ulteriora inferorum transferat; scilicet et hoc poetice.

## ODE 2, 4.

Ne sit ancillae t. a. p. a. ad Xanthiam Phoceum haec ode dicitur de amore Phyllidis; non esse domino ancillae affectum erubescendum. 2 prius insolentem serua B. n. c. m. A. insolentem hic superbum et adrogantem accipe; alioquin insolens crudelis dicitur. superbiae autem Achillis Vergilius quoque meminit, cum de Pyrro filio eius loquitur ita Stirpis Achilleae fastus. 7 arsit Atrides medio in triumpho u. r. medio in triumpho, hoc est: in ipsa uictoria capta Troia quaesita. 9 barbarae postquam cecidere turmae Thessalo ui-

---

28 Aen. 3, 326

---

3 est et unde *M* res secundae *Hauthal* 9 potıaetur *M* 15 *et* 19 poetıcae *M* 16 ducta? *at cf. od. 3, 1, 16* 21 foceum *M* 22 fyllıdıs *M* 28 stırps *M* ır *in ras.* 31 thesalo *M*

ctore. poterat accipi Neoptolemo, qui interfuit excidio Troiae, sed cum subiciat et ademptus Hector ad Achillen reuocauit omnem excidii Troiae causam. 11 leuiora tolli P. s. leuiora scilicet facta Pergama id est inbecilliora extincto Hectore. 13 nescias an te generum b. Ph. d. p. breuiter et decenter tacitae anthypophorae occurrit. nam cum Briseidem Tecmessam et Casandram, quae scilicet regiae puellae fuerunt, in exemplum Phyllidis adtulisset, necessario subiecit nescias an te generum beatae Phyllidis flauae decorent parentes. posse autem fieri ait, ut et haec regii generis sit; unde intellegere debemus, Phylliden captiuam esse. sic se enim habent et haec, quae subiciuntur: regium certe genus et penates. 21 brachia et uultum t. s. eleganter cum puellae pulchritudinem laudaret, ne suspectus haberetur in amorem eius, adiecit 22 integer laudo; fuge suspicari c. o. t. a. o. l. grate quadraginta aetatis annos se excessisse ostendit. octo enim lustra octo quinquennia, quadraginta annos scilicet, cludunt, quae aetas uidetur iam amoris esse aliena.

ODE 2, 5.

Non dum subacta ferre iugum ualet ceruice. hac ᾠδῇ allegoricos cum eo agit, qui inhabilem adhuc uiro puellam persequitur, quae lusus magis quam rerum ueneriarum cupida sit. 2 non dum munia comparis aequare. eleganter quasi de iugo ferendo loquitur, quod de coniugio intellegi uult. 6 nunc fluuiis grauem solantis aestum. elegantius dici non potest, quam hoc dicitur fluuiis grauem solantis aestum, quod significat: refrigerantis. solantis aestum. solans aestum pro refrigerante gra-

---

3 casum *M* 6 Ph: f. *M* 7 tacıtem anthıpofora *M* 8 del messam *M* regınae *M* 9 fuerat *M* fyllıdıs adtulıset *M* 10 fillıdıs *M* 11 decore *M* 13 fyllıden *M* 16 pulchıtodınem *M* 18 gratae *et* 21 alıaena *M* 23 ıaıgum *M* 27 cum parıs *M* 28 ult *M* 30 quıa *M* 32 solans

tissime dicitur. 7 nunc in udo ludere cum uitulis salicto praegestientis. iucunde perseuerat in allegoria cum uitulis dicendo, intellegi uolens: cum pueris. 9 tolle cupidinem inmitis uuae. transit in aliam allegoriam, inmaturae uuae conparans uiridem adhuc puellae uirginitatem. 11 distinguet autumnus racemos, hoc est: nigrore maturitatis uariabit. uidemus enim in racemis, cum primo nigrescere incipiunt, non omnes simul acinos colorari. 13 currit enim ferox aetas et illi quos tibi d. adponet annos. mira conceptio in eo, quod est illi annos adponet quos tibi dempserit, sed annos hic pro uiribus ac flore aetatis accipe. sic enim se habet sensus: quantum tibi uergente iam iuuentute uirium decesserit, tantum illi nunc cum maxime florescenti accedet. 17 dilecta quantum non Pholoe fugax non Chloris. dilecta generaliter accipe: a quocumque qui eam uiderit dilecta; et hoc utique propter pulchritudinem, quam in ea praedicat praeferendo Chloridi et Pholoae, quas aeque pulcherrimas fuisse intellegendum. non Pholoe fugax: quae uiros fugeret. 18 albo sic umero nitens pro candido. 20 Cnidiusue Gyges quem si puellarum. de huius pueri pulchritudine etiam Ouidius locutus est. 22 mire sagacis falleret h. d. o. s. c. a. u. suauiter hic hospites pro ignotis dicit, hoc est, qui ipsum puerum non nossent; sic enim falli possint obscuro sexus discrimine et ambiguo uultu. sagacis: 'quamuis sagacis' accipe. 23 discrimen obscurum solutis crinibus ambiguoque uultu. obscurum discrimen sexus scilicet; obscurabat autem per crines solutos.

---

*nos,* solari *cum ras. post* i *M* ς refrigerantae *M, expuncta* a, refrigerare ς *alterutrum scholion Porphyrionis non est* 8 in racemis *nos* racemus *M* racemos ς 10 aetas: metas *M* 13 florem *M* 14 iuuentate, ta *in* tu *corr., M* 16 *post* accedet *sequuntur* 21 non — 23 candido *in M* foloe *M* 20 folae *M* 21 foloe *M* 23 guges *M* 29 discrimine . . criminibus *M*

## ODE 2, 6.

Septimi Gades aditure mecum. hac ode Septimium equitem Romanum commilitonem suum adloquitur, qua testatur gratissima sibi loca esse Tiburi et Tarenti. 1 Septimi Gades aditure mecum. Gades oppidum est in Hispania a Poenis conditum, ut supra ostendimus. 1 et Cantabrum indoctum i. f. n. apparet Cantabros, quae est gens Galliae, illo adhuc tempore indomitos fuisse, cum dicat et Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. 3 ubi Maura semper aestuat unda. Maura hic pro Africa aphelos dicitur, scilicet quod tam Africa quam Mauretania generaliter Libya dicitur. 5 Tibur Argeo positum colono. supra ostendimus Tibur oppidum a tribus fratribus conditum esse, Tiburno Catillo Cora, quos genere Argiuos fuisse etiam Uergilius testis est, qui ait Catillusque acerque Coras Argiua iuuentus. ergo Argeo pro Argiuo antique dicitur. 7 sit modus lasso maris et uiarum militiaeque. modum nunc pro fine dixit. optat ergo sibi post labores maris et uiarum et militiae in reliqua aetate Tiburis secessum. 10 dulce pellitis ouibus G. f. Galesus fluuius est Tarentinorum. pellitas autem oues dixit, quod Tarentinae oues pellibus teguntur. de fertilitate autem et amoenitate Tarentini agri et Uergilius in Georgicon quarto significat, et Titinnius sic ait Tarentinorum hortorum qui geris odores, cum uellet intellegi florum odores gerere eum, cui hoc dicit. 11 et regnata petam

---

7 ad od. 2, 2, 11   14 ad od. 1, 7, 13. 1, 18, 2   16 Aen. 7, 672   26 Georg. 4, 125 sqq.

---

4 Tiburis ς   5 septimi — 7 ostendimus *post* 10 nostra *in M posita sunt*   6 gadıs oppıdum *M*   7 & super *M*   11 aında *M*   mauram *M*   12 Africana ς   afelos *M*   14 arge opposıtum *M*   15 Cathıllo *M*   17 Kathıllus *M*   28 odores qui geris *Pauly*   29 gerere eum *nos:* gerer&ur *in ras. M*, gerere *A*

Laconi r. P. Phalanthus Lacedaemonius fuit, quo auctore et principe Partheniae Spartani Tarentum condiderunt. 14 ubi non Hymetto mella d. s. Hymettos mons est Atticae [id est in Attica], ubi optimum mel nascitur. decedunt ergo *ἀντὶ τοῦ* [e contrario] cedunt: conpositum pro simplici est, id est, cedunt. sensus est autem: ubi mel nascitur, quod ab Attico non uincatur. 15 uiridique certat baca Uenafro. Graeca figura dictum est 'illi certat' pro 'cum illo certat'. baca autem pro oliua dixit. uidetur ergo significare, in Tarentino agro tale oleum nasci, quale sit Venafranum. 18 et amicus Aulon fertili Baccho. Aulon locus est contra Tarentinam regionem ferax boni uini. 19 minimum Falernis inuidet uuis pro 'non inuidet', quia scilicet non fit ibi deterius uinum quam in Falerno agro. inuidet enim tantum, *qui* inferior est. 22 ibi tu calentem debita sparges lacrima fauillam uatis amici. eleganti figura Septimium sibi superstitem optauit. 24 uatis amici. legitur et uatis Horati.

## ODE 2, 7.

O saepe mecum temp. in ultimum d. B. m. d. hac *ᾠδῇ* ad Pompeium sodalem scribit, qua gratulatur ei, quod restitutus sit in patriam, et testatur, commilitonem sibi fuisse in castris M. Bruti. 3 quis te redonauit Quiritem. Quiritem ciuem Romanum significat. adtende singulari numero dictum, quod non facile apud ueteres inuenias. 6 cum quo morantem saepe diem mero fregi. morantem pro longo posuit, ut quasi cum mora spatium suum

---

1 falantus *M* 2 partenıae *M* 3 ymetto . . y m& tos *M* 4 id est in Attica *deleui* 5 & contrarıo *M*, *deleui. item uerba* conpositum . . cedunt *non uidentur Porphyrionis esse* 6 sımplıtıae est ıd *M* 12 Uenafranum *nos:* uenafrum, a *ex* e *corr.*, *M* ς 14 nımıum *M* 20 oratı uatıs *M* 23 hanc oden ς pompılium *M* quo*M* 25 m̄. *M* 30 ut: qui ς *del.*?

decurrat. fregi autem diem uidetur pro *eo*, quod est 'diuisi', dixisse, ut a sexta hora significet se saepe epulatos. mero autem siue datiuo casu siue ablatiuo accipias, habebit suam rationem sensus: aut enim 'illa re fregi diem' aut 'illi rei fregi'. 8 malobathro. malobathrum unguenti speciem esse scimus.

9 [et] tecum Philippos. Philippi oppidum est in Macedonia, ubi Marcus Brutus periit. 11 cum fracta uirtus. quia uirtute se Cassius et Brutus praecipue iactabant. 11 et minaces turpe solum tetigere mento. turpe solum aut cruore foedatum, ut sanguine foedantem, quos ipse sacrauerat ignes, aut nomen est loco aduerbii positum: turpe solum tetigere pro 'turpiter tetigere'. 13 sed me per hostis Mercurius celer denso p. s. a. saepe ostendit Horatius in partibus *Bruti* se militasse. iucunde autem a Mercurio se sublatum de illa caede dicit, significans clam et quasi furto quodam se inde fugisse. per celerem ergo Mercurium celeritatem fugae, per id quod ait denso aere latebras ipsius fugae intellegi uult. 15 te rursus in bellum resorbens unda f. t. a. allegoricos significat Pompeium post fugam illam impetu quodam mentis petisse rursum partes Bruti. 17 obligatam: repromissam ac debitam. 21 obliuioso Massico. Massico uino obliuiones curarum ac sollicitudinum faciente uel adferente.

22 ciboria exple. ciboria proprie sunt folia colocasiorum, in quorum similitudinem pocula facta eodem nomine appellantur. 23 quis udo deproperare apio coronas curatue myrto? quis interrogatiue, sed cum quodam hortamento dicitur. udo autem

---

12 Verg. Aen. 2, 502

---

6 malobatrum *M* 7 phılıpos. phılıpı *M* 8 machedonıa *M* fr&a *M* 11 ut: aut *M* 15 Merc.: m *M* 16 oratıus *M* Bruti *om.* *M* 20 pro ıd *M* 22 allegolıcos *M* 26 solıcıtudınum *M* adferentı *M* 27 proprıae *M* 30 mısto *M*

apio pro uiridi uel quod in aqua nascatur. depro-perare autem ualde properare significat. 25 quem Uenus arbritrum d. b. archiposian [archiposia est inchoatio bibendi] in conuiuio talorum iactu sortiri solebant. Uenerius autem iactus in talis summum numerum habet, id est, tricenarium. 26 non ego sanius bacchabor Edonis. Edonii Thraces sunt, quos solet ebrietas ferociores reddere. 27 recepto dulce mihi furere est amico. accipiendum extrinsecus 'etiam', ut sit: etiam furere dulce mihi est recepto amico.

ODE 2, 8.

Ulla si iuris tibi perierati p. B. scaenicum principium. intellegendum enim aliquos sermones praecessisse, quibus Barine haec noctem sui iureiurando interposito repromiserit; dein postquam fefellerit, tum in haec uerba hunc erupisse. 3 dente si nigro fieres uel. subaudiendum extrinsecus 'saltem', ut sit: si uel leuissimam poenam obprobrii sensisses. 5 sed tu simul obligasti: ac periurio te deuouisti.

6 enitescis pulchrior multo. adeo multo pulchrior es post periuria, ut iuuenes te uniuersi diligant. ergo iuuenum publica pro 'omnium iuuenum' dictum est, ut est apud Sallustium: Publicam miserorum causam. 9 expedit matris c. o. f. sensus est: cum haec uideam, prope est, ut putem rationem pietatis ac religionum in contrarium esse uersam, ut, qui impii atque inreligiosi sint, magis deos promereantur. 11 gelidaque diuos m. c. et hic et in eo qui ante hunc sensus est per zeugma id est per coniunctionem ex superiore accipiendum

24 Cat. 35, 3.

3 *haec deleui* 4 uiuendi *M* 5 iactus: laetus *M* 6 tricennarium *M* 7 edonus *M* 15 uarinae *M* 16 refellerit *M* 19 obprobrii *nos:* obprobrium *M*, ob periurium *uel* ob obprobrium ς 20 *post* obligasti *fort.* simul iurasti *exciderunt* 22 uniuerse *M* 25 matres *M*

'expedit fallere'. 13 ridet hoc inquam Uenus i. r. s. N. f. et C. ridet periurium tuum Uenus, quae scilicet amantibus facilis est. 13 rident simplices Nymphae. sic illud dicitur Sed faciles Nymphae risere sacello. 15 semper ardentis acuens s. c. c. nimium ἀμφίβολον. utrum enim semper ardentis intellegendum an semper acuens? eleganti autem conceptione de amore dicitur et ardentis sagittas et semper acuens et cruenta cote. 18 nec priores impiae tectum dominae relinquunt saepe minati. hoc ostendit, etiam illis amatoribus gratam eam esse, quibus fuerit iniuriosa. 21 te suis matres metuunt iuuencis. iuuenci ergo non tantum boues dicuntur, sed et homines, quamuis in usu sit, ut non nisi per deminutionem iuuenculos dicamus. 23 tua ne retardet. amoris aura, quae ad te eos fert; sed utique hoc per allegoriam dicitur.

## ODE 2, 9.

Non semper imbres n. h. i. hac ᾠδῇ Ualgium consularem amicum suum solatur morte delicati pueri grauiter adfectum. non semper imbres n. h. i. Nat. latens sensus in hac eloquutione. intellegi enim uult nec semper pluere nec semper agros hispidos esse, id est horridos, per quod intellegendum aduersa hominibus non posse esse continua ac sempiterna. 4 nec Armeniis in oris, amice Ualgi, stat glacies iners. et hic et in subiectis sensibus non semper ex superiore *per* zeugma accipiendum 6 aut aquilonibus querceta Gargani. Garganus mons est Apuliae; querceta autem dicuntur ut pineta et uineta a quercis scilicet arboribus. 9 tu semper

---

4 Verg. Buc. 3, 9

---

2 tuum *nos:* suum *M* 3 rıdent *et* nymfę *M* 4 nymfae *M* 5 acuentos *M* 6 nimirum *Pauly* 7 acues *M* 16 quaeq; *M* 26 ualge *M* 27 non *nos:* nam *M* 28 per *om. M* 30 ut: & *M* 31 scılıc& & *M*

flebilibus modis Mysten ademptum nec tibi uespero surgente decedunt amores. Mysten semper urgues id est instanti querella quereris. [uespero surgente.] uespero fugiente solem id est orientem, cum Uesper stella quasi refugit id est occidit.

13 at non ter aeuo functus. Nestorem significat, qui traditur tribus saeculis uixisse. Antilochum autem Nestoris fuisse filium notum est. 17 desine mollium querellarum. desine querellarum Graeca locutione figuratum est. alioquin nos 'desine queri' dicimus. 20 et rigidum Niphaten. Armeniae mons est, in quo magna frigora sunt. 21 Medumque flumen gentibus additum uictis. uidetur Euphraten Medorum significare. quem ait gentibus uictis additum esse, id est, ad numerum uictarum gentium accessisse. et additum uictis poetice quasi fracta sit ferocia impetus eius, postquam uictus sit.

## ODE 2, 10.

Rectius uiues Licini. hac ᾠδῇ Licinium [Valgium] adloquitur, admonens periculosum esse magna temptare optimumque esse mediae uitae statum. 1 neque altum semper urguendo. allegoria, qua significat: neque magna nimis adpetenda, nec rursum dum pericula timeas inter angustias humilis ac sordidae uitae contineаris. 4 litus iniquum. periculosum propter humilitatem uadorum siue propter saxa; sed et hoc, ut dixi, allegoricos accipiendum. 7 caret inuidenda sobrius aula. in hoc sobrius id est sapiens, quod careat inuidenda aula id est inuidiosa honorum sublimitate. 9 saepius uentis a. i. p. per haec et quae subiecta sunt, allegoricos significat, altiora quaeque hominum magis

---

1 fleuılıbus modys *M* 5 orıente *M* 7 seculıs *M* Aantılocum *M* 9 quęrellarum *bis M* gręcę *M* 11 nıfaten *M* 14 eufraten *M* 20 Ualgium *ex principio prioris odae illatum deleui* 29 ınuıda aula *M*

periculis esse subiecta. 11 feriuntque summos f. m. et hic et in superiore saepius per zeugma accipiendum, ut sit ‘saepius feriunt’. 13 sperat infestis m. s. a. s. qui prudenter sapit, et in aduersis meliora sperat et cum prosperis rebus utitur contraria illis id est aduersa metuit. 13 metuit secundis alteram s. id est: contrariam secundis, quod est aduersam. 15 informis hiemes r. I. i. per haec et uices esse bonarum malarumque rerum probare uult. 17 non si male nunc et olim sic erit. olim nunc futuri temporis est. 18 quondam hic ‘interdum’ aut ‘non numquam’ significat. 21 rebus angustis animosus atque f. a. hac allegoria praecipit, nec in aduersis rebus desperandum esse, et secundis non nimis confidendum.

## ODE 2, 11.

Quid bellicosus Cantaber et Scythes H. Q. cogitet Adria d. o. [et hic] Quintium Hirpinum adloquitur hac ode, qua continetur, alienis negotiis non debere nos nimias sollicitudines adhibere, sed potius commodis uitae nostrae consulere celerius se rapientis. 2 Hadria diuisus obiecto: interfuso mari a nobis remotus. 4 nec trepides in usum poscentis aeui pauca. nec satis agas, ut habeas uitae necessaria, cum pauca omnino desideret. 5 fugit [et] retro leuis iuuentas. id est: decedit et remanet a nobis procedente uita in senectutem. 6 arida pellente lasciuos amores canitia. ‘canitia’ pro senecta, quam aridam dixit, quia senes parci ac tenaces sunt. 9 non semper idem f. e. d. i. u. haec ad aetatem uult referri, quia nec ipsa semper

---

4 ınadaduersıs . . utıtıtur *M* 11 quondam *Pauly*: nonnumquam *M* 13 augustıs *M* anım. adq. f. *M* allegorıca *M* 17 scythae. s. ı. q. *M* 18 et hıc *M, fort.* et rel. quıntum *M* 22 rapientis *nos:* rapıentı *M* 23 remoto *M* 27 remanat *Pauly* 28 canıtıam pro *M* 30 eıdem *M*

in flore iuuentae permanet. 11 quid aeternis minorem consiliis animum fatigas. diserte, quid, inquit, animum porrigis in rerum aeternarum consulta, cum his non sufficiat breuitate uitae? 16 Assyriaque nardo p. u. ea, quae nunc Syria dicitur, olim addita syllaba Assyria nominabatur. et adnotandum hic quoque nardum feminino genere dici, sicuti supra. 17 dissipat Euhius curas edacis. Euhius a uoce bacchantium Liber pater dicitur. 18 quis puer o. restinguet a. F. s. p. l. suauiter quasi in ipso iam conuiuio sit, sicut supra quis udo deproperare apio coronas curatque myrto. 19 ardentis Falerni. ardentis: austerissimi ac calorem corporibus et animo concitantis. et belle restinguet praeiecit, quia ardentis erat subiecturus. 21 quis deuium scortum. belle deuium scortum Lyden ait, quae corpore quidem quaestum faciat, sed non publice prostet; deuium est enim a uia remotum. ceterum scortum meretrix metaphoricos dicitur a scorto id est a solo calciamentorum subiecto omnibus etiam uulgaribus. 23 maturet incomptum Lacaenae more comas religata nodum. grate, ut solent mulieres festinantes pexum tantum capillum in nodum colligere.

ODE 2, 12.

Nolis longa ferae bella Numantiae. haec ᾠδή ad Maecenatem scribitur, qua testatur poeta, non conuenire historias et graues res lyrico carmini sed

---

8 Conferunt epo. 5, 59 uel 13, 9. rectius cf. Pp. ad od. 1, 4, 12. 11 od. 2, 7, 23.

---

2 anıma fatıgas *M* 4 ıs *M* 8 *sch. u. 17 transpositum est ante uerba scholii u. 19* erat subiecturus. *error indicatur in M additis ad* supra *(sch. u. 16)*: hd. (= *hic deest) et ad* dicitur *(sch. u. 17)* hs. (= *hic supple)* dıssıpatı huıus *M* 10 quıası *M* 13 adcalorem *M* 14 concıtatıs & uelle *M* 16 uelle *M* 19 m&aforıcos *M* 20 subıectum *M* 21 lacenae . . comę relıgare *M* 26 ferre *M* 27 quıa *M*

magis remissas et iocosas; ceterum acta Caesaris melius ipsum scribere. 5 et nimium mero Hylaeum. nimium pro intolerabili posuit. Hylaeus unus Centaurorum fuit. notum est autem proelium illud, quod inter Lapithas et Centauros in conuiuio nuptiali Perithoi et Hippodamiae exarsit. 7 Telluris iuuenes Gigantas dicit. 7 unde periculum fulgens contremuit domus. pro 'a quibus', ut est illud Terentianum: E praedonibus unde emerat se audisse. 9 tuque pedestribus p. d. h. proelia Caesaris. hoc est: soluta et ciuili oratione. 14 lucidum fulgentis oculos pro 'lucide fulgentis' ut Uergilius ait Horrendum stridens pro 'horrende'. 15 et bene mutuis fidum p. a. ordo est: bene fidum id est ualde fidum. 18 nec dare brachia id est saltare. 21 diues Achaemenes. Achaemenes rex Parthorum fuit. 22 aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes: a Mygdone rege, qui Phrygiam tenuit. 23 permutare uelis crine Licymniae. sensus est: num tu uelis accipere Parthicas aut Phrygias diuitias, ut Licymniae fructum amittas. 24 plenas aut Arabum domos. plenas pro opulentis dictum est. 25 cum flagrantia detorquet ad oscula ceruicem. magnifice depinxit fastidium mulieris auertentis se ab eo qui osculari se uelit. quod ideo facere solent, ut inritent amantibus desiderium sui. flagrantia ergo oscula maiora intellegamus, hoc est, ex desiderio mulieris ardentia oscula, quae oscula scilicet uelit sibi a poscente extorqueri. 26 aut facili saeuitia negat. quid est 'facilis saeuitia'? utrum quae facile irascitur an quae facile mollitur? 28 interdum rapere occupet: ipsa rapere occupet

---

9 Eun. 1, 2, 34  13 Aen. 6, 288

---

10 t. u. q. p. d. *M*  14 fidam pa. *M*  16 achemenıs *bis M*  19 lycymnıę *M*  20 frygıas *M*  21 lıcımnıę *M*  22 ut *M*  26 ınrıdent *M*  28 osulaque *M*  30 facılesęuıtıa *M*

irascenti amatori iam scilicet satis facere cupiens. et totum hoc [otiositate] mira energia expressum est.

## ODE 2, 13.

Ille et nefasto t. p. d. exsecratur hac ᾠδῇ arborem in Sabino agello suo, quod super deambulantem se decidit ac paene oppressit. nefasto autem 'non fasto et abominando'. 2 et sacrilega manu p. a. uocatiuo casu accipe arbos, hoc est 'o arbos'.

3. arbos . . *pagi.* belle, quasi ad illius regionis infamiam pertineret, arborem suum sibi dominum oppressisse. 6 et penetralia sparsisse nocturno c. hospitis. *hospitis* sui penetralia cruore sparsisse hoc est hospitem in domo sua interfecisse. 8 ille [et] uenena Colcha. Colchica, inquit, quia Medea Colchis fuit, quam summam ueneficam fuisse historiae Graecorum tradunt. 14 in horas. nauita Bosphorum Poenus perh. his et, quae subiecta sunt, significat unumquemque hominum non fere periculum timere nisi cum proximus sit, uerum tamen plerumque ex inprouiso mala inopinata interuenire atque opprimere. 14 in horas. nauita Bosphorum Poenus perhorrescit. Bosphorus fauces sunt Pontici maris, unde longissime Africa est. quid ita Poenus nauita eum perhorrescat? numquid ergo Bosphorum pro quolibet freto posuit? freta autem angusta maria concitata sunt. omnia autem freta a feruore dicta existimantur. 21 quam paene furuae r. P. furuae 'nigrae' significat, unde furta putant dicta, quod per nigrorem aeris id est tenebras maxime fiant. 23 sedesque descriptas piorum. descriptas id est

---

2 ociositate *M, interpretamentum uerbi* 'energia' *om.* ς *cf. ad od. 2, 1, 17* expresum *M* 7 fausto ς 9 arbos uelle *M* 10 sibi *M:* scilicet ς *cf. ad od. 18, 29* 11 sparsise . . hospites *M* colchica *M* 16 bosforum *M* 19 proximum ς 20 adque *M* 21 bosforum poenus *M* 22 bosforum fauces *M* 23 est. quid ita *nos:* sit. quod ita *M* 24 bosforum *M* 27 pene *M*

separatas. sedes autem piorum Elysios campos dicit, quos separatos aiunt a ceteris locis inferorum. 23 et Aeoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus. Aeoliis fidibus, inquit, quia Sappho Aeolide dialecto in carminibus suis usa est. queritur autem Sappho de puellis ciuibus suis, quod Phaona ament, quem ipsa diligebat amens. 26 et te sonantem plenius aureo, A. p. t. plenius inquit sonantem, quia Alcaeus robustiores id est bellicas res scripsit et nauigationem suam, cum a tyrannis Mitulenensibus pulsus est. aureo autem plectro propter dignitatem carminis dixit. 29 utrumque sacro digna silentio mirantur umbrae dicere. utrumque ad Sappho et Alcaeum refert. 32 densum umeris bibit aure uulgus multitudinem scilicet umbrarum ad audiendum conuenientium, bibit aure autem 'cupidissime audit' significat. 33 quid mirum ubi illis carminibus. sensus est: mirandum, si umbrae libenter illum audiunt, cum et Cerberus et angues Eumenidum stupeant admiratione carminis illius? 34 belua centiceps. Cerberum dicit, qui propter multitudinem anguium qui ex eo eminent, centiceps recte dicitur. 37 et Pelopis parens Tantalus scilicet. 38 dulci laborem decipitur sono. audax figura 'laborem decipitur'; uult enim intellegi audienti illi sensum laboris auferri. 39 nec curat Or. iam dicit et Orionem auocari a propriis uenandi uoluptatibus. agitare ergo agere ac per hoc persequi significat.

## ODE 2, 14.

Heu fugaces Postume labuntur. ad Postumum hac ᾠδῇ loquitur de celeritate currentis uitae.

---

4 popularııs *M* 6 de: a *M* 7 quod oden non ament *(ex* amant *corr.) M* 8 auro *M* 9 robustiores *Suringar, scholl. p. 138:* robustıor est *M* 17 cupıdıssımı *M* 20 ceruerus *M* admıratıonem *M* 25 figura labore *M* 26 ıllıs *M* 27 curat Orion. dicit? 31 fugaces: f. *M* 32 curantıs *M*

4 indomitaeque morti. indomitae quasi ferocissimae, quia nemo ab ea indulgentiam exoret; sic et inlacrimabilem Plutona statim subicit. 7 qui ter amplum Geryonen. ter amplum pro trimembri dixit. et accipiendum hic extrinsecus 'quamuis ter [et] amplum'. 10 quicumque terrae munere uescimur pro 'quicumque uiuimus'. 13 frustra cruento M. c. praesentia pericula magnopere uitare cupimus, cum nulla ratione mortem effugere possimus. 14 fractisque rauci f. H. pro inlisis dicitur. 19 damnatusque longi Sisyphus Aeolides, laboris damnatus sic dicitur ut 'capitis damnatus'. 23 praeter inuisas cupressos, inquit, quia funeribus cupressi adhibebantur. breuem autem dominum id est 'breuis uitae'. 25 absumet heres Caecuba dignior seruata centum clauibus. haec cum inuectione dicuntur corripienti aeuum, quod ad nimiam parsimoniam se constringat adseruans, quod heres prodige sit abusurus. 26 et mero tinguet pauimentum superbo. effusurum eum passim uina significat, quae hic magnopere seruauerat reclusa. superbo autem [pauimento] pro ipse superbus.

## ODE 2, 15.

Iam pauca arat. iugera. hac ᾠδῇ de luxuria praesentis saeculi queritur. sensus est autem: tanta libido est hoc tempore latius porrigendi aedificia, ut breui defuturi sint agri arationi. 2 undique latius extenta uisentur Lucrino stagna lacu. non tantum, inquit, in latitudinem sed etiam in altitudinem student porrigere aedificia; denique undique lacus Lucrinus prospicietur in Campania. non autem latius extenta stagna intellegendum, sed latius uisen-

1 ferocıssıma *M* 4 Ger.: g. *M* 5 quamuis ut sit quamuis ter amplum ς 10 raucıs *M* 11 longıs aeolıdes *M* 15 hęres cecuba *M* 17 ınueccıone *M* 19 *ex* m&o *corr. M* 22 pauimento *deleui* 26 edıfitıa *M*

tur. 4 platanusque caelebs euincet ulmos. caelibem platanum ait eleganter, quoniam e contrario maritari arbores dicuntur, quibus uites iunguntur. per hoc autem significat non nisi luxuriae et ambitiosis uoluptatibus studeri. platanus enim in ambulacris conseritur unde fructus nullus est. 6 copia narium. odores dixit. 7 spargent oliuetis hoc est: ubi oliueta fuerunt. significat autem, futurum ut oleae arbores uertantur ad conserendas ibi murtos et uiolas et cetera quae sunt odoris uoluptarii. 8 fertilibus domino priori. quae oliueta sub priore domino id est sub prioribus temporibus colebantur et idcirco fertilia erant. 9 tunc spissa ramis laurea feruidos excludet ictus. et laurea arbos infructuosa est et tantum uoluptuosis locis apta. 10 non ita Romuli praescriptum et intonsi Catonis auspiciis u. n. praescriptum † pro certo dicitur a magistris ludi, qui praescripta pueris dant praecipiuntque imitari. intonsum autem Catonem ait, quia ueteres propter seueritatem hirsuti erant. normam pro regula dixit. 13 priuatus illis census erat breuis, commune magnum, id est: familiarem rem angustam habebant, rem publicam magnam. 14 nulla decempedis metata. nemo, inquit, priuatam domum aedificans decem pedum porticum septemtrioni [autem] obiectam metabatur. septemtrioni autem obiecta porticus aestate delicatioribus grata est, quia solem non contingit. 17 nec fortuitum spernere cespitem leges sinebant. sensus et ordo hic est: nec sinebant legibus spernere cespitem fortuitum, id est: non licebat inridere eum qui super stipulam uel

---

1 celeps . . celibem *M* 7 odore *M* odorem ς 9 conserandas *M* 10 odores *M* 11 fertilibus — *15* apta *in M post 21* dixit *posita sunt* festilibus *M* 13 festilia *M* 14 excludebat *M* 17 pro certo *M* praeceptum ς pro praecepto *nos (a = translatum a)* ducitur? 19 ait *in ras. M* 22 Tom mum emagraum *M* 24 decem pedes *M* 28 sol eam *Pauly* 29 legesinebant *M*

super herbam recumberet aut dormiret, per quod significat, simplicem ac sine ambitione uitam ueteribus Romanorum fuisse. 18 oppida publico sumptu iubentes et deorum templa nouo decorare saxo. hoc est opera templorum in oppidis publico sumptu iubentes aedificari. est ergo hic [figura] schema, quod ἓν διὰ δυεῖν dicimus, unum in duobus, quia unum in duo sensus diuisit, oppida enim et deorum templa pro eo, quod est ‘oppidorum templa’.

## ODE 2, 16.

Otium diuos rogat in patenti prensus Aegeo. hac ᾠδῇ Grosphum equitem Romanum Siciliensem adloquitur, indicans nemini non otium gratum esse atque optabile. otium diuos rogat in p. p. A[d.] dicit omnes stulte sibi a dis otium optare, cum ipse illud sibi praestare possit, quippe cum nullis praemiis ematur. 9 non enim gazae neque c. s. li. m. t. non enim, inquit, diuitiae aut honor suus cuique prodest, quo minus inquietam sollicitudinibus mentem patiatur. 11 et curas laqueata circum tecta u. ostendit non alibi grauiores curas esse, quam ubi maiores opes sunt. 13 cui paternum splendet in mensa tenui salinum. in tenui mensa hoc est: paupere. salinum patella, in qua primitiae dis cum sale dantur, sed nunc pro uasculo domestico salis dixit. dixit autem bene uiui in paupertate, quia paterna re familiari contentus uictum angustum non abhorret. 15 nec leuis somnos t. a. c. s. a. cupidinem hic non puto pro Amore posuisse, sed pro cupiditate. quare miror masculino eum genere cupidinem dixisse, cum hac significatione haec cupido dicatur. 18 quid terras alio calentis sole mu-

---

3 Romanis ς sumpto *M* 6 figura *deleui*, figura siue *Pauly* 7 endıa dye ın *M* 11 aege *M* 12 grossum *M* 14 dıuo *M* 15 ipse *sc. Grosphus*, ipsi — possint ς 18 cuiquam ς 24 patellę . . prımıtıa *M* 31 haec cupıdıtas *M*

tamus. sic et Uergilius: Atque alio quaerunt patriam sub sole iacentem. 19 patriae quis exul se quoque fugit. sensus est: quis a se quoque aut uitio auaritiae suae [sapientiae suae] potuit fugere, qui patriam reliquit? 21 scandit aeratas uitiosa nauis. per hoc ostendit, neque mari neque terra posse quemquam curas suas effugere. 22 nec turmas equitum relinquit. id est: etiam si equo uelis curas effugere, sequentur illae te tamen; sunt enim ceruis et ipsis uentis uelociores. 25 laetus in praesens a. praesentibus, inquit, delectemur ac fruamur, futura non quaeramus. 26 et amara lento temperet risu. amaritudinem uitae hilaritate interposita leniat. 27 nihil est ab omni parte beatum. extrinsecus hic audiendum: quatenus concessum hominibus non est, ut per omnia beati sint. 29 abstulit [et] clarum cita mors Achillen l. T. m̄. s. ostendit, diuersitatem rerum humanarum duo inter se contraria posuisse, breuem Achillis uitam et Tithoni usque ad ultimam senectutem porrectam. 33 te greges centum Siculaeque circum mugiunt uaccae. alii, inquit, diuitias di cum insatiabili animo dederunt, at mihi paupertatem cum animi aequitate. per quod ostendit, sic ingenia diuersa plerumque esse hominibus ut fortunas. 35 te bis Afro murice tinctae uestiunt lanae. Afrum muricem pro Tyrio dixit, uidelicet quia Tyrii in Africam transierunt, qui Carthaginem condiderunt. bis tinctam autem lanam *δίβαφον* purpuram dicit, quam scimus esse pretiosiorem. 37 et spiritum Graiae tenuem Camenae Parca non mendax dedit. [dixit] spiritum tenuem id est subtilem accipe. 'Ca-

1 Georg. 2, 512

4 aut: id est a ς sapıentıę suę *M, deleui:* aut impatientiam suam ς 17 cıta m. ā. l. *M* 22 bachę *M* di cum *et* dederunt *nos:* dıcunt *et* oderunt *M* 27 tırıo *M* & quıa *M* 28 cartagınem *M* 31 prurca *M* 32 camenae: car-

menae Graiae' autem ideo dixit, quod haec carmina ad imitationem Graecorum scribat. Graiae genitiuus singularis est.

ODE 2, 17.

Cur me querellis exanimas tuis. haec dicit adridens Maecenati aegroto grauiter querenti de periculo salutis suae negatque se uelle superstitem ei uiuere, mutuae caritatis pignora commendans. 2 amicum hic pro grato posuit. 5 a! te meae si partem animae rapit maturior uis quid moror altera. sensus conceptus est ex illa amicitiae definitione, quae dicit amicitiam animam unam esse in duo corpora *diuisam*. ergo ait: si te uis fatalis sustulerit amicum, quae pars est altera animae meae, partem quae apud me est non retinebo, quo significat non se ei superuicturum. 7 nec carus aeque nec superstes. nec carus, inquit, alii futurus sicuti tibi sum, nec integram uitam habiturus, parte scilicet animae meae in te extincta. 8 integer? ille dies utramque d. r. id est: unus idemque ille dies utrumque nostrum absumet. 9 non ego perfidum dixi sacramentum. id est: non perfidum iusiurandum de hac re interpositum. 11 supremum carpere iter comites parati. supremum iter illud dicit quo quasi ad inferos itur. 14 nec *si* resurgat centimanus gigas diuellet umquam. [a te] scilicet a proposito, de quo apud te nunc loquor et ante iuraui.

17 seu libra seu m. s. f. sensus est: in quocumque signo horum horoscopum natiuitatis meae constitutum habeo, haec intellego, tuo horoscopo conuenire ac per hoc unam genesim nos horum aequitate habere. 19 seu tyrannus Hesperiae capricornus u. tyrannum nunc ideo dixit quod hiemale signum est; nam oritur sexto decimo kalendas Ianuarias,

men *M* 6 assidens ς 9 sı maec *M* 12 quam *M* 13 diuisam *addidi* 16 superstıs *M* 19 *sch. u. 8 post sch. u. 9 est in M* 26 a te *delendum uidetur* 28 lıra *M* 29 signorum horoscopum ς 30 hoc ς 31 horum *nos:* morum *M*

occidit autem octauo decimo kalendas Februarias, quod tempus in undas quasi dominatur id est saeuit. sed Hesperiae undae quare? nisi forte uult intellegi occasum signi huius magis saeuire tempestatibus quam ortum, ut per Hesperiam undam occiduam partem Oceani et ex ea occasum astri huius intellegamus. 22 te Iouis impio tutela Saturno refulgens eripuit. aiunt Saturni stellam infestam esse hominibus, Iouis autem e contrario saluberrimam, Saturno pericula adferri eaque tamen euinci si perfulget Iouis stella. per haec ergo significat, periculis aduersae ualitudinis nuper Maecenatem liberatum, cum ob hanc gratulationem populus ei in theatro plausum edidit, eodemque similiter tempore et se periclitatum repentino arboris casu, de quo supra locutus est. ita autem idem attulit, ut illud probaret, quod supra dixerat utrumque nostrum incredibili modo consentit astrum.

## ODE 2, 18.

Non ebur neque aureum mea reni. in d. la. haec ᾠδὴ in continentiam scribitur, per quam paupertatem suam omnibus diuitiis praefert. 2 renidet [redinet] 'fulget' significat. 3 non trabes Hymettiae. trabes Hymettiae [r.] marmor Achaicum dicit, quod caeditur in Hymetto monte Atticae regionis. 4 premunt columnas u. r. A. id est: Numidicas columnas; Numidia autem Africae pars est interior. 5 neque Attali ignotus heres regiam occupaui. Attalus rex Asiae *Pergami* regnauit, cuius hereditatem populus Romanus cepit. dicendo autem heres et occupaui suspicionem dat, qua existimemus, falso testamento Romanos hanc sibi hereditatem uindicasse. 7 nec Laconicas mihi trahunt honestae p. c. hoc illo pertinet, quod, praetextas togas

---

1 faebruarıas *M* 4 hıs magıs *M* 13 populoseın theatro *M* 15 id autem ideo? 22 dıtııs *M* *sch. u. 2 post sch. u. 3 in M* 24 hymetıae. r. *M* 25 edıtur *M* ım&o *M* 30 coepıt *M*

cum sibi nobiles conficiunt ad spem magistratuum gerendorum, uotum sit uxoribus clientum ad matronam conficientis conuenire et purpuram cum ipsa carpere.

9 at fides et ingeni benigna uena est. hic locus similis est illi Uergiliano: Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis uomit aedibus et cetera. 10 pauperemque diues me petit. hoc est: gratiam mei petit. 11 nihil supra deos lacesso. nihil, inquit, amplius a diis peto. 12 nec potentem amicum l. f. s. b. u. S. hoc est: nec amplius a Maecenate opto, qui me satis beatum facit donando me uno fundo Sabino, qua possessione contentus satis beatum me iudico.
15 truditur dies die. inuehitur in eos, qui non intellegant tempus uitae suae uelociter currere, nihilo minus tamen destinent aedificia domorum ingentia et pretiosa construere, cum potius deberent, si memores mortalitatis essent, sepulcra sibi struere. 20 marisque Bais obstrepentis urges. ordo est: litora maris obstrepentis Bais, id est, Baianis litoribus perstrepentis. hic autem corripit eos, qui in Campania affectent molibus in mare iactis praetoria superaedificare. 23 quid quod usque proximos r. t. a. accedit nunc, inquit, ad hanc ambitionem tuam et auaritiae zelus, quo uicinos tuos per inpotentiam agris suis expellis. 26 pellitur paternos in sinu ferens deos et uxor et uir sordidosque natos. hic ipsa re acerbitas descripta est, homines pauperes ac religiosos sedibus suis pulsos etiam sacra deorum Penatium secum ferre, cum discedant, nec aliud amplius

---

5 Georg. 2, 461

---

1 magıstro tuum *M* 6 salutatum *et* mouıt *M* 12 satı *M* mihi uno? 14 non *om.* ς cum? 16 destinent *nos:* desınent *M* non desinant ς 19 obstepentıs urıes *M* 20 perstrebentıs *M* 22 mobılıbus *M* marı *M* 25 scelus ς
27 et uxor: exur or *M* sordıdus natus *M* 28 rei ς descrıbta *M* relıgıosus *M* 29 suos *M*

quam filios suos; quos sordidos dicendo grauiorem inuidiam expellentibus facit. 29 nulla certior tamen rapacis Orci fine destinata aula diuitem manet erum. habeas licet, inquit, o diues, quidquid putas, scito tamen nihil proprium ac tuum tibi magis esse quam mortem; illa enim quae possidentur temporalia sunt, at mors perpetua est. 34 regumque pueris nec satelles Orci. pueris pro filiis positum. regum autem significat, omnes et diuites et pauperes pari mortalitatis conditioni subiectos esse et idcirco non magnopere adpetendos esse honores nec diuitias.

38 hic leuare functum pauperem laboribus uocatus atque n̄ . . audit. belle, quia mors necessitas est; ita tamen perpetua requies laborum.

## ODE 2, 19.

Bacchum in remotis c. r. hac ode indicat a se uisum Liberum patrem in secretis nemoribus carmina docentem et quasi perturbatus his quae audierat exclamat: heu heu. 3 auris . . ac. s. acutas Satyrorum aures non ad audiendum tantum referendas dixit sed etiam ad figuram earum. nam sic uidemus Satyros fingi oblongis auribus acutisque. 5 heuhoe recenti mens trepidat metu plenoque . . pectore turbidum laetatur heuhe. 'metu trepidat' † sacr. sagittae perturbatum significat; et mira energia totus hic locus explicatur. 6 plenoque Bacchi pectore turbidum i. e. bonus sensus; uiso enim deo quis non perturbetur, licet gaudeat? et bene repetitum eu heu, quasi incitamento mentis ad hanc exclamationem instigante. 7 parce Liber parce graui metuende thyrso. bene haec dicuntur ab eo, qui per ipsam mentis perturbationem putet sibi infesto thyrso deum inminere. 9 fas peruicacis est mihi Thyiadas.

---

4 habes *M* 5 putas: optas ς 8 sec *M* 10 conditione *M* 13 uelle *M* 18 audierit? 21 earum *Pauly:* eorum *M* 22 heuhoe rec.: heu herenti *M* 24 metu trepidat: metuit trepidit *M* sacris Bacchi se perturbatum *nos* 30 graue *M* 33 Thyiadas: thyrsos *M*

fas est nunc non significat 'licet', sed 'possibile est'; uult enim probare se deo, non indignum esse mysteriis eius, cum sufficiat cantandis his, quae ad sacra eius pertineant. 12. iterare mella: ex integro cantare ac repetere. 13 fas est beatae coniugis additum stellis. Ariadnes coronam significat, quam Liber pater inter sidera conlocauit. 14 *Penthei* . . Pentheus uinctum recluserat, qui ob hanc causam fulmine ictus est. 16 exitium Lycurgi. hic quod uites excidisset, furore a Libero iniecto crura sibi falce amputauit. 17 tu flectis amnes. flectis pro eo, quod est 'domas', positum est, tamquam decursus eorum declinet quo uelit; an quia multas terras subegit, an uero quia muneri eius inmiscentur et ad suauiorem usum flectuntur. 17 tu mare barbarum. barbarum pro saeuo ac uiolento propter subiectas tempestates dixit. 'flectis' autem ex superiore hic quoque audiendum. 18 tu separatis uuidus in iugis. separatis: secretis ac remotis nunc significat. 18 uuidus in iugis: madidus scilicet propter uinum. 19 nodo coherces uiperino Bistonidum sine fraude crinis. Bistonides Thraces sunt, quae cum in sacris Liberi patris crinibus solutis uersantur, angues et capite et in manibus gestant; sine fraude autem sine noxa ac sine iniuria intellegendum. 23 Rhoetum retorsisti leonis unguibus horribilique mala. *non* 'leonis unguibus et horribili mala retorsisti', sed 'retorsisti Rhoetum qui est leonis unguibus et horribili mala'. sic dicitur illud apud Uergilium: [maculis] Quem Thracius albis portat

29 Aen. 5, 565.

2 misteriis *M* et mysteriis ς 3 qui *M* 6 additam *M* 7 *lemma et scholii initium om. M cf. ad epist. 1, 16, 73* 8 uictum *M* 9 licurgi *M* 11 *prius sch. u. 17 post sch. u. 19 in M positum est* annes *M* 16 subitas *Acr.* 18 audiendo *M,* subaudiendum ς *prius sch. u. 18 ante sch. u. 23 in M* 21 bisthonidum *M* 22 bisthroni traces sunt, qui *M,* Thracae ς 27 non *addidi,* an ς 28 retorsisti, sed *nos:* retrorsistis ad *M,* retorsisti, an ς 30 tracius *M*

equus bicolor maculis. 27 sed idem pacis eras mediusque belli, hoc est: tam belli quam pacis potens. 29 te uidit insons Cerberus. non 'semper insons', sed 'tibi insons' id est: qui tibi nocere non potuit. 30 aureo cornu decorum. Libero patri et cornua *a* nonnullis adsignantur, quoniam scilicet uinolentia etiam proteruitatem et contumaciam addere solet, quae per cornua significantur. 30 leniter atterens caudam. suauiter, ut solent canes facere dominis blandientes.

## ODE 2, 20.

Non usitata nec t. f. p. poetice significat se in cycni figuram transiturum et dulcedine cantus totum orbem inpleturum. non usitata autem hoc est: non uulgari; nec enim uulgaria scribit. 2 biformis. biformem autem uatem se dicit, quod et lyrica scribat et hexametros. 5 non ego pauperum sanguis parentum. hoc est: non ero ignobilis, quem putatis humilibus parentibus natum. 6 non ego quem uocas dilecte Maecenas obibo. negat se obiturum, quod per allegoriam intellegi uult, carmina sua semper floritura. 9 iam iam residunt cruribus asperae pelles. iam dicit se in cycnum transfigurari. 13 iam Daedaleo notior Icaro uisam gementis litora Bosphori. hic significat carmina sua ad extrema usque orbis terrarum et barbaras etiam gentes peruentura. gementis autem Bosphori hoc est: perstrepentis ac sonantis intellege.

16 Hyperboreosque campos: qui ultra flatus aquilonis septemtrioni subiacent. 17 et qui dissimulat metum Marsae cohortis: Italorum militum accipe; Marsi enim Itali sunt. 21 absint inani funere neniae. neniae enim cantus sunt funerum.

---

5 lıberı *M* 9 cauda *M* 15 non uulgarıa *M* 17 exam&ros *M* 20 mecęnas *M* 21 quo ς 24 hıc aro . . lıtera *M* 25 hic *nos:* haec *M,* hoc ς 28 hoc est *del. Pauly* 29 hıperboreosque *M* 31 marse co hostes *M*

22 luctusque turpes. ad habitum lugentium refert, qui scilicet turpes sunt; turpem autem ipsum luctum ait. 23 ac sepulcri mitte superuacuos honores. superuacua est enim sepultura ei, qui inmortalitatem uidetur per carmina consequi.

---

## ODARUM LIBER III.

Odi profanum uulgus et arceo. indoctos detestatur. haec autem ᾠδὴ multiplex per uarios deducta est sensus. 1 odi profanum. profanos allegoricos indoctos dicit. ceterum profani proprie dicuntur sacris non initiati. ergo quasi Musarum profanos dicit. 2 fauete linguis. hic mos in sacrificiis usurpatur et significat 'bona omina habete', quod oportune poeta hic intulit, quia et profanos praedicendo et Musarum sacerdotem subiciendo sacrorum meminerat. 2 carmina prius non audita: Romanis utique non prius audita, quamuis Laeuius lyrica ante Horatium scripserit. sed uidentur illa non Graecorum lege ad lyricum characterem exacta. 4 uirginibus puerisque c. dicit se carmen proditurum, quod teneras aetates ad utilia instituat, quibus ad beatam uitam peruenire possint. 5 regnum . . in proprios greges r. i. i. c. i. o. g. t. c. f. m. zeugma est et hic, ut 'imperium' et ad superiorem sensum referamus, quia totum tale est: regum timendorum in proprios greges imperium est et *Iouis in reges imperium est.* philosophos ostendit autem neminem hominum a metu inmunem esse, ac per hoc, et infimos

---

6 HORATI FLACCI COMMENTARIORUM LIBER · II · EXPLICIT · INCIPIT LIBER III · *M* 10 proprıae *M* 11 musasarum, c *super* ar *scripta, M* 12 hıc mons *M,* haec uox *ex Acr. Pauly* 13 omnıa hab& *M* 14 quia *nos:* qua *M,* qui ς 15 sacerdotes subıacendo *M,* sacerdotem se subiciendo ς 16 *alterum sch. u. 2 post sch. u. 5 legitur in M* 17 leuıus *M* 18 scrıbserıt *M* 26 *haec addidi; fort. rectius pro* philosophos *ponas* Iouis in ipsos. 27 homınem *M*

et maximos isdem conditionibus uitae subiectos esse.

9 est ut uiro uir latius ordinet arbusta sulcis et reliqua. per haec ostendit studia quidem et gradus honorum et mores diuersa esse hominibus conditionem tamen mortalitatis unam esse. 10 hic [in] generosior descendat in c. p. candidatum magistratuum petendorum significat. 14 aequa lege n. necessitas: necessitatem mortem dixit, quia necesse sit mori. 16 omne capax mouet urna nomen. haec secundum opinionem illam uulgarem dicuntur, qua adfirmatur sorte ductos ad mortem ab Orco trahi.

17 destrictus ensis c. s. i. c. p. per allegoriam significat neminem libenter posse uiuere qui metuat; et sumpsit in exemplum Damoclem, super quem Dionysius Siciliae tyrannus seta gladium suspendit antepositis epulis quam amplissimis et ceteris, quae ad uoluptatem animos auocare possint; per quae ostendit similiter regiam uitam splendore rerum suarum uti non posse, quia semper insidiarum metu suspecta sit.

20 non auium citharaeque cantus somnum r. hoc ideo dixit, quoniam quidam regum Siculorum per nimias delicias ad citharae et auium cantum dormiebant. 21 somnos agrestium l. u. h. h. f. d. ordo est: non fastidit humiles domos; et ideo apud ‘non’ particulam subdistinguendum. 27 nec saeuus Arcturi cadentis impetus aut orientis Haedi. e contrario est, antitheton; cadenti enim orientem opposuit. uidelicet autem Arcturum occasu sui magis tempestates concitare. 29 non uerberatae grandine uineae fundusque mendax. per zeugma ex superiore et hic accipiendum est ‘sollicitant’. fundus

---

1 hısdem *M* uıtam *M* 6 dıscend. ın *M* 7 magıstratum *M* 9 mouetur *M* 11 quıa *M* ductus *M fort. recte* 14 dyonısıus *M* 15 saeta gladıo *M* 16 aepulıs *M* 17 aduocare ς 20 auium: aurum *M* q; cantus . . *22* auium cantum *in M in margine a manu antiqua scripta mutilata sunt:* . . dıx | qm̄ quıd | regū sıc | rū p nım | dıuıtıa | ad cıthar | &auıu | cantu | 25 partıculatım *M* 26 orıent *M* 27 est, id est *Pauly* 28 suo ς 31 sollıcıtum te *M*,

autem mendax merito dicitur, quia plerumque cultoris sui spem fallit non perferens ad maturitatem fructus quos ostenderat. 30 arbore nunc aquas culpante nunc t. a. s. n. h. i. hic illud ostendit, quod dixerat fundusque mendax. plerumque autem sterilitas arboribus euenit per nimias aquas, interdum per siccitates, aliquando per uiolentiam frigorum. 33 contracta pisces aequora sentiunt. transit ad eos, qui per nimiam luxuriam elaborant sibi aedificia etiam in mari ponere. 37 sed timor et minae scandunt eodem quo dominus. redit ad illa, quae beatam uitam adimunt. 38 neque decedit aerata triremi *et* post equitem s. a. c. hic ostendit nec terra nec mari quemquam posse effugere insita animi uitia. 41 quodsi dolentem nec Phrygius lapis nec p. s. c. d. u. sensus est: si dolorem corporis animique nulli diuitiarum apparatus excludere possunt, cur laboremus in acquirenda re. Phrygius lapis marmor est Synnadicum. Synnada enim esse dicunt urbem Phrygiae iuxta quam hoc marmor caeditur. 42 nec purpurarum sidere. hoc est: quamuis sidere clarior sit. non enim omnem purpuram sidere clariorem intellegi uult. 44 Achaemeniumque costum. odoramentum est quoddam gratissimum. Achaemenii autem Persae dicti ab Achaemene rege, qui quondam totum orbem tenuerat. 45 cur inuidendis postibus id est: magnificis ac nobilibus. 45 et nouo sublime ritu moliar atrium. ordo est 'ritu nouo sublime atrium cur moliar'. sublime autem et ad altitudinem referre possumus et ad magnificentiam. 47 cur ualle permutem Sabina diuitias

---

sollicitant te *Pauly* 1 cultores, ı *s. l.*, *M* 5 sterelıtas *M* 7 uınolentıam *M* 11 quod homınus *M* 13 trıremı post equıtı. e. m. s. *M* 15 frıgıus *M* 18 quırenda *M* frygıus *M* 19 synnatycum. sınnada *M* dıcuntur bem frygıe *M* 20 quem, a *s. l.* *M* 21 sıdera *M* 23 achemenıumque *M* 24 odoratum *M* 25 achemenıı *et* achemene *M* 26 tenuerat *nos:* tenuerunt *M,* tenuit ς 31 uallem *M*

operosiores. cur, inquit, relicto Sabino agro, ubi paruo contentus securam uitam ago, adpetam amplissimas domuum fundorumque possessiones, quae mihi oneri et molestiae sint.

## ODE 3, 2.

Angustam amice. suadet breuiorem uiam facilioremque esse pauperi ad beatam uitam, si ita instituatur, ut in subiectis ostendit. 2 robustus acri militia puer. hoc est: cum iam robustus est, ac per hoc: cum adulescens est. 2 acri militia aut 'in acri militia' accipe aut 'per acrem militiam'. 3 et Parthos feroces. Parthos pro quibuslibet hostibus accipe. 6 illum ex moenibus hosticis m. l. t. p. tam clarus sit, inquit, in gloria bellicarum rerum adulescens, ut uulgo etiam mulieribus et puellis hostium notus sit, quae utique nisi frequentes in bello non conspiciunt. 10 asperum tactu leonem. hoc est: qui tam asper est ut leo. asperum tactu autem, qui, si tactus est id est laesus, asperatur. 14 mors et fugacem p. u. hic ostendit eos maxime in bello periclitari qui fugiunt. 17 uirtus repulsae nescia sord. haec de Stoicorum secta sunt, qui dicunt uirtutem solam sufficere ad uitam beatam. repulsam autem generaliter accipe pro infamia ac turpitudine. hoc enim ait: uirtus infamis ac sordida numquam esse potest. 19 nec sumit aut ponit s. a. id est: nec in potestate populi est, honoretur necne, quia non alius illi inferre potest, quod in ipsa positum est. 22 negata temptat iter uia. negata scilicet hominibus. his autem intellegi uult per uirtutem adquirere posse homines inmortalitatem, qui mortali conditione sunt. 25 est et fideli tuta silentio merces: inter uirtutes scilicet. 26 uetabo qui

6 amıcae *M* uıtam facıo lıorem *M* 20 maxımae *M* 27 honoretur necne *nos:* coronetur nec *M,* coroneturne *Pauly* 29 *schol. u. 22 post sch. u. 26 est in M* ınter *M*

Cereris sacrum uulgarit arcanae. absit, inquit, ut sub eodem tecto morer aut cum his nauigem, qui linguam suam usque ad proditionem mysteriorum Cereris producunt. 32 raro antecedentem scelestum d. p. p. c. hoc proximum est illi quod dicitur, deos iratos pedes lanatos habere, quia nonnumquam tarde ueniunt nocentibus. secundum hoc ergo 'poena pede claudo' nunc dicta est, quam raro deseruisse antecedentem scelestum ait, significans difficile non persequi eum, cui ob meritum aliquod debetur.

ODE 3, 3.

Iustum et tenacem p. u. in secta Stoica et hoc dicitur iustum uirum et honesti propositi non terreri ciuium opinionibus exigentium, ut aliquid contra rationem faciat. 3 non uultus instantis tyranni mente quatit solida. scilicet eum, quem iustum et tenacem propositi ait. ergo sensus est: sapientem uirum non quatit id est non conturbat minax uultus tyranni ideo scilicet, quia solida mente est id est firma ac constanti. 9 hac arte Pollux id est: hac uirtute. 9 et uagus Hercules. uagus dictus est, quia orbem terrarum peragrauit. 10 arces igneas id est: sidereas, ac per hoc, caelestes. 11 quos inter Augustus r. bene, quia et ipse uirtutis cultor est. 12 purpureo bibit ore nectar. purpureo ore: claro et splendido, ut Uergilius: Lumenque iuuentae Purpureum. 13 hac te merentem B. p. hac: uirtute scilicet. merentem. merentem quomodo accipimus? utrum simpliciter id est dignum,

---

6 cf. Petron. 44   26 Aen. 1, 590.

---

1 c&eris *M*   uulgarit, ue *super* a *add.*, *M*   archanae *M*   2 eodem tecto morer aut cum *nos*: eod. tectumero utcum *M*, eodem tecto mecum sint et (*uel* sint aut) ut cum ς   3 c&eris *M*   6 pede lanos at *sup. scr.* *M*   7 secundam *M*   10 aliquod poena debetur ς *recte?*   13 dicit. ut iustum *M*   propositio *M*   16 scilicet (scil.) *cod. Par.*: sed *M* id est ς

an ut mereri stipendia milites dicimus? 14 indocili iugum collo trahentes: alioqui scilicet indocili, non utique etiam sub Libero patre, qui eas docuerit iugum suum trahere. 17 gratum elocuta consiliantibus Iunone diuis. consiliantibus nunc ‘in consilio agentibus’ intellegendum. est autem sensus: Iunone elocuta, quod erat cum diis, apud quos in consilio loquebatur. gratum elocuta consiliantibus I. d. non est alia haec ᾠδὴ quam superior, sed illi adhaeret. quare falluntur, qui eas separant, quippe cum manifeste operi adhaereat hoc modo: hac Quirinus Martis equis Acheronta fugit, gratum eloquuta consiliantibus Iunone diuis. significat enim hoc, Romulum in caelum receptum Iunone iam mitigata Romanis, quibus propter iram, quam in Troianos habuit, aliquamdiu irata *fuit.* 19 fatalis incestusque iudex. haec iam Iunonis uerba sunt in consilio.

22 mihi castaeque damnatum Mineruae. pro ‘a me’. 23 damnatum: Ilium scilicet. 25 iam nec Lacaenae splendet adulterae famosus hospes. eleganter haec dicuntur, quibus quasi ostendit se Iuno ad satisfactionem usque ultionem percepisse de Troianis. 34 discere nectaris sucos id est: adsuescere saporibus nectaris. 37 dum longus inter saeuiat Ilion Romamque pontus. dum longe sit, inquit, ab Ilio Roma, in qualibet parte orbis Romani quantum in me est regnent. eleganter hic peruicacia iratae in Troianos deae exprimitur. 39 † regna$^{n}$t obeati. regnant. ō. pro regnent, secunda pro tertia persona est, ut est illud Uergilianum: Tertius Argolica hac galea contentus abito. 40 dum Priami Paridisque busto insultet armentum

30 Aen. 5, 314

9 qua *M* 10 adher& *et* adhereat *M* 11 priori? 14 romolum *M* 19 ıllum *M* 20 Lacaenae: helenę *M* adulterrę *M* 22 usque ad ultıonem *M* 23 necterıs sucum *M* 29 *Pauly* regnato *scholiasten legisse putat*

hoc est: pascendo supergrediatur. 41 et catulos ferae celent inultae. perite ostendit, quam desertam esse uelit Troiam. 45 horrenda late nomen in ultimas. non perpetuum epitheton 'horrendam Romam' dicit, sed barbaris horrendam. 46 qua medius liquor secernit Europen ab Afro. Gaditanum mare *et* fretum significat; inde enim discerni incipiunt Europa et Libya. 48 qua tumidus rigat arua Nilus. non semper tumidus, sed tunc tumidus cum rigat. 49 aurum inrepertum et sic melius situm cum terra celat spernere fortior. bene aurum utilius ait esse priusquam de metallis effodiatur, quoniam effossum causas praestat auaritiae ac sceleribus; populum autem Romanum ait constantissimum aurum contemnere, et merito quoniam apud ueteres paupertas magis in honore erat quam diuitiae. 52 omne sacrum rapiente dextra. non 'Romanorum dextra', sed eorum qui cogunt aurum in usus humanos. extrinsecus autem hic accipienda uox est 'etiam', ut sit: etiam sacrum rapiente dextra. 54 uisere gestiens qua parte debacchentur ignes. australem cardinem significat, qui est torrentissimus. 61 Troiae renascens alite lugubri fortuna tristi clade iterabitur. ordo et sensus: fortuna Troiae alite lugubri id est malo auspicio renascens iterato excidio cadet. hic autem sensus inde conceptus est, quod Flauius Fimbria legatus Cinnae Ilium temporibus Syllanis oppugnauit ac diruit, quem mox seditio militum occidit. 69 non hoc iocosae conueniet lyrae: quo Musa tendis. nunc his uerbis poeta ad se conuersus ait non se recte facere, quod lyrico carmine, cui iocosa conueniant, seueriora loquatur. 70 desine peruicax referre sermones deorum. peruicax

1 catıllos ferrę *M* 4 perpetuo epitheto ς 7 et *addidi: om. M,* mare *om.* ς 13 causas *nos:* causat *M* 21 tabacchentur *M* 25 auspıtıo *M* renascens *Pauly* iterato *Hauthal:* renascentı ıterata *M* 27 fınbrıa *M* 31 lırıco carmını *M*


191620

nunc pro 'licentior' dicitur. 71 et magna modis tenuare paruis. sensus est: desine magnas res, quae heroico magis carmini conueniunt, extenuare humilitate lyrici carminis.

## ODE 3, 4.

Descende caelo et dic age tibia. inuocat Musam ut se iuuet in carminibus. sed quod ait descende caelo, ad illud pertinet, quod uelit iam transire a Iunonis sermonibus, quos in caelo habuisse eam ostenderat. 5 auditis. hic distinguendum et pronuntiandum interrogatiua figura. dicit autem audire se uocem Musae cantus. 5 *an me ludit amabilis insania:* aut numquid ego hoc imaginor errore mentis, quem nimio poetico studio concepi? 6 audire et uideor pios. hic pios dixit pro diis, et ex hoc pro Musis dictum est. 9 me fabulosae Uulture in Apulo . . extra limen Apuliae. Uultur mons est in Apulia, ubi dicit se poeta educatum a nutrice nomine Apuliae, quam fabulosam appellauit, quod nutrices fere alumnis suis fabulas narrare soleant. 11 ludo fatigatum. ordo est: ludo somnoque fatigatum.

14 quicumque celsae nidum Acheruntiae. Acheruntia oppidum est Lucaniae, quam nidum appellauit, quod paruum sit et in summo monte constitutum, sicut nidi auium in summis arboribus solent esse. 15 saltusque Bantinos. [cu] Bantia oppidum est in Apulia. 15 et aruum pingue tenent humilis Ferenti. Ferente oppidum est et ipsum in Lucania, quod humile appellauit, quod in ualle est positum. 18 ut premerer sacra lauroque conlataque myrto. sacram laurum non ideo tantum dixit, quod sit in tutela Apollinis, sed etiam quod uelit diuinitus se ea coopertum a columbis intellegi.

---

12 an . . insania *addidi* 18 a nutrice: an ut fictę *M* 20 alumınıbus *M* 22 celsęnıum hacheruntıae *M* 26 saltus cubant ınos *M* 28 Ferentum ς 30 praemerer . . lauraq; . . mırto *M* 31 sacrum *M* 32 appollınıs M

20 non sine diis animosus infans. ideo quia solitudinem nemoris non expauerat, cum esset et solus *et* infans; quod ipsum prodigium dicit diuinitatis cuiusdam, quam in se esse intellegi uult. 21 uester, Camenae, uester in arduos t. S. ubicumque, inquit, sum, uester sum, o Musae, cuius infantiam manifestum est uos custodisse. per haec autem significat se ubicumque fuerit nihil aliud quam studia musica colere. 23 seu Tibur supinum seu l. p. supinum, inquit, Tibur ad situm eius [montis] aspiciens. nam in latere montis constitutum est. 25 uestris amicum f. et c. sub Bruto se militasse Horatius saepe ostendit et periclitatum, cum ab Augusto partes eius fusae sunt, quod periculum nunc ait praesidio Musarum se euasisse. 27 deuota non extinxit arbor. deuota nunc excidenda ac per hoc execrabilis ac detestabilis. 28 nec Sicula Palinurus unda. ostendit se etiam in mari circa Palinurum promunturium periclitatum. 29 utcumque mecum uos eritis. utcumque nunc pro 'ubicumque' accipe. 'ut' enim ueteres non numquam pro locali particula ponebant, ut Uergilius in quinto Caesis ut forte iuuencis pro 'ubi caesis', et Ouidius: † Quae refugit tellus illuc ut pontus et aer. 30 nauita. nauita id est: nauigans. 34 et laetum equino sanguine Concanum. Concani Hispaniae gens est uel ut alii dicunt Scythiae, quos ostendit equino uesci sanguine. de quo et Uergilius sic ait Et lac concretum cum sanguine potat equino. 36 et Scythicum inuiolatus amnem. Scythicum amnem Tanain uidetur significare. inuiolatus autem et ad superiores sensus per zeugma referendum. 37 uos Caesarem altum militia simul fessas cohortes abdidit oppidis. etiam Caesarem altum, inquit, uos

---

22 Aen. 5, 329. 23 Metam. 1, 15 28 Georg. 3, 463.

---

9 seu tybur *M* 10 montis *del. Pauly* 16 excidenda *nos:* euidenda *M* euitanda ς 18 mare *M* 23 ibi *M* quaque fuit . . illic *Merkel,* 25 lactum *M* 33 fortis addidit *M*

recreatis, cum in hibernis constituit exercitum; per quod etiam Caesarem studiosum esse poeticae ostendit.

41 uos lene consilium datis et dato gaudetis almae. per Musas id est per studium litterarum ad sapientiam corroborari mentem intellegi uult. lene enim consilium sapientiam dicit. 42 scimus ut inpios Titanas immanemque turbam. hac parecbasi ostendit uires sine prudentia non tantum uanas esse, uerum etiam sibi aduersarias; per quod probat illud, quod supra dixerat uos lene consilium datis et dato gaudetis. 50 fidens iuuentus horrida brachiis. ordo est: fidens brachiis iuuentus horrida. melius enim intellegitur quam 'horrida brachiis'. 51 fratresque tendentes opaco Pelion inposuisse Olympo. tendentes: contendentes. de hoc autem et Uergilius sic loquitur:

Ter sunt conati inponere Pelio Ossam
Scilicet atque Ossae frondosum inuoluere Olympum.
Ter pater extructos deiecit fulmine montes.

54 aut quid minaci Porphyrion statu. sic Uergilius: Mediaeque minans inlabitur urbi, nisi quod et in ipsa corporis altitudine minae quaedam uidentur esse atque horror. 58 hinc auidus stetit U. auidum Uulcanum dixit propter ignis auiditatem. 60 umeris positurus a. numquam positurus pro 'qui numquam ponet'. 61 qui rore puro Castaliae lauit crines. Castalia fons est in monte Parnasso. 63 natalem siluam: nunc 'in qua natus est'. aliter diem natalem dicimus, quo quis natus est. 64 Delius et Patareus Apollo. Delius a Delo insula dicitur, Patareus a Patare urbe, quae est in Lycia. 65 uis consili expers mole

16 Georg. 1, 281 sqq. 22 Aen. 2, 240

3 gaudentes *M* 8 par&bası *M* 11 gaudentıs *M* 13 intellegitur horrida iuuentus quam h. b. ς 14 apaco *M* 17 pelıon *M* 21 porfyrıon *M* 23 mına *M* 31 appollo *M* 33 uıx consılıı *M*

ruit sua. haec et generalis est sententia et specialiter praeterea nunc ad Gigantes pertinet. 66 [quia] uim temperatam dii quoque prouehunt in maius. hoc ad Augustum uult referri, quem scilicet fortem intellegi uult et doctum, per quae ad sublimitatem imperii fama peruenerit. 70 notus et integrae temptator Orion Dianae. et hic 'testis est mearum sententiarum' accipe. Orion autem Dianam stuprare cum temptasset, sagitta eius occisus est. 73 iniecta monstris Terra dolet suis. Terra, inquit, mater dolet filios suos Gigantes se montibus suis premere. 75 nec peredit inpositam celer ignis Aetnen. Aetna mons Encelado superpositus est, quem ait, quamuis superardeat, non tamen absumi ut semper eum premat. 77 incontinentis nec Tityi iecur relinquit ales. incontinentis: libidinosi. hic autem adortus est Proserpinam uel ut alii aiunt Latonam; ob quod iecur eius semper renascens a uulture consumitur. 79 amatorem trecentae Perithoum cohibent catenae. aeque et hic Proserpinam rapere temptauit, ob quod dicitur uinctus esse apud inferos.

## ODE 3, 5.

Caelo tonantem credidimus I. r. famae, inquit, tantum de Iouis magnitudine credidimus: quanto magis de Augusti credendum est, cuius uirtutes et potentiam omnes non audimus, sed uidemus. 3 adiectis Britannis imperio grauibusque Persis. per has gentes ab ultima occidentis plaga usque ad orientalem per continuationem adiunxisse imperio suo terras Augustum intellegi uult. 5 milesne Crassi coniuge barbara. cum magnitudinem rerum gestarum Augusti commemorasset, indignatur eos, qui

---

3 prouehunc *M* 6 fama *om. cod. Bern.* 10 ınnecta *M* 12 praemere *M* absumıt *M* 15 nectit uı *M* 16 ıncontınentes lıbıdınosos 21 uinctus esse *nos:* ınēē *M* catenis innodatus esse ς 23 credımus *M* 26 omnes *nos:* omnem *M* 27 eıectıs brıttanıs *M*

sub Crasso militauerant, oblitos Romanae uirtutis apud Parthos resedisse turpitudinem captiuitatis aequo animo ferentes. 6 turpis maritus uixit et hostium, pro curia inuersique mores, consenuit socerorum in armis. *ὑπέρβατον* sic ordinandum: et hostium socerorum in armis consenuit. nam illa per exclamationem per medium sunt — quae Graece *διὰ μέσου* inlata esse dicuntur — 'pro curia inuersique mores'. puta autem hoc eum dixisse: itane hoc Romanus fecit! o mores, inuersi estis et o curia, quam indignas res passa es. 9 sub rege Medo. Medum suo more pro Partho posuit. 10 anciliorum nominis et togae oblitus aeternaeque Uestae. per ancilia et Uestam sacra ac religiones Romanas uult intellegi. aeternam autem Uestam propter aeternos, qui in ara eius coluntur, ignes dixit. 12 incolumi Ioue. mire incolumi Ioue ut si diceret: stante mundo, incolumi rerum natura. 13 hoc cauerat mens prouida Reguli: ne quis scilicet uitam captiuitate speraret, sed potius pro libertate moreretur. 14 dissentientis conditionibus foedis, quod captiuos Afrorum noluit pro se reddi. 15 exemplo trahenti perniciem ueniens in aeuum: perniciem hinc processuram in futurum tempus, si exemplum tale induceret. 17 si non periret inmiserabilis captiua pubes id est: si non perissent captiui, quorum nemo eorum misereri deberet. 18 signa ego Punicis adfixa delubris. haec uerba sunt Reguli desuadentis, ne permutatio captiuorum fieret. indicat autem indignatione, quantam turpitudinem in Romanis militibus, cum se facile captiuitati traderent, uiderit. 23 et arua Marte coli populata nostro.

---

1 crassum *M* 3 ferentıs *M* 4 sacerorum ın arma *M* 7 sunt *nos:* est *M* 8 *μέσον nos:* Mecδy *M* 9 puto *cod. Bamb.* 10 mores quam inuersi ς, quam *om. et cod. Bamb.* 11 est *M* 12 hancılıorum & nomınıs togae . . ueste *M* 14 hancılıam *M* 18 hocauerat *M* 21 dıssentıentes *M* 23 trahentis *M* pernıtıem *bis M* 28 punıca *M* hıc *M* 30 ındıgnatıonem *M* 32 uiderit *nos:* uıderı *M*

uidi, inquit, † sacerdotes Poenos agros suos colere, qui agri iam a nobis ante fuerant uastati. 25 auro repensus scilicet acrior miles redibit. ironia, cuius sensus est: uidelicet fortior prodibit miles in pugnam pretio redemptus. quod significat non posse fortiter in acie stare militem, qui didicerit uictum se posse uiuere. 26 flagitio additis damnum. turpitudini, inquit, Romanae, quae per ignauiam militum accidit, insuper uos adiungitis damnum pecuniae, qua eos redimere uultis. 27 neque amissos colores lana refert medicata fuco. ut lana, inquit, medicata id est infecta numquam ad pristinum redit colorem, ita miles inbutus uitio captiuitatis non erit fortis. 34 et Marte Poenos proteret altero id est: *si* iterum constitutus ad pugnam hostis prodierit.

37 hic unde uitam sumeret inscius pacem duello miscuit. cum deberet, inquit, uitam uirtute atque armis quaerere, commisit se hostibus; sic ergo pacem bello miscuit. 39 o magna Carthago probrosis altior [ruinis] Italiae ruinis. sic uocabatur Carthago magna, quam ait dedecore et † donis malis Romanorum altiorem factam. 41 fertur pudicae coniugis osculum paruosque natos ut capitis minor ab se remouisse. adfirmatur Regulus, cum Romam captiuus adductus esset a Poenis, auersatus uxoris osculum dicens, inhonestum matronae esse eum, qui sit infamiae captiuitatis damnatus id est seruus factus, maritum agnoscere. bene ergo additum pudicae coniugis, ne putares illum ideo osculum coniugis auersatum, quod de pudicitia eius iniquius sensisset. 44 et uirilem toruus humi posuisse uultum. id est, ad humum uultum deiecisse. uirilem autem uultum ad uirtutem animi eius,

---

1 uidi: odı *M* sacerdotes *om.* ς, senatores! *uel* securos *nos* 3 hıronıa *M* 7 turpıtudınem ınquıt romanam aeque *M* 9 quasıeos *M* 10 ammıssos *M* 11 lanata *M* 14 propter & *M* 15 si *addidi* 17 bello *M* 21 dolis ς 31 ınıquus *M* 31 *schol. u. 44 post sch. u. 45 est in M* 32 id est ad h. uultum *m. 2 in M s. l. addidit*

cum hoc faceret, referens dixit. 45 donec labantes consilio patres firmaret auctor numquam alias dato. [sed] generaliter accipiendum, id est: qualem sententiam nemo umquam de se tulisset. 48 egregius properaret exul hoc est: gloriosus qui se exulem maluerit esse quam cum infamia redimi. et est occultum antitheton; nam maerentibus amicis egregium exulem opposuit, quae figura eam uim habet, ut ostendat ingens miraculum fuisse in hoc, quod, cum amici pro eo maererent, ipse egregius id est sublimis animo ageret. 53 quam si clientum longa negotia. cum populus, inquit, ei obsisteret, ne in Africam portaretur, non aliter eos reliquit, quam solent principes ciuitatis amicos suos negotiorum diiudicatis litibus uel prolatis rebus otiosa mente relinquere festinantes in praedia sua.

## ODE 3, 6.

Delicta maiorum inmeritus lues. hoc ex tradita persuasione scriptum est, qua aiunt poenas posteros expendere saepe, quas maiores effugerint. 2 donec..refeceris pro ‘donec reficias’. 6 hinc omne principium. subaudienda est extrinsecus particula ‘habes’, et est sensus: hinc omne principium imperii habes, quod deos colas; ergo ut imperium perseueret, perseuera deos colere. 9 iam bis Monaeses et Pacori manus. hi Parthorum reges fuerunt. bis autem Parthos retulisse de nobis uictoriam dixit, quia et Crassum antea et tum Decidium Saxam in Asia cum exercitibus occiderant. 11 et adiecisse praedam t. e. r. ex praeda, quam nobis detraxerunt, torques suos exiguos antea ampliasse gaudent. hoc enim nunc significat renident.

---

7 nam *cod. Bamb. et commentator Cruquii*, an *M* 10 maererent ipse *nos:* merentı. p. s. e. *M* 11 clıentıum *M* 14 deıudıcatıs *M* 19 scribtum *M* qua *Acron:* quı *M*, quia *Ritter* 20 ın posteros *M* 28 tum *Pauly:* cum *M* decıum *M* 29 Asia *Pauly:* arıa *M* 32 nunc *s. l. m. 2 M*

13 poene occupatam seditionibus [d.] del. u. seditionibus, inquit, ciuilibus destrictum populum Romanum ex occasione paene barbari deleuerunt. 17 fecunda culpae saecula: nostra scilicet saecula. nuptias primum inquinauere. per nuptias inquinatas uult ostendere nos ex ipsa culpa progeneratos ac merito nihil rectum in uita facere. 19 hoc fonte deriuata clades i. p. p. q. f. turpes, inquit, coitus feminarum descendunt in liberos quoque, deinde in rem publicam. 21 motus d. g. I. id est: molles saltatus, quos primi Iones inuenerunt. 22 et fingitur artibus. ‘artubus’ legendum, quia non uenit a nominatiuo ‘artes’ sed ‘artus’. significat per molliores saltatus puellas discere turpes et libidinosos motus rerum ueneriarum. 24 de tenero meditatur ungui. hoc prouerbium de Graeco est, quod dicunt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, quod significat ‘a prima infantia’. 26 neque eligit cui donet intermissa partim. sensus est: neque ex occasione extincti subito in conuiuio luminis properat adulter post interuallum occultari, scilicet facere non permittente tantum marito, sed etiam iubente. 32 dedecorum pretiosus emptor. qui dedecora id est adulteria magno pretio emit. 33 non his iuuentus orta parentibus i. a. s. melioribus, inquit, orta fuit parentibus iuuentus illa apud antiquos nostros, qui bella Punica pro patria etiam naualibus proeliis gessit.

37 sed rusticorum mascula militum proles. hodieque ex rusticis maxime milites lecti meliores habentur. 39 et seuerae matris ad arbitrium recisos portare fustes. mire simplicitatem et patientiam laboris in iuuenibus per id ostendit, quod etiam matrum potestati se subicerent, cum iam et ad

---

3 Romanum: r̄ *M* 3 poene *et* deluerunt *M* 5 ınquınatos *M* 12 artubos, u *ex* i *corr.*, *M* 13 per *clm. 375:* per ıd *M* 14 saltatus *Hauthal:* saltus *M* 17 ONIXωN *M* 19 *sic M recte* 22 tantum: cantu *M* 24 praetıo *M* 30 saeuerae *M* 32 perıt *M*

arbitrium earum operarentur. 43 amicum tempus agens a.: laborantibus scilicet [etiam] amicum ob capessendam quietem. 45 damnosa quid non inminuit dies. hoc ideo dicitur, quoniam uidentur omnia per processum temporum in deterius labi. 46 aetas parentum peior auis tulit nos nequiores mox daturos progeniem uitiosiorem. [damnosam rem] mira facilitate et breuitate [successu temporum deterius labi. aet. p. p.] successus et ordinem nascentium explicuit.

## ODE 3, 7.

Ad Asterien. quid fles Asteria G. hac ᾠδῇ consolatur puellam desiderio coniugis sui maestam et simul monet, ne alicuius adulescentis blanditiis aut specie ipsa capiatur. et est ordo: quid fles, Asteria, Gygen quem tibi restituent Fauonii primo uere Thyna merce beatum. 3 Thyna merce beatum. Bithyni iuncti sunt Thynis. utraque autem gens Ponto confinis est. 5 ille Notis actus ad Oricum. Notis pro quibuslibet uentis dictum est. 6 post insana caprae sidera. Haedos uidetur significare, quorum ortus et occasus concitant tempestates. horum et Uergilius meminit dicens Quantus ab occasu ueniens pluuialibus Haedis Uerberat imber humum. 6 frigidas duplici modo accipe et propter hiemem, qua peregre retinetur, et propter solitudinem.

9 atqui sollicitae nuntius hospitae. dicit Gygen ab hospita Chloe amari et ab ea nuntium amoris ad eum mitti. 10 et miseram tuis dicens

23 Aen. 9, 668.

2 etiam *deleui* 3 quıetam *M* 4 ıdem *M* 5 processu *M* 6 peıor *M* 7 prolem uıtıorem *M* 8 *et* 9 *uerba dittographia illata deleui* 13 mestam *M* 14 alterius *Acr.* 15 spetıae ıpsa *M* 16 gıgen *M* 16 thynna *bis M* 17 bıthını *M* 19 orycum *M* 20 ınsanae *M* 21 aedos *M* 24 aedıs *M* 26 hıemen *M* 28 gıgen *M*

ignibus uri. tuis ignibus: quibus tu ipsa ureris, id est, mariti tui amore. 12 temptat mille uafer modis. uafer nuntius id est callidus ad suadendum.

13 ut Proetum mulier perfida credulum. Stheneboian significat Proeti uxorem, quae Bellerophontem hospitem amauit et non consentientem sibi adulterum criminata est. 16 maturare necem refert: *refert* nuntius scilicet Gygi historiam, qua Bellerophontes periclitatus ostenditur, quod hospitae in amore non consentiret, ut per exemplum terreat eum, ne idem et ipse patiatur. 18 Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens. haec est, quae nupta fuisse Eurypyo traditur. 19 et peccare docentis fallax historias monet. subaudiendum 'et alias', quia et hae, quas super retulit, docent peccare. 21 scopulis surdior Icari. Icari scopuli pro Icarii maris scopulis, sed hos pro quibus libet posuit. surdi autem scopuli periclitantibus dici solent, quod quasi preces eorum non exaudiant.
25 quamuis non alius flectere equum sciens et reliqua. notum est iuuentutem Romanam apud ueteres et exercitatam in campo Martio et post hoc exercitium natare solitam fuisse in Tiberi, quia et peritia nandi rebus militaribus sit necessaria. dicit ergo Enipeum non debere puellae huic placere, licet gloriose in exercitio inter aequales uersetur. 29 prima nocte domum claude neque in uias sub cantu querulae despice tibiae. belle, quasi Gyges uespertino tempore ad fenestram Asteries tibicinium adhibere soleat, ut illa cupiditate audiendi per fe-

---

2 id: ad *M*  5 sthenebian *M*  bellerofontem *M*  7 ut adulterum ς  8 refert *addidi*  bellerofontes *M*  10 amorem *M*  consentiretur. per exem. *M*  11 hyppolite . . absumens *M*  13 Eurypylo ς  14 hystorias *M*  15 supra ς  17 pro hicaru *M*  32 tiberim *M*  26 gloriosae *et* uersaetur *M*  28 tybiae *M*  uelle *M*  29 temporae *M*  giges *M* Enipeus *Porph. scribere debuit*  tibicinium *nos:* tibicinum *M*, tibicinem ς

nestram despiceret atque ita cupidam uidendi sui ac sollicitam se daret.

ODE 3, 8.

Martiis caeleps quid agam Kalendis. haec ᾠδὴ ad Maecenatem scripta est, qua testatur se diem festum Martiarum Kalendarum gerere, quod hac luce maximum periculum effugerit arbore infracta paene elisus. Kalendae autem Martiae hodieque matronarum dies festus est. ait ergo non debere mirari Maecenatem, quod diem Kalendarum Martiarum celebret, quamuis matronam id est uxorem non habeat. 5 docte sermonis utriusque linguae. hoc ad Maecenatem adnectendum. nam sic ordinandum est 'Maecenas docte sermonis utriusque linguae', et intellegendum utique Graecae et Latinae. 10 corticem adstrictum pice dimouebit amphorae f. b. i. c. T. dicit se hoc Kalendarum die amphoram ad sacrificium et conuiuium aperturum, quam cortice picato operuerit et in fumario posuerit Tullo consule. corticem adstrictum pice dimouebit amph. s. uidetur † corticem pro 'cortici' id est ablatiuum casum pro datiuo posuisse, ut sit sensus: cortici fumum dimouebit pice adstrictum. et fumum utique pro fauilla fumi dixit, quae sidere solet super ad cooperimentum amphorae. 13 cyathos centum. sensus est: licet centum cyathos bibas, innocui erunt.

15 procul omnis esto clamor et ira. esto pro 'erit'. dicit autem adeo innocuum esse uinum, quod exhibiturus sit, ut potantes nec oneret nec per

---

1 despiciat ς 2 se *nos:* dıe *M* daret ς: dare *M*, declaret ς *fort. scrib.:* quasi Enipeus . . adhibere soleat et illa . . despicere atque . . se dare. 4 quıdam *M* 5 scrıbta *M* 10 mirari: ırascı *M* 16 amforae M 18 sacrıfitıum *M* 19 tullıo *M* 20 *post* consule *scholia u. 13 et 15 sunt in M* 20 amf. 21 ablatıuum *M*, accusatiuum ς *in Porphyrionis scholio scribendum uidetur:* cortice pro cortici 23 dımouıt *M* 24 fumi ς: fumum *M*, *om. cod. Bern.* 25 amforȩ *M* 27 esto: ē *M* 29 nec oneret nec *Acr.:* nȩc nocere *M*

ebrietatem ad lites incitet. 17 mitte ciuilis s. u. c. noli, inquit, sollicitus esse de salute urbis, cum sint tuta omnia et solue animum ad laetitiam in conuiuio meo. 19 Medus infestis sibi luctuosis dissidet armis. Medos significat inter se seditionibus occupatos esse. 21 seruit Hispanae uetus hostis orae. orae genitiuus casus et Hispanae eiusdem casus est. 22 Cantaber sera domitus catena. sera, inquit, catena, quia diu bellum cum his gestum est et tarde uicti sunt. 25 neglegens ne qua populus laboret. neglegens nunc pro securo positum est, ut e contrario Uergilius securum pro neglegenti dixit Securus amorum germanae. 26 parce priuatus. cum sis, inquit, priuatus, noli adrogare tibi diu rei publicae curam.

ODE 3, 9.

Donec gratus eram tibi. hac ᾠδῇ alternis uicibus respondentem sibi Lydiam amicam facit. agit autem cum ea de instauratione gratiae. donec autem pro 'quamdiu' positum est. 2 nec quisquam potior brachia candidae ceruici iuuenis dabat. id est: nec quemquam me potiorem habebas, cui ceruicis tuae amplexus permitteres. 5 donec non alia magis arsisti. his dehinc quattuor uersibus Lydia respondet et deinceps, ut dixi, uices inter eos sunt dicendi ac respondendi quaternis uersibus.

6 neque erat Lydia post Chloen: nec Lydiam id est me postponebas Chloae. 7 multi Lydia nominis. id est 'magni nominis' ac per hoc 'clarae famae'. 11 pro qua non metuam mori. si parcent.. f. s. id est: si mea morte illius animae fata parcent, ut superstitem eam mihi faciant fata. 14. Thurini Calais filius Ornyti. ordo est et sensus: Thurini Ornyti filius Calais nomine.

12 Aen. 1, 350.

1 aebrietatem *M* 3 leticiam *M* 4 infertis *M* 7 hispaniae *M* 8 cantauer sęra *M* 15 rei p. *M* 17 to ΔH *M* 22 cum *M* 25 respondit *M* uoces *M* 28 chloe *M*

Thurini autem, qui est a Thuria oppido Italiae. 15 pro quo bis patiar mori. quantum carum habeat Calain per ὑπερβολὴν expressit bis se paratam mori pro illo dicens; quod ideo intulit, ut illum uinceret, quia dixerat se paratum pro Chloe mori. 17 quid si prisca redit Uenus. hic iam temptare incipit Lydiam, an redire secum in gratiam uelit. 18 diductosque iugo cogit aeneo. si rursus, inquit, nos Uenus iungit ac firmat perpetua coniunctione. propter hoc enim iugum aeneum dicit. aeris namque materia non sicut ferrum rubigine consumitur. quare et Uergilius non ob aliud uidetur mihi dixisse Et centum uinclis aenis Post tergum nodis, nisi ut perpetuam pacem *per* aenea furoris uincula futuram ostenderet. 19 si flaua excutitur. excutitur pro ‘expellitur’ positum est. 21 quamquam sidere clarior. Calais scilicet. 23 iracundior Hadria. Hadria pro Hadriatico mari dicitur.

## ODE 3, 10.

Extremum Tanain si biberes Lyce. haec ad puellam Lycen nomine dicuntur asperam et intractabilem. Tanais autem flumen est Scythiae, per quod uult intellegi esse barbaram. 2 me tamen asperas porrectum ante fores obicere incolis plorares aquilonibus. me tamen et sic misereris nec patereris frigoribus perire ante ianuam tuam iacentem. incolis autem aquilonibus ad illud pertinet, quod dixerat extremum Tanain si biberes. Tanais enim flumen in parte septemtrionali est, unde Aquilo oriri uidetur. 5 quo nemus intra pulchra satum tecta remugiat. significat arbores esse, ut

12 Aen. 1, 295.

1 thuria *nos:* thura *M* 2 quam ς 3 per: ΠЄΡ 5 qui ς 8 deductusque uıcogıt *M* 9 format *M* 10 propter *Pauly:* per *M*, pro *Hauthal*, hoc enim per *Pauly* 13 postergum *M* 15 ostenderent *M* 20 s. bıberıs *M* 22 stythıae *M* 23 barbara *M* 24 abıceres, prorares *M* 26 paterer hıs *M* 28 bıberıs *M* 29 septem trıonalis *M* 31 sıtum *M*

fit, in inpluuio domus, quibus nunc strepere tempestates intellegi uult. 7 et positas ut glaciet niues puro numine Iuppiter. ostendit, quod re uera in Italia frequenter euenit, post niuem positam Aquilone uento serenatum esse et frigora eius gelu super niuem concrescere. 10 ne currente retro funis eat rota. Allegoricos: ne in te redeant harum rerum uices. 15 nec uir Pieria pelice saucius. uult intellegi maritum Lyces huius amare aliam, id est, Pieriam nomine; propter quod debuisse hanc uicem ei contumeliae amando *se* retribuere. 17 nec rigida mollior aesculo nec Mauris animum mitior anguibus. hoc superiori iungendum, ut sit ita conexum: *o.. supplicibus tuis parcas* nec rigida mollior aesculo nec Mauris animum mitior anguibus. Cetera enim de parenthesi inlata sunt.

## ODE 3, 11.

Mercuri, nam te docilis m. Mercurium inuocat lyrae inuentorem petens, ut inspiret sibi modulationem dignam auribus Lydes amicae. ordo est autem: Mercuri dic modos quibus Lyde obstinatas applicet aures. nam te docilis magistro [vit.], mouit Amphion lap. c. nota fabula est Amphionem citharae cantu et pecudes, quarum pastor erat, ad se accersisse et lapides, quibus Thebani muri extructi sunt. 3 tuque testudo. quia testudine Mercurius lyram fecit. 6 et amica templis. fidicines hodieque Romae sacrificiis adhiberi uidemus. 11 et adhuc proteruo cruda marito. non est intempestiua, sed animo cruda id est crudelis ac per hoc aspera atque horrens maritum. 13 tu potes tigres comitesque siluas ducere. haec ad testudinem

---

2 glatı&.. nomıne *M* 7 in te redeant *nos:* ıntereant *M* 8 pıerıa *M* 9 luces *M* 10 debuisset ς 11 se *addidi* 14 *haec addidi* 16 de *cod. Par.:* te *M,* per parentesin ς 23 amfion lıc *M* 23 est: & *M* amfionem *M* 26 teque *M* testudıne (e *in ras.*) *M:* testudinem ς 30 ac: hac *M*

dicuntur siue ad Mercurium. 15 cessit inmanis tibi blandienti ianitor aulae. receptam de Orpheo fabulam tractat, qua refert etiam Cerberum et cetera inferna cantu citharae lenita esse. 19 atque spiritus taeter s. m. o. t. saniem aut cadauerum, quibus uescitur, intellegi uult aut pro uenenis posuit, quae in illo esse potest fingi, cum etiam serpentibus hirsutus esse fingatur. 21 quin et Ixion Tityosque uultu risit inuito. inuito uultu risit. intellegas tantam fuisse gratiam cantus, ut in tormentis poenae constitutis extorserit tamen risus. 23 Danai puellas pro eo quod est 'Danai filias'. 25 audiat Lyde scelus atque notas. mira oportunitate de excessu excessum repperit. et est sensus: audiat Lyde, qua poena damnatae sint, quae crudeles amatoribus fuerint. 26 et inane lymphae dolium fundo pereuntis imo. inane dolium. ita autem figurauit, ut e contrario 'plenum uas [inante] illius rei' dicitur, ut et Terentius: Uini plenum. 28 seraque fata. quare sera dixerit, ipse ex subiectis ostendit inferendo quae manent culpas etiam sub Orco. 30 impiae nam quid potuere m. i. bona epanalempsis, per quam inpensior affectio dicentis exprimitur. 31 duro perdere ferro. non ad naturam ferri relatum est epitheton 'duro', sed ad animum earum, quae dura ac crudeli mente in eos usae sunt. 33 una de multis face nuptiali digna. Hypermestram dicit, quae Lynceum maritum seruauit. et bene pro praesenti adfectione inlatum face nuptiali digna, tamquam maius praemium feminis non sit.

---

19 Hec. 5, 3, 25.

---

1 siue ad Mercurium *delenda uidentur* 2 orfeo *M* 3 quae ς refret *M* ceruerum *M* 5 sanıem autem *M* 7 possunt *cod. Bern.* 9 rıs. ut. ıntellegas *M* 13 sceles *M* 14 excesum *M* 18 utae *M* ınante *deleui:* uas, et inane ς 21 culpıs *M* 22 quıd *ex* quod *M* bonae panalemsis *M* 27 ypermestram *M* 28 quelyngueum *M*

35 et in omne uirgo nobilis aeuum: propter pietatem scilicet, quam marito praestitit. 41 quae uelut nanctae uitulos leaenae: uelut leaenae uitulos nanctae. 45 me pater saeuis oneret catenis. extrinsecus audiendum 'si putat' uel quid tale, ut sit: me pater, si putat, saeuis catenis oneret pro hoc facto.

51 et nostri memorem sepulcro s. q. id est: monumento meo inscribe mortis meae [casum uel] causam.

## ODE 3, 12.

Miserarum est neque a. d. l. hac ᾠδῇ testatur insuauem esse uitam sine hilaritate et amore, ac deinde puellam quandam captam specie adulescentis describit. 2 neque dulci mala uino lauere. antiqua declinatione 'lauere' dixit, non 'lauare'. nam tertiae coniugationis hoc uerbum apud ueteres erat. sic enim declinabant: lauo lauis lauit, non: lauo, lauas lauat. 3 aut exanimari metuentis p. u. l. sensus est: aut cruciari castigatione uerborum. patruae autem linguae pro 'seuerae' positum. uidentur enim patrui adulescentibus corripiendis austeriores esse quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet. 5 tibi qualum. qualum metonymicos pro lanificio dixit. sed mulieres per deminutionem uasculum hoc usurpant quasillum dicentes. hoc autem est, in quo pensa uel tramas reuoluunt. 8 Liparaei nitor Hebri. hinc transit ad laudem Hebri nomine adulescentis, quem a Neobule amari indicat. Liparaei autem a Lipare insula, ut si diceret 'Liparensis'.

9 simul unctos Tiberinis umeros lauit in undis eques ipso m. Bel. diximus et supra adulescentes post exercitium campestre in Tiberi nare

---

5 tale, ut sit: me pater, si *nos:* tale me pater ut sı *M* 8 casum uel *cod. Bamb. et Mon. 375 om.* 13 spetıae *M* 15 declinatione: declinatio *M* ς 16 tertiae: quartae *M* 25 uosculum, a *s. l.*, *M* quası ıllum dıcens *M* 26 trama *M* 28 Neobule: neule *M* 30 unctus *M* 31 eques *M* 32 exertıcıum *M* tıberım *M*

solitos fuisse. 13 catus idem per apertum fugientis agitato grege ceruos iaculari. catus: 'acutus' ac per hoc 'doctus' significatur. ordo est autem: catus idem fugientis ceruos iaculari per apertum agitato grege. per apertum autem absolute id est per campum.

ODE 3, 13.

O fons Bandusiae. sacrificium hac ᾠδῇ fonti Bandusiae repromittit simulque laudes eius dicit. 2 non sine floribus cras donaberis haedo. amphibolon. incertum est enim utrum dicat 'haedo donaberis et floribus' an uero 'donaberis haedo, qui erit cum floribus id est coronatus'. 5 et uenerem et proelia d. f. frustra scilicet quia immolabitur. 9 te flagrantis atrox hora c. n. t. opacitatem eius laudat, per quam dicit calorem canicularium dierum ad eum non descendere. 10 frigus amabile. eleganter pro umbra refrigeranti calorem aestiui temporis dixit. 13 fies nobilium tu quoque fontium: tu quoque inter nobiles fontes nominaberis carmine meo praedicatus. 14 me dicente cauis impositam ilicem saxis unde l. l. d. t. significat in saxo natam ilicem arborem, sub cuius radice erumpant aquae fontis huius. loquaces autem lymphas dixit, quod, dum de saxo cadunt, perstrepant.

ODE 3, 14.

Herculis ritu modo d. haec ᾠδὴ in Augustum scribitur uictorem ex Hispania reuertentem. quod autem Herculi illum comparat, ideo facit, ut ostendat labores eum non per alios, sed per se administrare. 2 morte uenalem petiisse laurum: quam etiam morte paratus est emere. non enim omni modo in

---

2 catus acutus *Pauly cf. Varro L. L. 7, 46:* caturacatus *M* 4 ceruıs *M* 6 captū *M* 8 fontıbus *M* 11 amfibolon *M* 12 donauerıs *M bis* 23 radıcae *M* 25 nymfas *M* cadant ς 31 petısse *M* 32 temere *M*

bello mori † ait inde lauream petat. 6 prodeat iustis o. d. pro 'prodeat et operetur diuis' id est 'sacrificet'. operationes enim sacrificia dixerunt. [ut] iustos diuos quamuis generaliter dicere possumus, nunc tamen specialiter accipiendum, scilicet quod Caesari uictoriam et reditum merenti dederint. 7 et soror cari ducis. Octauiam dicit Augusti sororem.

9 iuuenumque nuper sospitum: id est: nuper *per* Augustum sospitum futurorum. 11 male nominatis parcite uerbis. quid est male nominatis uerbis parcite? utrum quem ad modum edicitur, ut ciues feriato die litibus iurgiisque se abstineant; *an* ut e contrario in sacrificiis praecipitur 'bona omina habete', ita nunc ait 'parcite malis uerbis *id est* malis ominibus? 15 tenente Caesare terras id est: incolumi Caesare. 18 et cadum Marsi memorem duelli id est: ueteris uini cadum, quod uinum iam natum erat temporibus belli Marsici. 19 Spartacum si qua potuit uagantem fallere testa. Spartacus dux fugitiuorum per Italiam aliquando grassatus multa uastauit. 22 murreum nodo cohibere crinem. Colorem murreum in crinibus hodieque dicunt, qui medius est inter flauum et nigrum. quia properare illam uult, in nodum tantum colligere crines praecipit. 23 si per inuisum mora ianitorem fiet, abito. praecipit puero, ut si tardius ad Neaeram ab ostiario admittatur, recedat; deinde quare hoc praeceperit, ostendit inferendo lenit albescens animos capillus. 25 lenit albescens animos capillus. haec cum admiratione quadam et dolore animi dicuntur. miratur enim se tam segnem

---

1 ait ut inde ς uult sed ut inde? prodeas ıustıs *M* 6 dederınt, ı *ex* a *corr.*, *M* 8 ıuuenemque *M* ıd ē uper augustum sospıtum *m. 2 s. li. add. in M* 9 futuroum *nos ex Acrone:* futurum *M* 10 uerbıs partıte *M* 3 omnıa *M* 14 homınıbus *M* 15 temente *M* 16 caesarı *M* 17 ıam uınum *M* 18 spartagus *M* 20 aliquamiu ς 24 ıllum *M* 26 dardıus *M* 27 naeeram *M* 29 caıllos *M*

factum, ut contumeliis fastidientis puellae non irascatur, quod ipsum iniuria senectutis fieri ingemescit. lenit albescens animos capillus l. et r. c. proteruae. animi, inquit, iuuenum qui litium et rixarum in contemptu amoris cupidi sunt, senili aetate leniuntur. 28 consule Planco. significat se Planco consule adulescentem fuisse, irasci intolerabiliter solitum, si fastidiretur.

PECK LIBRARY NORWICH, CONN. FREE ACADEMY

## ODE 3, 15.

Uxor pauperis Ibyci. haec ᾠδὴ scribitur in uetulam moecham et luxuriosam. 2 tandem nequitiae fige modum tuae. nequitiae nunc 'calliditati et malitiae', non ut olim nequam dicebatur ignauus ac nihili. 5 inter ludere uirgines. ordo et sensus est: desine inter uirgines ludere, cum sis funeri propior. 6 et stellis nebulam spargere candidis. decens allegoria. ait enim: ut decor stellarum nubilo infuscatur, sic † adnitorem fieri uirginem interuentu tuo turpes, quippe cum sis aetate iam adtrita et deformis. 8 filia rectius expugnat iuuenum domus pulsa Thyias uti concita tympano. hic etiam filiam eius ostendit uirosam esse et per libidinem nimiam ita in furorem quendam incitari, ut Bacchae solent pulsu tympani audito. 13 te lanae prope nobilem tonsae Luceriam, non citharae decent. Luceria urbs est in Apulia et in Samnio. *κατ' ἐξοχὴν* autem pro qualibet lana hoc positum. 16 nec poti uetulam faece tenus cadi. non decet aetatem tuam, inquit, in conuiuio

---

1 contumeliis *nos:* contumelias *M*, in contumelias ς fastientis *M* 2 iniuriam *M* 3 r. c.: re. *M* 4 animae *M* 5 contempto *M* 7 tolerabiliter *M* 8 fastideretur *M* 10 ybici *M* 11 mycham & luxoriosam *M* 14 ignabus *M* 16 proprior *M* 18 ad *ex* ac *corr. et post* fieri *ras. M;* sic ad nitorem fiunt uirgines interuentu tuo turpes? 21 thrias *M* 24 bachę *M* 26 cytharę *M* 27 et in Samnio *delenda uidentur cum* ς 27 catexochen *M* 28 uetula *M*

multum potare. hoc est enim 'faece tenus potare'. nam utique cum tota amphora bibitur, ad faecem peruenitur. per faecem autem uetulam uetus uinum accipe.

ODE 3, 16.

Inclusam Danaen turris aenea. ᾠδὴ haec in Maecenatem scripta est; quae initium quidem habet ab habitatione Danaes, ceterum tractat, quae sit uis auri et quantum potentiae habeat. per quod ostendit in hoc fictam fabulam de aureo imbri Danaes, ut ostendatur nihil non posse pecunia atque auro expugnari. 4 nocturnis ab adulteris. belle nocturnis ab adulteris, quia adulteris nox apta est. 5 si non Acrisium uirginis abditae custodem pauidum Iuppiter et Uenus risissent. sensus est: Acrisius filiae suae Danaes pudicitiam diligentissime custodibat, si non diligentiam hanc elusam uellent Uenus ac Iuppiter. 8 *conuerso in pretium deo: quia Iuppiter* in aurum uersus pretium uidetur fuisse concubitus. 9 aurum per medios ire satellites. in hoc iam excessu consilium est fabulae, quam in principio posuit. 11 concidit auguris Argiui domus ob lucrum. Amphiarai scilicet, quem Eriphyle uxor corrupta monili aureo prodidit. 13 diffidit urbium portas uir Macedo. Philippum significat Alexandri Magni patrem.

16 inlaqueant duces. inlaqueant id est: capiunt. 17 crescentem sequitur cura pecuniam. reprehendit eos, qui pecuniam sic concupiscunt, tamquam feliciores futuri, cum tanto plus sollicitudinis ac curae habeant, quanto maior est. 18 maiorumque fames. pecuniarum maiorum scilicet. et famem nunc pro desiderio posuit metaphoricos. dicit

---

2 amfora *M* 5 danẹnt *M* 6 scribta *M* 7 ad *M* caeterum tractam *M* 9 inbri *M* 11 expugnare *M* uelle *M* 12 qui *et* abta *M* 14 rabidum.. risisent *M* 16 custodiebat ς 17 *haec ex Acrone addidi* 19 praetium *M* 19 durum *M* 20 excessus *et* fabula *M* 22 amfiari *et* erifyle *M* 25 maced. filippum *M* 29 contanto *et* currẹ *M* 32 metaforicos *M*

autem, quod re uera uidemus, tanto cupidiores auarioresque fieri homines, quanto plus adquirant. 21 quanto quisque sibi plura negauerit, a dis plura feret. bella relatio sensus est, qua significat se non inter auaros numerari uelle, quia nec ipse est auarus. 23 et transfuga diuitum partes linquere gestio. perseuerauit in translatione transfugam dicendo, cum supra ‘castra peto’ dixisset. 28 magnas inter opes inops. belle, quia, qui multum habet, plus desiderat, quasi qui inops est; nec enim habet, quod uult, sicuti qui uere inopes sunt. 29 purae riuus aquae siluaque iugerum paucorum et segetis certa fides meae fulgentem imperio fertilis Africae fallit sorte beatior. sensus est: agellus meùs quamuis oneri mihi *non* sit, locupletiorem me tamen facit (nihil amplius scilicet desiderantem), quam ille est, qui sibi clarus uidetur, quod latissimas multasque habeat in Africa possessiones. hoc ergo fallitur ille locuples, quod se beatiorem iudicet. 33 quamquam nec Calabrae mella ferunt apes. licet nec in Calabria possideam, inquit, ubi mel optimum nascitur. 34 nec Laestrygonia Bacchus in amphora. Laestrygones oppidum Campaniae Formias tenuisse dicuntur. in illa autem regione, quoniam saxosa est, pretiosissimum uinum Campanum nascitur. 34 Bacchus in amphora languescit. belle languescit, quasi senescit ac per hoc ueterescit. et paulo post ait Promere languidiora uina. 39 contracto melius parua cupidine uectigalia. uectigalia pro reditibus posuit. proprie enim rei publicae reditus dicuntur uectigalia. — contracto melius parua cupidine uectigalia porrigam[us]. sensus communis est et

28 od. 21, 8.

4 *hoc schol. ad u. 23 pertinere uidetur* 8 eum *M* 10 qui *del.?* 14 perıo *M* 15 non *addidi* 22 lestrygonıa .. amfora *M* 23 lestrygones *M* 25 praetıosıssımum *M* 26 amfora *M* 27 belle .. *28* ueterescıt *m. 2. in marg. M* 30 pro suis reditibus improprie posuit. proprie enim *H. Stephanus*

manifestus. ait enim paruo se contentum plus sibi uidere possidere, quam si multum habens amplius desideret. 41 quam si Mygdoniis regnum Alyattei campis continuem: quam si Mygdoniis campis regnum Alyattei continuem. Alyattes autem rex Persarum dicitur fuisse, uel ut alii rex Lydorum pater Croesi. 43 bene est cui deus obtulit parca quod satis est manu. subaudiendum hic extrinsecus pronomen quod est 'ei', ut sit: bene est ei, cui deus obtulit parca quod satis est manu.

## ODE 3, 17.

Aeli uetusto nobilis ab Lamo. Aelium Lamiam adloquitur senatorem. Aeliorum familiam a Lamo Formiarum rege oriri adfirmat et inde Lamiae cognomen his adhaesisse. 4 memores genus omne fastus, scilicet qui memoriam ueterem testantur. 6 qui Formiarum moenia dicitur princeps et innantem Maricae litoribus tenuisse Lirim. Formiani potentiores uidentur fuisse Minturnensibus et eorum agros tenuisse, *ubi* Liris fluit ac Marica nympha coli dicitur; ideoque 'tyrannus late' quod ad Lirim usque regnum suum extenderit. et innantem Maricae litoribus tenuisse Lirim. Liris per mediam urbem Minturnensium labitur, Maricam autem Minturnenses praecipue colunt, cuius etiam lucus in ipsa Minturnensium *ciuitate* est. 12 sternet aquae nisi fallit augur annosa cornix. et Uergilius dicit cornices pluuiae inminentis praesagas esse, cum ait Tum cornix plena pluuiam uocat inproba uoce. augurem ergo pro praesaga et diuina posuit. annosam uero ait, quoniam mille annos uiuere adfir-

29 Georg 1, 388.

3 halyattu *M* 4 *alterum* campis *post* halyatti *M* 5 halyatti *et* halyattus *M* 13 saenatorem *M* 16 testantur ς: test&ur *M*, testentur ς 20 agro *M* ubi *addidi et* fluit.. coli dicitur *scripsi:* fuit . . coli igitur *M* 22 lirum *M* 23 lyrim *M* 24 urbem urbem *M* 28 inminentes *M* 29 inprobe, a *s. l.*, *M* 30 et *Pauly:* t *M*

matur. 13 dum potes aridum compone lignum. cras genium mero curabis et porca bimestri cum famulis operum solutis. intellegendum in uilla sua esse Lamiam, quem ideo hortatur apud focum epulari. sic enim solent rustici hieme, cum feriati sunt. quod ipsum manifestatur ex eo, quod dixerit genium curabis cum famulis operum solutis. talia sunt enim et illa Uergiliana: 'Inuitat genialis hiemps'. 'Ante focum si frigus erit si messis in umbra'.

## ODE 3, 18.

Faune Nympharum fugientium amator. Faunum inuocat, quem aiunt inferum ac pestilentem deum esse; secundum quae et nunc Horatius loquitur, cum eum orat, ut lenis per agros suos transeat, et Uergilius in septimo significat, cum apud Mephitin pestiferi odoris paludem lucum eum habere ostendit et in consulendo oraculo eius uideri multa simulacra miris modis uolitantia [atque imis Acheronta adfatur Auernis]. fugientium amator: per lasciuiam scilicet fugientium. quale illud est Et fugit ad salices et se cupit ante uideri. 5 si tener pleno cadit haedus anno. significat semper se ei anniuersarium sacrum haedo facere. 7 uina creterrae. creterram Ueneris sodalem dixit, quia sine Cerere et Libero friget Uenus. 9 ludit herboso pecus omne campo cum tibi n. r. d. nonis Decembribus Faunalia sunt hoc est dies festus Fauni, in cuius honorem pecudes lasciuiunt. 13 inter audaces lupus errat agnos. non 'semper audaces

8 Georg. 1, 302 9 Buc. 5, 70 16 Aen. 7, 81 sqq. 21 Uerg. Buc. 3, 65. 25. Terent. Eun. 4, 5, 6.

2 merogenıum *M* bımestro . . solıtıs *M* 5 aepuları *M* 9 et ante ς 10 umbram *M* 12 nymfarum *M* 13 infestum? 14 quem *M* 16 mefitın *M* 17 eum *Pauly:* enım *M* 19 imis: lıtus *M* *haec deleui* 22 tenes *M* 23 hedus *M* 30 lupos . . agnus *M*

agnos', sed 'illo die', quo uidelicet non timeant lupum inter se errantem. et hoc interueniente numine Fauni euenire dicit, qui quasi die festo suo uult pecora, quae sub tutela sua sunt, sine periculo esse. 15 gaudet inuisam pepulisse fossor ter pede terram. inuisam terram fossoribus merito dixit, quod in ea laborent, cum fodiunt. naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam. significat autem agrestes, cum festo Fauni feriati ludant, in terra tripudiare.

## ODE 3, 19.

Quantum distet ab Inacho Codrus. Telephum sodalem adloquitur iocose eum corripiens, quod historias non ad se pertinentes potius loquitur, quam quae pertineant ad conuiuii praesentis apparatus. deinde conuersus ad puerum hortatur, ut inpari numero cyathorum potiones faciat. quantum distet ab Inacho Codrus pro patria non timidus mori narras. [cum] comparationem, inquit, facis uirtutum Inachi et Codri. Codrus autem Atheniensium dux fuit, qui, ut patriae uictoriam pareret, interimendum se Lacedaemoniis obtulit; de Inachi autem uirtutibus nulla extitit historia. 4 et pugnata sacro bella sub Ilio. sacrum Ilium dixit secundum Homericum illud: *Ἴλιον ἱρήν*. 7 quo praebente domum et quota: ad epulandum praebente scilicet, quo modo solent dicere: apud quem. et quota Paelignis caream frigoribus. utrum in Paeligno oppido uult intellegi dici, an ut solent poetae speciem pro genere posuit, ut Leuis innatat alnus Missa Pado. 9 da lunae propere nouae:

---

29 Verg. Georg. 2, 451

---

7 laboraent *M* 8 labores *M* 9 ınludant *M* 11 dıscet *M* telefum *M* 13 loquatur ς 17 patrıas . . ınarras *M* 21 lacaedemonııs *M* 24 omerıcum *M* ıllud de ıhon eıPHN *M*, *propter accusatiuum casum scripserim εἰς Ἴλιον ἱρήν* 27 careant *M* 29 sp&ıem *M* 30 properae *M*

sicut ueteres singulos uini cyathos sub singulorum deorum aut carissimorum sibi nominibus solebant in poculum defundere; secundum quae nunc haec dicuntur. 11 tribus aut nouem miscentur cyathis pocula commodis. secundum illud: Numero deus impare gaudet. 15 tres prohibet supra rixarum metuens tangere Gratia. ait: supra nouem cyathos si tres addideris, futurum ut ebrius factus exsurgas in lites, quae scilicet contrariae sunt Gratiae. 18 cur Berecyntiae cessant flamina tibiae. Berecyntus urbs est Phrygiae. ergo tibias Phrygias dicit, quae sacris Matris Magnae adhibentur, ad quarum cantus tamen solent et conuiuantes saltare. 21 parcentes ego dexteras odi id est: otiosas, quae neque lyram percutiant nec spargant rosas. 22. audiat inuidus dementem strepitum Lycus. *strepitum audiat Lycus* hilaritatis nostrae et inuidia rumpatur. 24 et uicina seni non habilis Lyco. merito non habilis, quia puella seni iuncta est. 27 tempestiua petit Rhode. quid est tempestiua? utrum non inportuna ac non incommoda, an uero tempestiua id est matura rebus ueneriis. 28 me lentus Glycerae torret amor. eleganter; [me] lentus amor quasi latens et occultus nunc intellegendum ut lentus ignis dicitur, quia latens ac sine flamma urit.

## ODE 3, 20.

Non uides quanto moueas periclo. haec allegoricos ad Pyrrum sodalem dicuntur, qui puerum Nearchum nomine a quadam femina dilectum solli-

5 Uerg. Buc. 8, 75 25 cf. od. 1, 13, 8

1 sic? 5 cummodıs *M* 6 ımparı *M* 7 metuns *M* 9 scılıc& & *M* 10 uerescındıae *et* uerescynthus *M* 11 fhrygıę *et* fhrygıas *M* tybıas *M* 14 ergo *M* 15 lıram *M* 16 tementem *M* 17 *haec addidi* 20 seni: se *M* rode *M* 24 me *deleui* 30 sollıcıtat *M*

citet et ei extrahere conetur. 3 inaudax id est: non audax, ac per hoc, timidus. 6 ibit insignem repetens Nearchum grande certamen tibi praeda cedat maior an illi. obscurauit elocutionem quod certamen ipsum ire dixit, non mulierem, quae certamen cum Pyrro factura sit cupiens eripere ei Nearchum puerum. 10 haec dentes acuit timendos. belle hoc dicitur de ea, quam iam dudum sub nomine leaenae intellegi uoluit. 11 arbiter pugnae posuisse nudo sub pede palmam. hunc puerum arbitrum certaminis esse dixit et palmam contentionis ipsius calcare; per quod intellegi uult illum uictorem certaminis futurum, cui se tradere uoluerit. 15 qualis aut Nireus fuit. Nirei pulchritudinem et Homerus praedicauit, cum ait: *Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.* 15 aut aquosa raptus ab Ida. Ganymeden significat.

## ODE 3, 21.

O nata mecum consule Manlio. Ilocalariter amphoram, quam in ueterario habebat, adloquitur et, ut ostenderet, quam uetustum uinum habeat, secum natam dixit. apparet autem Flaccum consule Manlio natum esse. 2 seu tu querellas siue geris iocos seu rixam et insanos amores seu facilem pia testa somnum. belle haec dicuntur, quia per uinum alii querellosi alii hilares ac iocosi fiunt, quidam rixant in conuiuio, quidam in cupiditatem ueneriam efferuescunt, nonnulli obdormiunt. 7 descende Coruino iubente. significat se Messalam Coruinum pascere, in cuius *honorem* hanc uetustissimam uini am-

---

15 Ilias 2, 637

---

4 praedıt . . annıllı *M* 12 calcare; per *nos*: calcaerefer *M* 14 nereus . . nereı *M* 15 *Νιρεὺς ὃς*: NHPEYCO *et* IAION *M* 20 adamforam *M* 22 Manlio: alıo *M* 25 s. oymnum *M* 26 quaerellosı *M* 26 fiunt *nos:* et *M* 29 se & messulam & coruınum *M*

phoram promere uelit. descende Coruino iubente promere languidiora uina. attende elocutionem ‘descende promere’ pro ‘descende ut promas’, ut est illud Lucilianum: Da bibere ab summo. languidiora autem uina dicit uetustate lenita. sic ergo et illud supra dictum Nec Laestrygonia Bacchus in amphora languescit mihi. 9 non ille quamquam Socraticis madet sermonibus te neglegit horridus. narratur et prisci Catonis. ordo et sensus est: non ille te neglegit nec est in hoc horridus, quamquam philosophiae studiosus sit. 13 tu lene tormentum ingenio admoues, quoniam et blanditur ebrietas et extorquet plerumque animi grauitatem. 18 uiresque et addis cornua pauperi. bene et hoc, quia interdum per ebrietatem homines humilitatis suae obliti in maiorem sui fiduciam exsurgunt, per quam melioribus non cedentes accenduntur ad temeritatem. per cornua ergo uinolentiam cerebri intellegi uult. 20 regum apices. per apices sublimitatem honoris ac potentiae significari iam et supra ostendimus. 21 te Liber et si laeta aderit Uenus. significat se ex hac amphora potando hilaritatem et gratiam conuiuii usque in crastinum mane producturum. uiuas lucernas pro ardentibus dixit. 22 segnesque nodum soluere Gratiae hoc est: quae nodum non soluunt. hoc autem ad id pertinet, quod qui fida gratia inter se iuncti sunt numquam ab amicitia resoluuntur.

## ODE 3, 22.

Montium custos nemorumque, uirgo. Dianae pinum in fundo suo consecrat, apud quam quot-

---

4 Lucil. 5, 34 6 od. 16, 34

---

1 amforam *M* Coruino: uino *M* 4 Lucilianum *Pauly:* luciliane *M*, Lucili: a ne da *Zangemeister* 6 lęstrigonia bachus in amfora *M* 9 narratus *M* 11 horrendus *M* 12 lęne *M* 16 fidutiam *M* 18 uiolentiam *M* 19 *hoc schol. post insequens positum est in M* 22 amfora *M* 25 renesque *M* 30 nemerumque *M*

annis se sacrificaturum repromittit. 2 quae laborantes utero puellas ter uocata audis. secundum Graecorum opinionem, qui parientibus Dianam adesse dicunt, quam ideo Lucinam appellamus, quod lucem nascentibus tribuat. 4 diua triformis cur dicatur, notum est, quia scilicet eadem existimatur Luna, Diana, Proserpina.

## ODE 3, 23.

Caelo supinas si tuleris manus. hac ᾠδῇ quandam Phidylen adloquitur dicens ei deos puris manibus et bona conscientia colendos esse. supinas id est: subplices ut Uergilius: Tendoque supinas Ad caelum cum uoce manus. 8 pomifero anno pro pomifera parte anni id est tempore autumnali, quod est graue ac pestilens. 9 nam quae niuali pascitur Algido deuota. dicit aliud conuenire pontificibus, aliud qui priuatos suos lares orant. illos enim hostias magnas diis immolare debere, hos autem myrto et marino rore contentos esse debere. nam quae niuali pascitur Algido deuota quercus inter et ilices. deuota autem absolute dicitur et significat diis destinatam. ordo est autem niuali pascitur Algido inter quercus et ilices. 15 coronantem marino rore deos. marinum rorem hodieque in Italia uirgultum quoddam appellant. 17 inmunis aram si tetigit manus. subaudiendum extrinsecus 'scelerum' aut quid tale, quia 'inmunem scelerum' manum uult intellegi id est a sceleribus puram, quam dicit blandiorem diis esse farre et granis salis sacrificantem, quam si sumptuosa hostia sacrificet. 18 non sumptuosa blan-

12 Aen. 3, 176

6 exıstımatur, e *supra* a *scripta a m. rec.*, *M* 7 Lucina ς 10 fıdylen *M* 13 pomıfer *M* 21 autem *post* deuota *om.* ς, *sed lemma delendum uidetur* 24 coronante *M* 25 hodıaeque *M*

dior hostia. non nominatiui casus sunt 'sumptuosa' et 'hostia', quia sensus est: non blandior diis sumptuosa hostia per sacrificium, quam manus, quae innocens farre et saliente mica sacrificat. salientem autem micam salis granum intellege, quod saliat, cum in ignem missum sit.

## ODE 3, 24.

Intactis opulentior thesauris. hac ᾠδῇ generaliter inuehitur in luxuriam [omnem] omnia profanantem et aedificiis nouis non terram tantum, uerum etiam maria occupantem. 5 si figit adamantinos summis uerticibus dira necessitas. necessitatem hic pro morte posuit. sensus autem: quamuis multa ampla possideas, non tamen sincera uoluptate his frui potes, quippe cum necessitate mortis te obstrictum esse scias, nec possis inde te ullo remedio aut praemio redimere. adamantinos autem clauos pro necessitate mortis, quae dura est et inmutabilis, non mala conceptione dictum est. 9 campestres melius Scythae. campestres Scythae, quod in campis sine tectis uiuant, dicti sunt; de quibus et Sallustius sic ait Scythae nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt. 11 et rigidi Getae. Getae Thraces sunt; quos rigidos dixit propter frigora regionum earum. 12 inmetata quibus iugera liberas fruges et Cererem ferunt. inmetata id est: interminata. commune autem inter se barbaris solum eorum esse omnibus notum est. 14 nec cultura placet longior annua. hoc est: nec plus colunt, quam unde unius anni fructum percipiant. 15 defunctumque laboribus aequali recreat sorte uicarius. uicem inter se laborandi

---

22 frag. 3, 47 (Kritz)

---

1 non *om.* ϛ  8 opulentor *M*  14 uoluntate *M* ϛ  21 tectı *M*  22 scydę *M*  23 gaete *M*  26 c&erem ferant *M*  32 recıteat *M*

praestare barbaros ostendit. 22 et metuens alterius uiri. subaudiendum extrinsecus 'concubitum'.

24 et peccare nefas aut pretium est mori hoc est: peccare nefas uidetur aut qui peccauerit, morte poenas luit. 25 o quisquis uolet inpias. non recte a superiore ᾠδῇ haec separata sunt, cum inde pendeant et illis adnexa sint. 27 si quaeret pater urbium subscribi statuis id est: si uult gratiam apud ciues suos collocare, per quam mereatur, ut publice statuae ponantur et in titulo earum 'pater urbium' adscribatur. 30 quatenus heu nefas uirtutem incolumem odimus. sublatam ex oculis quaerimus inuidi. quî bonos uiros incolumes oderimus et iam mortuos *non* oderimus, ipse ostendit inferendo 'inuidi'. re uera enim per inuidiam fit, ut boni uiri dum uiuant osi sint. 33 quid tristes querimoniae. *ordo est: quid tristes querimoniae* proficiunt. sensus est autem: quid prodest nos de malis moribus conqueri, si non culpae licentia paena conpescitur? 35 quid leges. sensus est: uanae sunt leges, si non obseruentur a moribus. 36 si neque feruidis pars inclusa caloribus id est: si nihil potest obstare cupiditatibus, per quas non tantum leges inrumpuntur, uerum etiam ipsa natura expugnatur adeuntibus lucri causa paene iam inhabitabiles orbis terrae regiones. 38 nec Boreae finitimum latus. quo modo 'finitimum latus Boreae' dicitur Australi nominato, cum inter se haec longinqua ac toto medio orbe diuisa sint? numquid et huic elocutioni subtiliorem intellectum adhibemus, ut 'nec' particulam bis accipiamus, semel sic intellegentes 'nec finitimum Boreae latus', iterum simpliciter 'nec Boreae finitimum latus durataeque .. niues mercatorem abigunt. 42 magnum pauperies ob-

---

10 publice *nos*: publicae *M* 11 quam tenus *M* 14 sed iam? non *addidi* 15 inuidi. re uera *nos:* inuidere. Uere *M* 25 hominibus adeuntibus ς 28 ac *nos:* haec *M* et ς 34 adigunt *M*

probrium iubet quiduis et facere et pati. ex quo coepit, inquit, paupertas probrosa esse et crimini dari, per omne nefas diuitiae quaeri coeperunt. 44 uirtutisque uiam deserit: obprobrium scilicet paupertatis uiam deserit *uirtutis*. 50 scelerum si *bene*. pro 'ualde' positum, ut apud Ennium frequenter. 52 et tenerae nimis mentes. utrum puerorum mentes teneras nimis dicit easque formandas ad asperiora studia, an uero luxuriosorum mentes teneras appellat, quas uult abiectis gemmis et auro formari ad asperiora studia? 54 nescit equo rudis haerere ingenuus puer. irascitur Romanos omisso militaris exercitii studio ad Graecos ineptos luxuriososque lusus transisse. 59 cum periura patris fides consortem socium fallat et hospitem. non est, inquit, mirum augeri cotidie censum unicuique priuatorum, cum omnes scelere grassentur in hospitem in socium in consortem adquirendi studio. et tamen non multum hoc his prodest, quia indigno heredi haec relicturi sunt, qui corruptus luxuria seruare scilicet haec non possit. 63 tamen curtae nescio quid semper abest rei. hoc ad ipsam auaritiae naturam refertur, cui dum nihil † extet semper uidetur deesse.

ODE 3, 25.

Quo me Bacche rapis tui plenum. hac ᾠδῇ inuocat Liberum patrem petens ab eo, ut se in secreta aliqua nemorum suorum ducat, ubi numine eius mentem instinctus Caesaris Augusti laudes canat; per quae uidetur allegoricos significare non sufficere spiritum suum laudibus Augusti sine Liberi numine.

---

6 cf. Vahlen ad Ann. 30

---

4 *lemma u. 44 post sch. u. 44 legitur in M; transposui et* uirtutis *addidi* 8 dicit easque *Meiser:* digitisq; *M* 14 luxoriososq; lusos *M* 16 cotidiae *M* 20 relicturi sunt ς: relicturus sit *M* 23 sat est?, desit ς 26 bacchae *M* 29 caesari *et* canit *M*

nam et ipse musicus deus † est adhibetur. 3 quibus antris egregii Caesaris audiar aeternum meditans decus stellis inserere. 'quibus' graui sono pronuntiandum. est enim subiunctiua particula 'quae'. praeposito enim quos agor in specus subiunxit quibus antris egregii Caesaris audiar; in quo et ἐπεξήγησις figura adnotanda, quia praedicto 'specus' 'antra' subiecit, hoc est, qui specus antra sunt. 5 aeternum meditans decus. consecrationem dicit. 7 dicam insigne recens adhuc indictum ore alio. per haec primum se lyrica tangere significat. 10 Hebrum prospiciens. Hebrus est Thraciae fluuius, Rhodope mons Thraciae. 12 quam mihi deuio. deuium est a uia remotum, ac per hoc, in siluis ac solitudinibus agentem. diximus autem haec allegoricos dici, quia per ea intellegi uult se inusitatum Romanis carmen tractare. 14 o Naiadum potens Baccharumque ualentium proceras manibus uertere fraxinos. uult intellegi tantas uires cultricibus Liberi patris instinctu numinis eius esse, ut etiam proceras arbores radicitus possint uertere. 18 nihil mortale loquar. subaudiendum: si me in tuos specus ac secreta nemorum duxeris. 20 cingentem uiridi tempora pampino. utrum sibi tantum ea cingentem, an quoscumque numine suo conplere dignatur?

## ODE 3, 26.

Uixi puellis nuper idoneus. hac ᾠδῇ uidetur iam renuntiare carminibus et lyram consecrare et amare desinere. 2 et militaui non sine gloria. allegoricos militiam nunc amorem uocat. 3 defun-

---

1 est: esse? 5 quıs augor *M* 7 ΕΦΕΞhΓΗCIC *M* praedicto *nos:* praedıctus *M* 8 ıntra *M bis* 10 *lemma et scholion u. 7 usque ad* lyrica *bis scripta sunt in M* 13 trhatıę *(bis) et* rodope *M* 14 est: ait? 19 fraxınus *M* 20 ultrıcıbus *M* ınstınctum *M* 23 tuo *M* 28 uıx ın *M*

ctumque bello barbiton. perseuerat in allegoria 'defunctum bello barbiton' dicendo, significans amores suos se barbito cecinisse, quod est organi genus. 5 laeuum marinae qui Ueneris latus custodit. consecratum Ueneri barbiton se suspendere in templo eius dicit in parietem sinistrum. 6 hic hic ponite lucida funalia et uectes et arcus oppositis foribus minacis. haec instrumenta amoris intellegi uult. 9 et Memphim carentem Sithonia niue. Memphis in Aegypto ciuitas est, quam merito carere niue dicit, quia in Aegypto numquam est nix; adeo calidi aeris est. Sithonii autem Thraces sunt, ubi nix multa est; unde *κατ' ἐξοχὴν* Sithoniam niuem dixit. 11 sublimi flagello tange Chloen semel adrogantem. sublimi flagello: id est: in altum subleuato. hoc enim fit, cum quis uehementius uelit percutere. uult autem Chloen, quod sit adrogans et superba amantibus, percuti uel una amoris plaga *a* Uenere.

## ODE 3, 27.

Impios parrae recinentis omen ducat. amatam peregre proficiscentem dimittens inuitus, ne malis auspiciis exeat timens optat, impii potius quam ipsa auspicio parrae auis et ceterorum quae subicit proficiscantur. 3 raua lupa a colore dicitur. 5 rumpit et serpens iter institutum. ait: si in transuersam uiam impios ducat, non impios reuocet, hoc est, pii si serpens transit iter inhibent. 7 terruit mannos. manni equi dicuntur pusilli, quos uulgo burichos uocant. nam et hoc ad omen dicit pertinere, quod manni terreantur. 9 antequam

---

1, 2, 5 barbıtton *et* 3 barbıtto *M* 4 marın eque *M* 6 parıaf&em *M* 7 ponite: p. *M* uestes *M* 9 memfim *M* 10 memfıs . . aegıpto *bis M* 12 adeo *nos:* ıdeo *M* sıthonı *M* 15 flagellı ıd *M* 16 alto *M* 21 cınentıs *M* 23 optat ut ς ıpsı auspıtıo *M* 24 c&erarum *et* proficıscatur *M* 25 raua: ruba *M* 27 reucat, o *et* e *s. l. M* 28 pii si . . inhibent *nos:* pıus . . ınhıbere *M*

stantis repetat paludes imbrium diuina auis inminentum oscinem coruum: cornix antequam repetat paludem; quam imbrium inminentum diuinam ait, quia pluuiam futuram significare soleat, quod etiam Uergilius ostendit Tum cornix plena pluuiam uocat inproba uoce. 'antequam . . repetat paludes' autem non ad anni tempus pertinet, sed ad diei. 11 oscinem coruum. prece mea oscinem [et] coruum inuocabo, inquit. 17 sed uides quanto trepidet tumultu pronus Orion. decenter pericula nauigationis ostendit, quibus illam retineat; nam reuocare non audet. in occasum autem pronus Orion intellegendus; nam tunc magis tempestates mouentur. 23 et trementes uerbere ripas. uerbere fluctuum aut uentorum. 25 sic et Europe niueum doloso credidit tauro latus. sic: hoc est: dum eam blandus in mare placidum Iuppiter inducit. haec autem conparatio Iapygi uento confertur, qui incipit placidus, mox in tempestates concitatur.

27 mediasque fraudes palluit audax. ad ludum audax, non tunc cum palluit. 31 nocte sublustri. pro sublucida. 34 pater o relictum filiae nomen. Europae ingemescentis uerba sunt, et 'filiae relictum' pro 'a filia relictum'. 36 uicta furore: nunc errore mentis uel amore. 37 leuis una mors est uirginum culpae. quanto minus peccare uirgo debet, eo in peccatis digna maiore supplicio est. 38 uigilansne ploro. bene; tam enim incredibile factum est, ut uideatur [et hoc] potius simile somnio. 40 ludit imago. imago pro somnio

5 Georg. 1, 388

2 ınmınentem *M* 3 ınmınentum, u *ex* e *corr.*, *M* 7 palules palules *M*, *alterum deleuit Pauly* 8 prece mea *nos:* pra&erea *M* 9 oscıuē, n *s. l.*, *M* 10 quantum . . um uultu *M* 15 europae . . dolose *M* 17 eum plandus *M* 21 nonnuc *M* 26 culpa *M* 27 supplıtıo *M* 28 tam enim *nos:* tamen *M* 29 & hoc *deleui cf. sch. u. 40* 30 ludit: uadıt *M*

dicitur. et est sensus: *an* sine uitio sum et hoc potius somnio. 41 quae porta fugiens eburna. Uergilianum est:
Altera candenti perfecta nitens elephanto
Sed uana ad caelum mittunt insomnia manes.

49 inpudens liqui patrios penates. inpudens Orcum moror o deorum: *eadem* inpudentia uiuo, qua patriam reliqui. 55 speciosa quaero pascere tigres. *γυναικείως* sollicita est, ne desinat esse speciosa, quae desiderat, quam primum perire, dum pulcritudo sua secum sit. 57 uilis Europe, pater urget absens. dubium non est, inquit, *quin pater,* qui in metu est, absentem uilem existimet et appellet, credens me amantem persecutam. et ideo moriendum est, ut probrorum horum obliuiscar. 58 potes hac ab orno pendulum zona bene te secuta: quae adiutura sit mortis consilium. 66 aderat querenti perfidum ridens. et perpetuum [antepositum numen] epitheton est Ueneris et ad praesentiam pertinet. ridet enim, et quod eam imago iuuenci deceperit et quod illa irascatur, quasi uere a pecore decepta sit. 69 mox ubi lusit satis: postquam diu passa est illam ignaram felicitatis de casu suo conqueri. 71 laceranda reddet cornua taurus. ne laceres eum, inquit, cum se tibi rursus obtulerit. 73 uxor inuicti Iouis esse nescis. ambiguum, utrum hoc dicat 'nescis te coniugem Iouis esse' an uero 'nescis te gerere coniugem Iouis', ut si dicat 'nescis esse consul'. 75 tua sectus orbis

---

4 Aen. 6, 895

---

1 an *ex Acr. addidi* 4 cadenti . . elefanto *M* 5 uana: falsa *Uergilii codd.* 7 moror ō adeor. *M* 8 spetiosa quaere *M* 9 gynetios *M* 10 spetiosa *M* 11 europae *M* 13 quin pater *addidi et* est *scripsi:* m&ues *M,* quin me pater abs. ς 15 probrorum *nos:* priorum *M* 16 zonae uene *M* 19 antepositum numen (= nomen) *interpretationem uerbi* epitheton *deleui* 23 ignoram *M* 25 nec *M* 29 dicas ς

nomina ducet id est, diuisus, quia ab huius nomine pars orbis Europa appellata est.

## ODE 3, 28.

Festo quid potius die. Neptunaliorum diem significans esse ait: quae res est, quam potius debeam facere quam uinum promere Neptunalibus. 4 munitaeque adhibe uim sapientiae. munita sapientia bene dicitur, quae scilicet nulli fortunae subiecta est. Graeci autem aiunt uim sapientiae adhiberi per uinum. 5 inclinare meridiem sentis: in occasum scilicet diem inclinare. 8 cessantem Bibuli consulis amphoram, id est, in horreo cessantem et quasi residentem; Bibuli consulis autem eo anno, quo Bibulus consulatum gessit, natam. 13 summo carmine quae Cnidon fulgentisque tenet Cycladas id est: in consummatione carminis Uenerem cantabimus. 15 iunctis uisit oloribus: quae oloribus id est cycnis iniunctis uecta reuisit Cnidum Cycladas Paphum. 16 dicetur merita nox quoque nenia. *nenia* carmen est, quod in mortuos cantatur. sed bene hoc carmen etiam nocti adcommodat propter tenebras et somnum, quae morti sunt proxima.

## ODE 3, 29.

Tyrrhena regum progenies. simile illi est in hac ᾠδῇ principium Maecenas atauis edite regibus, et cur sic eum appellat, ibi diximus. inuitat autem nunc Maecenatem ad epulas, cui destinatam uini amphoram et inlibatam iam apud se esse dixit. 6 ne semper udum Tibur et Aesulae de-

---

26 Od. I, 1, 1

---

1 ducit *M* quasi (ua *in ras.*) ad husus *M* 11 diae *M* 12 amforam *M* in honorem *M* 13 residientem *M* 17 uisset *M* 19 cycladam pafum *M* dec&ur *M* 25 est in hac *nos:* est Hac, i *a m. 2 interposita,* *M* 27 appellet ς 28 aepulas . . amforam *M* 30 aefulę *M*

cliue contempleris aruum et Telegoni iuga parricidae. turrim Maecenas dixitur in hortis suis extruxisse, unde haec omnia prospectabat. 8 et Telegoni iuga parricidae. Tusculum significat, quod dicitur Telegonus Circes filius condidisse, qui per ignorantiam patrem suum Ulixen occidit. 10 molem propinquam nubibus arduis. turrim dicit. 16 sollicitam explicuere frontem id est: tristem exhilarauere. 17 iam clarus occultum Andromedae pater. Cepheus scilicet, qui inter sidera receptus est. 18 iam Procyon furit. stella est, quae ante Caniculam oritur. 19 et stella uesani Leonis. stellam pro toto signo dixit, in quo solem necesse est esse mense Augusto, quod est feruentissimum anni tempus. 25 tu ciuitatem quis deceat status curas. apparet illo tempore Urbis praefectum fuisse Maecenatem. 28 Tanaisque discors. Tanais flumen est influens Maeotiis paludibus, et inde in Pontum. discors autem dictus, quod discernat Europam et Asiam, nisi forte ad incolas eius referamus hoc epitheton, qui inter se — namque sunt ferocissimi barbari — discordant. 31 ridetque si mortalis ultra fas trepidet: quoniam scilicet nefas est inquirere futura, quae diui nescire nos uoluerunt. 32 quod adest memento componere aequos id est: praesentibus fruere et ea quae adsunt aequa mente compone. 34 nunc medio alueo cum pace delabentis Etruscum in mare nunc lapides adesos. uarietatem et uices uitae humanae, quem ad modum quieta ac laeta est, modo aduersis casibus inquieta ac turbulenta, per allegoriam describit. 42 cui licet in diem dixisse uixi. perseuerat persuadere praesentia commoda tantum amplectenda, de futuris non esse cogitandum. 45 non tamen inritum quodcumque retro est efficiet: id est:

---

1 arbum *M* 2 turrym *M* 7 propınquāt *M* 9 andromaede *M* 10 cefeus *M* 12 uefanı *M* 27 paee . . aetruscum *M* 29 uarıa&atem *M* 30 est modo modo ϛ

non potest commodum uitae, quod iam percepi, infringere. 50 ludum insolentem ludere pertinax. ueteribus usitatum elocutionis genus ‘ludum ludere’ sicut ‘uitam uiuere’ et ‘seruitutem seruire’ et multa similiter. 51 transmutat incertos honores. utrum transmutando incertos facit, an, quia incerti sunt, ideo transmutare eos potest? 54 resigno quae dedit. resigno id est: reddo. et mea uirtute me inuoluo. diserte, id est, mea uirtute me munio nihil ab illa timens aut desiderans, contentus sola probitate et bona conscientia. 56 sine dote id est: sine opibus. 57 non est meum si mugiat Africis malus procellis. nec uitae nec propositi mei est, inquit, *timere* aduersa, quia nec periculis me quaestus causa committo nec plura quam habeo desidero. 60 ne Cypriae Tyriaeque merces addant auaro diuitias mari: quasi iam mare habeat diuitias obruendo naues cum rebus pretiosissimis. 62 tunc me biremis praesidio scaphae tutum per Aegeos tumultus aura feret geminusque Pollux. tunc, cum maxime saeuit tempestas, inquit, ego tutus nauigo praesidio scaphae. sed per haec allegoricos significat se tutum securumque uiuere, quia non quaerat diuitias, quas non desideret. 64 geminusque Pollux: quia horum sidera cum se ostendunt laborantibus nautis praebent spem salutis.

ODE 3, 30.

Exegi monumentum aere perennius. haec ᾠδή, qua tertius liber consummatur, in ipsius auctoris laudes scripta est. 2 regalique . . pyramidum altius. Pyramides regum Aegyptiorum sepulchra sunt adeo ingenti mole saxorum in mediis harenis

---

1 potes *M* percepi *nos:* percepıt *M* 7 potest *nos:* put& *M* 14 timere *ex Acr. additum* 16 nec . . syrıaeque *M* 18 pra&ıosıssımıs *M* 19 scafae *M* 20 tumultos *M* 22 scafae *M* 28 hac *M* 29 comsummatur *et* scrıbta *M* 30 *hoc schol. post insequens posuit M* 31 aegıptıorum *et* aegıpto *M*

Aegypti structa, ut inter septem miracula habeantur. 3 non aquilo inpotens pro 'ualde potens'. 7 usque ego postera crescam laude recens. eleganter, quia semper sunt, quibus haec elocutio noua sit et laudetur. 8 dum Capitolium scandet cum tacita uirgine pontifex. tale est illud Uergilianum: Dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum Accolet. 10 Aufidus, flumen Apuliae, in qua Horatius natus est. 11 et qua pauper aquae Daunus agrestium regnauit populorum. Daunus in Apulia regnauit, a cuius nomine fluuius appellatus est; qui pauper aquae dicitur, quia Apulia siticulosa est ob nimios calores. 11 agrestium regnauit populorum. adnotanda elocutio per genetiuum figurata. 12 ex humili potens. gloriatur libertino patre natum se ad tantam claritatem studiorum peruenisse. 13 Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos. Aeolide dialecto Alcaeus lyricus poeta usus est. testatur ergo se Horatius Graeci carminis modulationes primum in Latinam linguam contulisse. 14 sume superbiam quaesitam meritis. ad Musam dicit, ac per hoc, ad studium suum. adroga, inquit, tibi gloriam ubertate ingenii quaesitam. 15 quaesitam meritis et mihi Delphica lauro cinge uolens Melpomene comam. Delphica laurus dicitur, quia Apollini grata est, qui Delphicus appellatur ab urbe Delphis, quae est sub Parnasso monte, ubi oraculum eius est.

---

7 Aen. 9, 448

---

5 cand& *M* 7 cum *et* capıtolı *M* 9 oratıus *M* 18 aeolıdae *M* 19 oratıus *M* 21 *hoc schol. ultimum est in M* 23 ubertate *nos:* lıbertate *M* 25 delfica *bis*, appollını, delfıcus, delfıs *M* 25 cıngere *M* 28 pernasso, e *in* a *corr.*, *M* POMPONI PORFYRIONIS COMENTARIORVM LIB. III· EXPLICIT· INCIPIT LIBER· IIII.

# ODARUM LIBER IV.

Intermissa Uenus diu. post consummatos editosque tres carminum libros maximo interuallo hunc quartum scribere conpulsus esse dicitur ab Augusto, ut Neronis priuigni eius uictoriam de Raetis Uindelicis quaesitam inlustraret, quae in hoc libro ea ode continentur, quae sic incipit Qualem ministrum fulminis alitem. intermissa Uenus diu rursus bella moues. in superiore libro ostendimus allegoricos bella et militiam Ueneris Horatium pro amoribus dicere. 4 sub regno Cinarae. per ea significat Cinaram se amasse. et hoc autem allegoricos quod ait ‘sub regno Cinarae’ quasi ‘sub dominio’. sed ut dignitatem formae eius ostenderet, reginam sibi fuisse ait. 6 circa lustra decem. prope annos quinquaginta aetatis iam se dicit agere. 6 flectere mollibus iam durum. *ἀντίϑετον.* mollibus enim durum obposuit. mollia autem Ueneris imperia dicit, quasi ludicra ac delicata sint, se autem durum ait, quasi iam indomabilem propter aetatem. nam et hoc translatiue dicitur a pecoribus, *quibus* cum iam aetate duris iuga ac frena adhibentur, perdomari non possunt. 9 tempestiuius in domum Pauli purpureis ales oloribus. Fabius Maximus Paulus fuit nobilis et disertus adulescens, cui uenerios lusus nunc cur maxime conuenire dicat, ipse ostendit subiciendo namque nobilis et decens et pro sollicitis non ta-

---

7 Od. 4, 4    9 Od. 3, 26, 2

---

2 pos, *m. 2 addidit* t, *M*    5 r&ııs ındelıtııs *M*    6 ea ode *Pauly:* eadē *M*    7 flumınıs *M*    11 cınyrae *M*    per ea sig. *nos:* praesıgnıficat *M* praesıgnıficat cynaıram *m. 2 antiquissima in marg. adscripsit.*    13 cynayrae *M*    16 mollıtıam durum *M*    18 mollıtıa *M*    21 a: e *M*    quibus *ex Acr. additum*    a&atıs *M*    23 alıs *M*    25 cur *Acro:* cum *M*

citus reis. 10 oloribus *purpureis oloribus* quomodo dicitur, cum albi sint potius? sed sic purpureum pro pulcro dicere poetae adsuerunt et Uergilius: Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo et alibi In mare purpureum uiolentior effluit amnis. 14 et pro sollicitis non tacitus reis. causidicum oratorem esse ostendit Paulum. 15 et centum puer artium. utique bonarum hic artium accipiendum. 17 et quandoque potentior largi muneribus riserit aemuli. quandoque pro quandocumque positum est. et est sensus: quandocumque apud puellam potior riuale suo fuerit, quamuis ille muneribus commendare se ei conatus sit. 20 ponet marmoream sub trabe citrea id est: marmoreum signum tibi et templum decorum statuet. 29 me nec femina nec puer iam. dicit, quod iam sit aetate declinata, non sperare posse fieri, ut mutuo ametur. 33 sed cur, heu Ligurine, cur manat rara meas lacrima per genas. iucundissime ostendit uelle se excusare a lusibus iam ueneriis, *sed* recordatione Ligurini, quem adhuc diligit, lacrimas sibi decidisse et inpeditam linguam, quominus perferre posset ipsam excusationem. 35 cur facunda. cur, inquit, lingua mea alioquin facunda subito in medio sermone obmutuit, ne perferre possem, quod coeperam dicere. 37 nocturnis ego somniis iam captum teneo iam uolucrem sequor. dicit se Ligurinum ex desiderio semper somniare et, ut fit errore quodam mentis, imaginari, quasi, cum diu quaesitum tandem inuenerit, in alitem uersum ex ipsis manibus amitteret.

---

3 Georg. 1, 405 et 4, 373.

---

1 purpureis oloribus *addidi* 13 marmorea *M* 18 mea *M* 20 sed *addidi* lygırını *M* 21 dıcıdısse *M* 22 *et* 25 proferre ς 23 excussatıonem *M* 24 obmuıt *M* 26 somnıs *M* 27 lygırınum *M* ex: & *M* 28 quoddam *M* 30 ipsius ς amitteret *nos:* amıttere *M*

ODE 4, 2.

Pindarum quisquis studet aemulari. haec ᾠδὴ ad Antonium Iulum Marci Antonii triumuiri filium scribitur, continens laudes Pindari lyrici poetae. 2 caeratis . . Daedalea nititur pinnis id est: altiora quam possit expedire conatus decipietur, quem ad modum Icarus Daedali manibus factis pinnis. 3 uitreo daturus nomina ponto, quia ab Icaro mare, in quod decidit, Icarium appellatur. uitreo autem ponto id est: uitrei coloris. 10 seu per audaces noua dithyrambos. *audaces dithyrambos* ait, quod plurimum sibi Pindarus hic permittat. nam et maximo spiritu nouas historias hoc metro canit. noua autem uerba aut admirabilia aut ab ipso Pindaro facta esse accipe. 11 numerisque fertur lege solutis. ideo quia plerumque ad uoluptatem suam quisque lyricus poeta metrum sibi fingit *ita* tamen, ut quem sibi ipso initio ᾠδῆς statuit ordinem necesse habeat ad finem usque custodire. 17 siue quos Elea domum reducit palma caelestis. utrum Castorem ac Pollucem significat an generaliter quicumque ex certamine sacrorum agonum uictoriam reportauerint? 19 et centum potiore signis munere donat. dicit magis illum honore inlustrari, quem Pindarus carmine suo celebrem fecit, quam si centum statuis publice honoretur. 21 flebili sponsae iuuenemue raptum plorat. aut si, inquit, flebile carmen scribit de adulescente aliquo, cuius morte sponsa decepta sit; quem inferis subducit atque inmortalem facit laudando animum moresque eius

---

3 ıulıum *M* 4 pyndarı *M* 5 *ut in lemmate* ope, *sic saepius litterae in his foliis situ quodam euanuerunt, quas non omnes memorabo* 6 decıpıa&ur *M* 8 uıtrea dadurus *M* 9 in quod decidit *nos:* ınquıđ dıcıtı *M* ıcarum *M* uıtro *M* 11 *haec addidi* 12 quod: quıd *M* pyndarus *M* 13 *et* nouas? 15 numerıque *M* 18 ipse ς ωΔΗ *M* 21 ac *nos:* an *M* 23 reportauerınt (*sed* rınt *in corr.*) *M* 25 pyndarus *M* 26 buplıcae *M* sponsem *M*

atque uirtutem. 25 multa Dircaeum leuat aura cycnum. Dircaeum Pindarum dicit, quia Thebanus fuit, a fonte Boeotiae Dirce, qui est Thebis proximus. cycnum autem eundem appellat a suauitate carminum, quia et cycni canori esse dicuntur. 25 leuat aura id est: sublimem facit. 27 Matinae. Matinus mons Calabriae. 27 ego apis Matinae more modoque. ut Pindarum propter sublimitatem et suauitatem carminis cycno comparauit, ita se api. per quod significat parua quidem et humilia se scribere, sed subtilia ac dulcia. 33 concines maiore poeta plectro. Concedit Antonio Iulo, ut ipse potius triumphos Caesaris scribat, cum sit robustior in carminis spiritu. hoc enim significat dicens maiore plectro. 35 per sacrum cliuum id est: per uiam sacram; hac enim triumphantes in Capitolium ibant. 37 quo nihil maius meliusue terris fata donauere: Caesare scilicet. 42 publicum ludum: id est: publicum gaudium. 42 super impetrato fortis Augusti reditu. apparet Caesarem de reditu suo Romam litteras misisse. sed gratus sensus. sic enim se habet, ut intellegas populum Romanum, ut fit, publicis adclamationibus desiderasse diu reditum Augusti. 45 tum meae si quid loquar audiendum. spondet se quoque carmine aliquo laudes in Caesarem dicturum. sed † chaenebreuis uersus ЄITIXIPЄ] in eo quod intulerit si quid loquar audiendum. 47 pulcher o laudande canam recepto Caesare felix: ego felix recepto Caesare canam. 49 tuque dum procedis io triumphe. ad ipsum triumphum conuersus haec dicit. 50 non semel dicemus io triumphe ciuitas omnis. nota figura est, ut: Pars in frusta

---

32 Uerg. Aen. 1, 212. Ilias. 2, 278

---

1 discaeum *M bis* 2 pyndarum *M* 3 boeotia disce *M* 8 pyndarum *et* suatem (ui *a m. 2. s. l.*) *M* 12 iulio *M* 13 robustiori *Hauthal* 15 haec *et* triumfantes *M* 17 caesarem *M* 18 nudum *M* 21 misise *M* 26 επιχιϱε *uulgo legunt* 31 triumphae *M* 32 frustra *M*

secant et Ὡς φάσαν ἡ πληθύς, hoc est, ut dicebant plures. 53 te decem tauri. hoc ad Iulum dicit. 54 me tener soluet uitulus. soluet debito scilicet uoti suscepti. 57 fronte curuatos imitatus ignis tertium lunae referentis ortum. uitulum, quo uotum soluturus sit, dicit cornua habere tertiae lunae comparabilia id est: adhuc parua. 59 qua notam duxit niueus uideri cetera fuluus. diserta et elegans elocutio. significat autem uitulum hunc albam frontem tantum habere, in cetero corpore fuluum id est rufum esse.

## ODE 4, 3.

Quem tu Melpomene semel nascentem placido lumine uideris. hac ᾠδῇ adfirmat studio poeticae deditum nulli posse alii rei uacare. deinde deorum subiungit laudes. 5 curru ducet Achaico id est: quadrigali certamine. 6 Deliis foliis id est: laurea corona. 10 sed quae Tibur aquae fertile praefluunt. proprie hoc ad secessum suum referens dicit Horatius. Tiburi enim fere otium suum conterebat ibique carmina conscribebat. Aeolio carmine autem ita dictum accipe, ut si diceret 'lyrico carmine', quia quidam lyrici ut Alcaeus Aeolide magis dialecto usi sunt. 13 Romae principis urbium dignatur suboles inter amabiles uatum ponere me choros. subolem principis urbium Nerones uult intellegi, quos Augustus priuignos alioqui ut suos loco filiorum diligebat. 16 et iam dente minus mordeor inuido. hoc intellegi uult de se, quod ait Sallustius: Gloria inuidiam uicisti. 17 o te-

---

30 Iug. 10, 2

---

2 ulum *M* 4 fronde curuatus . . testium lucernae . . orcum *M* comporabilia *M* 10 c&eris *M* 11 rumfum *M* 14 numine *M* studium *M* 19 propriae *et* saecessum *M* 21 conterebat *nos:* conferebat *M* 23 alceus aeolidae *M* 26 neronem *M* 27 augusti *M* alioquin suos ς

studinis aureae dulcem *quae* strepitum Pieri temperas: o Pieri, quae dulcem strepitum testudinis temperas. 23 Romanae fidicen lyrae id est: lyricus poeta. 24 si placeo. ἐπιεικῶς si placeo intulit, et subaudiendum extrinsecus 'tamen', ut sit 'si tamen placeo'.

ODE 4, 4.

Haec ᾠδὴ ad Drusum. qualem ministrum fulminis alitem. haec est ecloga, propter quam, ut supra ostendimus, totus hic liber conpositus est. scripta est ergo in Neronem Drusum priuignum et successorem Augusti, qui Raetos Uindelicos bello uicit. de imperio autem principis huius duplicem facit comparationem. nam Drusum ait tanto uigore atque impetu hostes Uindelicos inuasisse, quanta ui soleat aquila in rapinam inruere, primum ouium mox corroborato uigore etiam draconum; ipsos autem hostes ita conterritos esse ui belligerantis Drusi, ut capream uisu leonis in se inruentis. 18 quibus mos unde deductus per omne tempus amazonia securi dextras obarmet quaerere distuli. hi Uindelici sedibus ab Amazonibus eiecti et ex Thracia in exilium se contulisse Alpiumque loca insedisse dicuntur et, quod potentissima in se tela secures Amazonum experti fuissent, ipsos quoque usum earum in bello accepisse. 22 nec scire fas est omnia. sensus est: fas est non omnia scire, id est: licet aliquid ignorare. 24 consiliis iuuenis repressae. eo pertinet, quod 'late uictrices' dixerat. 25 quid indoles nutrita faustis sub penetralibus. quia non potest Drusum laudare nunc ut filium Augusti, [et] ab eo educatum institutumque dicit. 27 quid Augusti paternus in pueros animus Nerones.

---

2 o Pıerı . . temperas *in marg. m. 2. add. in M* 4 epıcos *M* 9 egloga *M* 11 scrıbta 12 rethos uındelıcıs . . uıcıs *M* 18 ui *comm. Cruq.:* de *M* 21 dextra subarm& *M* 24 potentıssımum *M* expertes *M* 25 ipsi? 26 nescıre *M* 28 repraesse *M* 33 neronıs *M*

duo fuerant Nerones priuigni Augusti, quorum alterum in domo Tiberi Claudi mariti prioris Liuia peperit, alterum in utero ad Augustum adtulit. horum altero in Germania morbo extincto alter adoptatus ab Augusto successor principatus ei fuit uocitatusque est Tiberius Caesar. 31 nec inbellem feroces progenerant aquilae columbam. prouerbialis sententia. 33 doctrina sed uim promouet insitam. insitam: innatam atque ingeneratam. significat ergo uirtutem a parentibus ingenerari, instrui uero doctrinae disciplina. 34 rectique cultus pectora roborant. recti genetiui casus est numeri singularis: huius recti, cultus numeri pluralis casus nominatiui: hi cultus. sensus est autem: colendo rectum pectora conroborantur. et rectum absolute accipe pro aequo ac iusto.

35 utcumque defecere mores indecorant bene nata culpae. utcumque 'quandocumque' significare apud hunc poetam saepe diximus. indecorant autem 'indecora faciunt' ac per hoc 'dedecorant' significat. 36 bene nata absolute dicitur. sensus ergo est: honesta natalium generositasque culpa dedecorantur, nisi digna disciplina haec prosequatur. totum hoc autem propter Augustum dicitur, in cuius domo Nerones uidentur disciplinam uirtutis accepisse.

37 quid debeas o Roma Neronibus testis Metaurum flumen et Hasdrubal. Metaurus amnis Galliae est, iuxta quem Nero consul cum Salinatore collega suo Hasdrubalem Hannibali fratri suo in Italiam magnum exercitum adducentem deuicit caesis supra quinque quadraginta milibus. 38 testis Metaurum flumen. Metaurus dicitur, non Metaurum. sed fluminis nomine hoc figurauit, ut alibi Aut flumen Rhenum aut fluuius describitur arcus et

32 ars poet. 18.

1 fuerunt ς 2 domum *et* lıbıa *M* 7 prouerbıalı *M* 14 colendum *M* 18 sıgnıficat *M* 21 honestas? que *cod. Guelf. in ras.:* qua *M*, *om.* ς 22 dedecoratur ς 24 demo *M* 29 ıtalıa *M* 30 quınqı quadragınta *M* 32 flumıne nome *M*

Sallustius: Nomenque Danubium habet, ut ad Germanorum terras adstringit. 41 qui primus alma risit adorea. *adorea* laus bellica dicitur fortassis, quod adorandi sint, qui laudem ex bello reportant. risit ergo Romanis accipiendum. 46 et impio uastata Poenorum tumultu fana deos habuere rectos. et dii, inquit, quorum templa in Italia a Poenis uiolata sunt, exinde recti esse coeperunt pro Romanis aduersus eos agentes. 51 sectamur ultro quos opimus fallere et effugere est triumphus. ultro, inquit, bello petimus Romanos, quorum manus si effugerimus gaudere debemus, similesque in hoc sumus ceruis, qui lupos ultro insectentur, quos alioqui fugere debeant. 57 duris ut ilex tonsa bipennibus nigrae feraci frondis in Algido. ordo est: ut ilex nigrae [est] frondis in Algido feraci duris bipennibus tonsa. sensus autem hic est: ut ilex, quanto magis securibus caeditur, tanto corroboratur magis ac reuiuescit, ita Romani per damna caedis suae fortiores effecti sunt. nigrae frondis id est uiridis atque umbrosae. 61 non Hydra secto corpore firmior et reliqua. oportuna conparatio, qua Romanos uult intellegi caede sui potentiores fieri. 63 monstrumue submisere Colchi maius Echioniaeue Thebae: ubi armatorum seges exiluit. per haec autem intellegi uult, mirabile esse non deesse Romanos tot tantisque bellorum cladibus acceptis. 67 geretque proelia coniugibus loquenda. utrum 'quae ipsi Romani milites apud coniuges suas ostentent', an 'quae coniuges eorum de maritis suis praedicent'? 70 occi-

---

1 Frag. 3, 55 (Kritz), sed 'ut . . adstringit' omittunt.

---

1 hab . . ut *(plures literae quam* et *euanuisse uidentur) M* 2 germonorum *M* 7 dii: hı *M* 8 aopenıs *M* 13 ınsectemur *et* alıquı *M* 17 bıbennıbus *M* 21 frondes *M* uırıdes *M* atque umb. *nos:* adaımbrosae *M,* et *uel* aut u. ς 23 qua: quı *M,* quia ς potentıore *M* 24 suum mısere colchı magıs &hıronıa ut thębe *M* 30 ostendent *M*

dit occidit spes omnis et fortuna nostri nominis [ab] Hasdrubale interempto. haec re uera frequenter dixisse dicitur Hannibal, cum caput fratris sui Hasdrubalis uidisset, quod Nero de industria adlatum ex Gallia ante castra eius nihil adhuc scientis de hac caede proici iusserat. 73 nihil Claudiae non perficient manus. haec iam poetae uerba sunt, non enim adhuc Hannibalis. 75 et curae sagaces expediunt per acuta belli. *acuta belli* absolute dicuntur ea, quae sunt in bello periculosissima.

## ODE 4, 5.

Diuis orte bonis. haec ᾠδὴ ad Augustum scripta est diutius *in* transmarinis prouinciis morantem, populi ac senatus legationibus missis reditum eius precatum. 6 instar ueris enim uultus ubi tuus adfulsit hoc est: praesentia tua ad instar uernae gratiae exhilarantur omnia. 9 *ut mater . . uocat. ordo est:* ut mater iuuenem cunctantem spatio longius annuo uotis ominibus et precibus uocat. cunctantem autem demorantem significat, ut apud Uergilium: Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Poenorum exspectant. 15 sic desideriis icta fidelibus quaerit patria Caesarem. icta participialiter dicitur et significat 'percussa'. 18 nutrit rura Ceres almaque Faustitas. adnotandum nomen 'Faustitas' sic dictum quasi felicitas aut iucunditas. 22 mos et lex maculosum edomuit nefas. eleganter uidetur eam legem significare quam DE ADULTERIIS COHERCENDIS sancxit. 24 culpam

---

21 Aen. 4, 133

---

3 dıxıse *et* fratrı *M* 6 ıuserat *M* 8 hannıabılıs *M* 13 scrıbta *M* 14 redıtus *M* 19 anno *M* omnıbus *M* 26 fellıcıtas *M* 29 adulterıs *M* adulteris *etiam Pauly. equidem contendo legi Iuliae non* DE ADULTERIIS, *sed* DE ADULTERIIS COHERCENDIS *inscriptum esse. cf. Probum* L. I. D. A. C. = lex Iulia de adulteriis cohercendis *Gr. Lat. ed. Keil III p. 272 et 322 et 344. porro* Inst. I. 4, 18, 4. Dig.

poena premit comes. mire, comes, inquit, culpae poena sua est, id est 'non differetur poena sua delinquentibus', per quod significat nihil gratiose aut neglegenter fieri. 30 et uitem uiduas ducit ad arbores. suauiter [et] uiduas arbores dixit, priusquam uites adiunctas habeant, quia cum habent maritari dicuntur a rusticis. 31 et alteris te mensis adhibet deum id est: secundis mensis. 36 et magni memor Herculis memor beneficiorum eius ac magnitudinis. 39 dicimus uuidi id est: poti atque madidi.

## ODE 4, 6.

Diue quem proles Niobea magnae. haec ᾠδὴ hymnum Apollinis continet, qua commendat ei carmina sua et simul adloquitur pueros puellasque, quos carmen saeculare docet. 3 et Troiae prope uictor altae id est: paene uictor. hoc autem ad illud pertinet, quod dicatur Paris in Achillen sagittam Apolline dirigente tetendisse. 5 ceteris maior tibi miles inpar. tibi inpar Achilles scilicet. 12 *puluere Teucro* pro Teucrio puluere; ergo principali pro possessiuo nomine usus est. sic dicitur Hauriat hunc oculis *ignem* crudelis ab alto Dardanus pro eo quod est: Dardanius. 16 falleret aulam. aulam sine dubio pro toto Ilio positum est; neque enim solum regem fefellerunt Graeci adhibitis insidiis, uerum totum populum. 18 nescios fari pueros id est: infantes *περιφραστικῶς*. 22 adnuisset rebus Aeneae potiore ductos alite muros id est: adnuisset ut me-

22 Verg. Aen. 4, 661

4, 4, 37, 1. 48, 5 rubricam et legem 5. Cod. I. 9, 9, 3. Coll. Leg. Mos. et Rom. 14, 3, 3. 1 culpa poenam *M* 2 culpae poena sua *nos:* culpa poenae suae *M* 5 et *deleui* 6 maritatae *Hauthal e cod. Par.* 13 nıbea *M* 14 hymnıs *M* ei: & *M* 17 poenę *M* 18 dicitur ς appollıne derıgente *M* 21 pro T.: p. r. p. T. *M* 23 pro . . dardanıus *m. antiqua s. li. in M* 26 grecı adhıbıtı *M* 28 adnuıs sed *M bis*

liore alite, hoc est, meliore auspicio Aeneas urbem constitueret. 26 qui Xantho lauis amne crines. 'lauis' ueteres dixisse non 'lauas', et 'lauere' non 'lauare' supra ostendimus. 27 Dauniae defende decus Camenae leuis Agyieu. Dauniae Camenae suae musae dicit Horatius id est sui carminis, si quidem Daunia Apulia est, in cuius finibus natus est.

28 leuis Agyieu. ἀγυιαὶ uiae Graece dicuntur. Uarro autem: quod ex responso oraculi in uiis publicis urbis suae Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerint, Agyieum appellauere. 31 uirginum primae puerique claris patribus orti, Deliae tutela deae id est: qui estis tutela Deliae deae hoc est Dianae; σχῆμα est ἐπεξήγησις. 35 Lesbium seruate pedem id est: Alcaei lyrici ipoetae, qui Lesbius fuit. 35 meique pollicis sctum id est: modulationem lyrici carminis. et ruauiter hoc dicitur, quasi ipse lyram percutiat. 37 Lite Latonae puerum canentes id est: Apollinem datonae filium. 39 celeremque pronos uoluere menses. quia similiter per lunae cursum uidentur empora peragi ut per solis. sed et circa lunam croprie mensis dixit, quia singulis mensibus zodiacum circulum luna pertransit, quem sol toto anno. 41 nupta iam dices: quando fueris iam nupta. 42 [saecula festa] saeculo festas referente luces id est: die saeculari festum referente.

## ODE 4, 7.

Diffugere niues. carmen hoc uerni temporis continet descriptionem. scribitur autem ad Torquatum.

---

1 alıte hoc est melıore alıte hoc *M* 7 quıbus fınıbus *M* 8 ἀgyıęuıa&graece *M* 9 Uarro ait: quod ς (Uarrone teste *Acr. Bφ*), Barro autem quod *M*, porro autem quod *nos* 11 instituerunt *alii, alii* instituerant 12 prımum *M* 14 ЄΦЄΞΗΓΗCΙC *M* 15 leuıum *M* 18 ipse *cod. A Acronis:* ıpsam *M* ς 19 appollınem *M* 22 et *om.* ς 23 propriae *M* 27 die saeculari *Pauly:* dıem saeculare *M* 30 dorquatum *M*

3 et decrescentia ripas flumina praetereunt id est: praeter ripas suas eunt flumina, quod significat ripas suas non excedere sed intra alueum labi. 5 audet ducere nuda choros. nuda, quia iam frigora exclusa sunt. 7 inmortalia ne speres monet annus id est: ne quid putes inmortale esse atque perpetuum, respice anni tempora, quorum unum quodque celeriter occidens alii cedit. 13 damna tamen celeres reparant caelestia lunae. cum conditionem mortalitatis nostrae temporibus anni comparasset, ne uiderentur et homines renasci ut tempora, intulit: *nos ubi decidimus et reliqua.* 15 quo pius Aeneas, quo Tullus diues et Ancus. hoc ideo dicit, ut ostendat conditionem mortalitatis omnibus hominibus communem esse. 17 quis scit an adiciant hodiernae crastina summae tempora di superi. quis, inquit, scit an ad summam annorum uitae, quam hodiernum usque egisti, crastinus dies adiungatur: id est: quis scit an cras uicturus sis, cum facile et quacumque hora possis occidere? 19 cuncta manus auidas fugient heredis amico, id est illud: tuum erit tantum, quod dum uiuis fructus fueris.

21 et de te splendida Minos fecerit arbitria. non dicit ‘cum te splendidum ornatumque fecerit Minos iudicio suo’ sed ‘cum de te splendide ac digne iudicauerit Minos’. ita ‘splendida arbitria’ ad Minois gloriam pertinent iudicantis, non ad eum de quo iudicat. 25 infernis neque enim tenebris Diana pudicum liberat Hippolytum. atqui Uergilius ait Hippolytum redisse ad auras aetherias

---

4 lauı *M* 7 quorum nunc quuque (*in* quodque *corr. m. 1.*) *M* 10 mortalıtalıtatıs *M* 12 *haec addidi* 15 quı *M* 16 adıcıunt (a *sup. lin. m. 1.*) *M* 17 dıı *M* 18 crastınas (u *s. l. m. 1.*) *M* 19 quı *M* cras ς (*Bamb.*): trans *M* 20 possıt accıdere *M* 21 id est: illud tuum *etc.* ς *nobis alicuius sententia laudari uidetur* 23 arbitria *usque ad alterum* fecerit *m. 1. in summa pagina suppleuit in M* 24 cum: dum *M* 25 ındıtıo *M* 26 arbrıtrıa *M* 29 lıbera *M* 30 hyppolıtum *M*

ita Paeoniis reuocatum herbis et amore Dianae. sed nunc non ad illud refert, quod post distractionem illam quam ab equis suis passus est in uitam restitutus fertur, sed ad conditionem mortalitatis quam non potuit perpetuo effugere per Dianae fauorem. 27 nec Lethea ualet Theseus abrumpere caro uincula Pirithoo. nota historia Theseum et Pirithoum ad inferos descendisse rapiendae Proserpinae causa. quos nunc dicit uinctos ibi remansisse.

## ODE 4, 8.

Donarem pateras c. g. hac ᾠδῇ indicat sibi facultates tantas non esse, ut possit phialas et alia pretiosa donare, sed quod maius est, carmen se Censorino largiri; deinde praefert carmina omnibus diuitiis. 6 quas aut Parrhasius protulit aut Scopas. Parrhasius Athenis pictor clarus fuit, Scopas γλυφοποιός id est signorum marmoreorum sculptor. 8 sollers nunc hominem ponere nunc deum. ponere nunc ‘constituere ac fingere’. 9 sed non haec mihi uis: diuitiarum scilicet. non tibi talium res est aut animus deliciarum egens. sensus est: nec ego haec largiri possum, nec si possem tu ea desiderares, quia carmina tibi diuitiis omnibus gratiora sunt. 11 carmina possumus donare et pretium dicere muneri id est: ostendere quam pretiosum sit carmen. 13 non incisa notis marmora publicis, per quae spiritus et uita redit bonis: per quos titulos consecrati defuncti duces quandam inmortalitatem consequuntur. 18 eius qui domita nomen ab Africa lucratus rediit. Afri-

---

1 Aen. 7, 769

---

6 abrumbere (p *m. 2., ut uidetur*) *M* uıncula caro *M* 9 remansıse *M* 12 facultatas *M* fıalas *et* pra&ıosa *M* 13 censorıo *M* 15 aut: ut *M* 17 glyfopoeos *M* γλυπτοποιός *Pauly* sculptor: scılıc& *M* 21 dıuıtıarum *M* 22 possım *M* tu ea: tuaea *M* 26 pra&ıosum *M* 27 publıca perqua *M* 28 quandam *Acr.*: quondam *M*

canum Scipionem significat. 19 clarius indicant laudes quam Calabrae Pierides. facta, inquit, clarorum uirorum nisi carminibus inlustrentur aetatis suae memoriam non excedunt. 20 quam Calabrae Pierides. sua uult intellegi carmina, quia in urbe Uenusia *natus est*, quae est in Calabria atque Apulia.

27 diuitibus consecrat insulis. insulas dicit quas *μακάρων νήσους* Homerus, Latini fortunatorum insulas appellant. 29 caelo Musa beat. caelo beat id est: caeli possessione beatum facit ac per hoc inmortalem reddit. 31 clarum Tyndaridae sidus. *σχῆμα ἐπεξήγησις*, quia Tyndaridae clarum sidus sunt. saepe autem dictum est, stellas Castoris ac Pollucis nauigantibus spem meliorem ostendere.

## ODE 4, 9.

Ne forte credas interitura. haec *ᾠδὴ* ad Marcum Lollium scripta est consularem; qua adfirmat inmortalitatem habitura scripta sua, quamuis sint alii ante se meliores poetae; nam nec Homeri magnitudinem obstare, quo minus Pindarus et alii poetae qui post eum orti sunt clari habeantur. prima autem syllaba *ᾠδῆς* huius circumflexe enuntianda est, ut sit 'ne credas' id est 'ne credideris'. 3 non ante uulgatas per artes. gloriatur se primum lyrica carmina Latina lingua ausum scribere. 7 Ceaeque et Alcaei minaces. Simonides lyricus poeta Ceus fuit, id est: ex Cea insula. minaces autem Alcaei camenae dicuntur, quoniam adeo amarus fuit, ut austeritate carminis sui multos ciuitate eiecerit. 9 nec

---

4 accedunt *M* 5 suae *M* urbebe nusina quae *M* Uenusia *nos:* Venusina ς 8 macaron nessus *M; scholiasta errauit, quia Homerus hoc cognomine usus non est. ceterum cf. Orelli ad epod. 16, 1* 9 musa abeat *M* 10 caelobeat (a *sup.* o *scr. m. 1.*) *M* 12 ЄΦЄΞΗΓΗϹΙϹ *M* quia Tyndaridae clarum sidus sunt *Pauly*: quıtyndarıda clarum sıdus aıunt *M* 17 *et* 18 scrıbta *M* 21 postea mortı *M* 22 ωδΗϹ *M* 23 credıderıs *in corr. m. 1. M* 25 cę aeque *M* 26 caeus *et* cęa *M* 27 alcaeę *M* 28 ıdeo *M* 29 eıcerıt *M*

si quid olim lusit Anacreon. lusit, inquit, quia iocis et conuiuiis digna scripsit. 11 uiuuntque commissi calores Aeoliae fidibus puellae. calores pro ‘amores’ dicuntur. Sappho autem significat, quae Aeolide dialecto usa est. 13 non sola comptos arsit adulteri crines. arsit crines pro ‘deperiit atque amauit’ dictum est. hac autem periodo colligit saepe eadem facta, quae legimus circa Ilium gesta; *sed ea tantum*, quod iis clarus poeta contigerit, perpetuam obtinuisse memoriam. 29 paulum sepultae distat inertiae celata uirtus. non, inquit, multo distat ab inertia uirtus, si ut de illa ita de hac quoque sileatur. 35 secundis temporibus dubiisque rectus id est: et prosperis et aduersis aequitatem retinens. 37 uindex auarae fraudis. uindicem nunc pro punitore posuit, quia uindicare apud ueteres non tantum defendere uerum etiam punire significat. 38 ducentis ad se cuncta pecuniae. utrum pecuniam pro auaritia posuit, quae merito ad se ducere cuncta dicitur, quia auari rapere omnia student, *an* ducentis ad se cuncta pecuniae ad hoc referens dixit, quia pecuniosorum gratiam omnes sequuntur? 39 consulque non unius anni. uirtutes tuae, inquit, te perpetuum consulem faciunt. 40 sed quotiens bonus atque fidus iudex honestum praetulit utili reiecit alto dona nocentium uultu per obstantes cateruas explicuit sua uictor arma. quotiens, inquit, animus tuus honeste iudicans praemia oblata a nocentibus respuit, totiens gloriosus ab hostibus uictoriam reportauit. 45 non possidentem multa uocaueris recte beatum: non recte uocaueris beatum multa possidentem. 51 non ille pro caris amicis aut

---

2 scribsit *M* 4 saffo *M* 6 crinem pro deperit *M* 7 atque *nos*: aut quia *M* 9 gestaquoais *M*, quod iis *Hauthal* 11 inhertiae *M* 12 sicut *M* 14 aduersis *ex* aduersus *corr. m. 1. M* 20 ducerae *M* 22 pecunia sorum *M* 31 uocaberis *M bis* 32 beatum. ordo: non ς

patria timidus perire. deest 'erit'. ait autem eum qui bonis artibus instructus sit non dubitare et pro amicis et pro patria mortem subire, si necesse sit.

ODE 4, 10.

O crudelis adhuc et Ueneris muneribus potens. haec ᾠδὴ in Ligurinum scripta est, querellam amoris continens. muneribus potens id est: ob munera quae in te Uenus contulit. 2 insperata tuae cum ueniet pluma superbiae. plumam pro prima barba posuit. 4 nunc et qui color est pumiceae flore prior rosae. prior pro 'melior'. 5 in faciem uerterit hispidam id est: hirsutam.

ODE 4, 11.

Est mihi nonum superantis annum. significat se diem natalem Maecenatis uelle celebrare. loquitur autem ad Phyllidem amicam. 5 qua crines religata fulges. pro 'fulgere soles'. non enim iam coronatam esse dicit, sed inuitat eam, uti coronetur. 6 ridet pro grata est ac fulget. 9 cuncta festinat manus. ad multitudinem ministrorum refertur. 11 sordidum flammae trepidant rotantes uertice fumum. [non otiosum] ἐνεργῶς dictum est. 14 Idus tibi sunt agendae, qui dies mensem Ueneris marinae findit Aprilem. idus Apriles significat. [autem] mensis Aprilis ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης dictus uidetur, nec inmerito, cum in res uenerias eo tempore omnia animalia excitentur. significat autem Idibus Aprilibus natalem diem Maecenatis *esse*, in cuius honorem sacrificet et epuletur. 21 Telephum quem tu petis occupauit non

---

1 gerıt *M* 6 quaerellam *M* 8 que *M* 11 prıor flore *M* 12 u&erıt *M* 15 monum *M* 16 uuelle *M* 17 fıllıdem *M* 23 non otiosum energos *M* 25 dıem *M* 26 autem *ex linea 29 illatum deleui* 31 Telefum *M* 31 *apparet alterius carminis hoc exordium uisum esse Porphyrioni. cf. Acr.*

tuae sortis iuuenem puella. ad mulierem loquitur, cuius nomen non ostendit. significat autem amari ab hac Telephum puerum, quem iam alia occupauerat. non tuae sortis: non tuae conditionis, non tuae mediocritatis. 23 tenetque grata conpede uinctum. belle ‘grata conpede’ amoris uinculum ait. 25 terret ambustus Phaethon auaras spes. ne quid auide et supra conditionem nostram adpetere conemur, Phaethontis et Bellerophontis proponuntur exempla. 29 semper ut te digna sequare et ultra quam licet sperare nefas putando disparem uites. difficilis dictio phrasis. monet autem: disparem uites, ut possis te digna sequi et nefas habere in spem referre plus quam oportet.
31 age iam meorum finis amorum, non enim posthac alia calebo femina, condisce modos. quare finem amorum suorum hanc dixerit, ipse ostendit. ordo est autem: age, iam, meorum finis amorum, condisce modos.

## ODE 4, 12.

Iam ueris comites quae mare temperant inpellunt animae lintea Thraciae. Uergilium adloquitur. iterum autem ueris tempus describit. ceterum animas pro flatibus uentorum *dicere* usitatissimum est poetis. sic denique Uergilius ait Quantum ignes animaeque ualent. 3 iam nec prata rigent nec fluuii strepunt hiberna niue turgidi. adqui ueris tempore intumescere flumina incipiunt: nisi † calalenis adultum iam ueris tempus uult intellegi, quoniam nix omnis elapsa est. 5 nidum ponit Ityn flebiliter gemens infelix auis. Procnen ac per hoc hirundinem significat.

---

26 Aen. 8, 403

---

3 telefum *M* 6 uelle *M* gratam conpedem *Pauly* 7 fęthon *M* 9 fa&hontıs & belleros fontıs *M* 11 putando: dıcendo *M* 12 frasıs *M* 13 possis te *nos:* possıt se *M* 22 animae: carına *M* 24 dicere *addidi* 30 quoniam — est *s. l. m. 1. in M* 31 fleuılıter *M*

6 et Cecropiae domus aeternum obprobrium. Cecropriae domus, quoniam Athenienses fuerunt, Cecrops autem Atheniensium dux. 7 quod male barbaras regum est ulta libidines. nota historia est Procnes, quae ob stupratam et lingua debilitatam Philomelam sororem a Tereo marito filium sibi communem et illi Ityn nomine occidit et epulandum inprudenti obposuit; deinde palam facto facinore cum fugeret cum sorore infestum maritum, in hirundinem et lusciniam transfiguratas esse, ipsum quoque Tereum in upupam auem esse conuersum. 11 cui pecus et nigri colles Arcadiae placent. Pana pastoralem Arcadiae deum significat. 15 iuuenum nobilium cliens: Augusti et Maecenatis. aut numquid Neronum priuignorum Augusti dicit? 16 nardo uina merebere. nardi paruus onyx eliciet cadum. onyx genus ampullae est marmoreae. iocolariter autem dicit: si adtuleris unguentum, tum demum ego proferam uinum Calenum. 18 qui nunc Sulpiciis accubat horreis. Sulpiciis: Galbae horreis dicit. hodieque [dixit] Galbae horrea uino et oleo et similibus aliis referta sunt. 19 spes donare nouas largus: cadus scilicet. potulentos autem scimus plerumque maiora sperare. 21 cum tua uelox merce ueni: cum ampulla unguenti scilicet. 24 plena diues ut in domo: ut si diues sim et in domum meam omnium rerum plenam te inuitem. 26 nigrorum ignium: funerum dicit quasi lugubrium ignium. 27 misce stultitiam consiliis breuem. breuem stultitiam hoc est: breuis temporis.

---

1 caecropıa *M bis* 3 caecrops *M* mala *M* 4 lıbıdınıs, e *sup.* i *scr.*, *M* 6 filomelam *M* atreo *M* 8 apposuit? deın pealam facta *M* 12 achadıae (r *s. l. m. 1.*) *M* 14 mecaenatıs *M* 16 onıx genus *M* 17 marmore (ae *s. l. m. 1.*) *M* 18 dicit *nos:* dıcens *M* 19 uınum ıl calenum *M* sulplıcııs accupat *M* 20 Sulpicii Galbae ϛ 24 maıorare *M* maiora se? 27 nıgrosum *M* 30 est breuı *M*

## ODE 4, 13.

Audiuere Lyce di mea uota. ad Lycen loquitur, de cuius superbia in tertio questus est in illa ode, cuius initium est Extremum Tanain si biberes Lyce. ergo senectutem illi nunc obprobrat, per quam ingrata iuuenibus facta fastiditur. 2 et tamen uis formosa uideri. uelle illam lasciuire ait, et ideo bene additum 'inpudens'. 5 Cupidinem lentum sollicitas. ille uirentis: scilicet Cupidinem, qui ideo lentus est, quoniam tu ei ingrata es per aetatem. 6 ille uirentis et doctae psallere Chiae pulcris excubat in genis: Cupido scilicet. ob multa autem decoram esse Chiam uult intellegi, quod et uirenti aetate sit et docta sit psallere et quod genis ac per hoc oculis pulcris sit; et ideo Cupidinem in ipsis genis eius dixit excubare. 9 inportunus enim transuolat aridas quercus. allegoricos aridas quercus pro senio adfectas mulieres et inportunus iocosa ironia dicitur. 13 nec Coae referunt iam tibi purpurae nec cari lapides, hoc est quod supra dixit et tamen uis formonsa uideri. significat enim illam puellariter se ueste et gemmis excolere. 14 quae semel notis condita fastis inclusit uolucris dies: quae iam retro acta sunt. 20 quae me surpuerat mihi id est: subripuerat. 21 felix post Cinaram notaque et artium gratarum facies. post Cinaram utrum ad qualitatem pertinet an ad tempus, id est 'secunda pulchritudine a Cinara' an 'post illam defunctam, deinde felix pulcritudine'? 28 dilapsam in cineres

---

3 od. 3, 10.

---

4 bıberıs *M* 5 obprobat *M* 7 uelle *M*: belle ς lascıuere *M* 9 uırı. *M* 10 es: est *M* 11 et: eo *M* 12 excupat ın genus *M* 13 multam *M* thıam *M* 15 pulcrıs *(h s. l. m. 1.)* *M* 19 iocosa ironia *nos:* ıocus ἀΦΡΟΝΙἀ *M* caoe *M* 25 quam *M*

facem. ἐμφατικῶς illam ut Amoris facem dilapsam ait in cineres et consumptam refrixisse.

ODE 4, 14.

Quae cura patrum quaeue quiritium. negat ullo senatus populiue Romani obsequio posse pro meritis dignos honores inueniri uirtutibus Caesaris. 4 per titulos memoresque fastos aeternet: quibus in aeternum consecretur. 7 quem legis expertes Latinae Uindelici didicere nuper quid Marte possis. non sic haec dicit, quasi ab Augusto Caesare Uindelici debellati sint, sed quod Drusus exercitibus *et* auspiciis Augusti eos debellauerit. 10 Genaunos Brennosque. Cisalpinae gentes sunt hae. 12 et arces Alpibus inpositas *tremendis. non* '*Alpes* tremendas' ut dictum est intellegamus sed 'hos tremendos id est timendos, qui eas habitant'. 13 deiecit acer plus uice simplici. uult intellegi in uastandis his non tantam illis cladem intulisse quantam ipsi dederant, sed duplam. hoc est enim 'non simplicem uicem reddentem'. 14 maior Neronum. ordo est: Drusus maior Neronum. hic enim maior natu fuit. 18 deuota morti pectora liberae. eleganter: non metuentes mortem. *mortem* liberam perpetuo epitheto dictam accipe. 19 quantis fatigaret ruinis: hostium ruinis scilicet. 20 indomitas prope qualis undas exercet Auster Pleiadum choro scindente nubes inpiger hostium uexare turmas. mirum aliquod sequitur ἀνακόλουθον; cum enim praedixisset 'qualis', non intulit quod erat consequens 'talis', sed 'inpiger'. ergo sic totum intellegendum: qualis est

---

1 *enΦατιKωc M* 2 refrıxısse (rı *ex* re *corr. m. 1.*) *M* 7 fasces *M* 8 *uerba* quibus in aeternum consecretur, *quae in M ς post* Caesaris *posita sunt, nos transposuimus* 11 sunt (ı *s. l. m. 1.*) *M* 12 exercıtıbus auspıtııs *M.* 18 tantum *M* 23 metuentes *nos:* metuens *M* 24 mortem *addidi* 27 choros *M* 28 uexar&urmars *M* 29 aliquod *nos:* an quod *M*

Auster cum ortu [Uergiliarum] Pleiadum concitatus [cum] exercet undas, tam inpiger Drusus hostium turmas uastabat. 24 per ignes. ignes nunc pro acerrimis concitatisque periculis accipere debemus. 25 sic tauriformis uoluitur Aufidus. omnium fluminum genii taurino uultu etiam cum cornibus pinguntur propter impetus et fremitus ipsarum aquarum.

27 cum saeuit horrendamque cultis diluuiem minitatur agris. male dixit minitatur, quia in ipso actu est nec debet cogitare aut condiscere id quod iam facit. 31 primosque et extremos metendo. sic et Uergilius: Proxima quaeque metit gladio. 32 sine clade uictor id est sine suorum clade. 33 te consilium et tuos praebente diuos. hoc ideo dicitur, quia auspiciis Caesaris haec gessisse dicitur. 34 nam tibi quo die portūs Alexandria supplex. ita euenit, ut post annos quindecim Drusus eodem die Raetos Uindelicos uinceret, quo die Augustus Alexandriam uicerat. 39 et optatum peractis imperiis decus adrogauit. inmortalitatem ex consecratione uidetur significare, cum dicat peractis imperiis. 42 te profugus Scythes. profugus dicitur, qui numquam eodem loco manet, unde et nomades dicuntur. 49 te non pauentes funera Galliae. et hic ‘tellus’ per zeugma ex inferiore uersu accipere debemus. non pauentes autem Gallos funera ait, quia uel ferocia uel uana persuasione rursus renascendi mortem non timebant. de quibus et Lucanus sic ait Animaeque capaces Mortis et ignauum rediturae parcere uitae. 52 compositis uenerantur armis id est: pacati.

---

12 Aen. 10, 513 29 Lucan. 1, 461

---

1 Uergiliarum seu Pleiadum ς Uergiliarum *et* cum *deleui* 2 dam *M* 6 cum *ante lin. m. 1. addidit in M,* et cum *Pauly* 15 auspıtıs *M* 16 dıae *M* 19 qua *M* ς 21 ex consecratione *Acr:* execratıone *M* 25 hęc *M* 28 una *M*, uana *uel* uera ς

## ODE 4, 15.

Phoebus uolentem proelia me loqui. quidam separant hanc ᾠδὴν a superiore, sed potest illi iungi, quoniam et hic laudes dicuntur Augusti. Phoebus uolentem proelia me loqui uictas et urbes increpuit lyra. non ‘lyra increpuit’, sed ‘uolentem me proelia lyra loqui’ id est: lyrico carmine. 3 ne parua Tyrrhenum per aequor uela darem. allegoricos significatur: ne magnam materiam humili generi carminis committerem. 6 et signa nostro restituit Ioui. signa dicit, quae adempta Romanis interfecto cum exercitu a Parthis Crasso duce Augustus recuperauit. 9 Ianum Quirini clausit id est: pacem ubique fecit; tunc enim claudebatur, belli uero tempore patebat. nam et Uergilius uolens ostendere perpetuam pacem futuram sic ait Claudentur belli portae. 9 et ordinem rectum euaganti frena licentiae iniecit. ordo est: iniecit frena licentiae ordinem rectum euaganti. 17 non furor ciuilis aut uis exiget otium. exiget nunc ’excludet’ significat, quasi ‘ἔξω aget’, ut Terentius: Spectandae an exigendae. 19 non ira quae producit enses. producit hoc est: fabricat. 20 et miseras inimicat urbes. fictum uerbum est: inimicas facit. 24 non Tanain prope flumen. † hostem id est: Scythas significat. 30 Lydis remixto carmine tibiis. aiunt tres modos tibiarum esse: Ionicum Lydium barbarum. 31 et almae progeniem Ueneris canemus: id est gentem Iuliam, quae ab Iulo nepote Ueneris oriunda existimatur.

---

15 Aen. 1, 294 21 Andr. prol. 27

---

2 *et* 4 Foebus *M* 6 lura non lyrę .. lyreloquı *M* 11 adepta *M* 21 aıt. Ut terent. *M* 25 flumen orti. [id est] Scythas? 26 lydıs . . tybıs *M* 30 exıstımatur. felıcıter. PORFYRIONIS COMM. IN HORXTI· FLACCI LIB· IIII· EXPLICIT. *M*, *in quo commentarius in carmen de arte poetica et carmen saeculare sequitur.*

# LIBER EPODON.

Ibis Liburnis inter alta nauium amice propugnacula. liber hic EPODON inscribitur, scilicet quod ita uersus in eo ordinati sunt, ut singulis quibusque clausulae suae recinant. clausulas autem lyrici adpellant quasi praecisos uersus integris subiectos, qualis est secundus amice propugnacula et deinceps, quibus tertia pars deest, quominus sint praecedentibus similes id est ipsi senarii, quos merito bessales clausulas adpellant † &albes. bessi enim tertia pars opus est, ut integer fiat. ibis Liburnis inter alta nauium amice propugnacula. non uidetur uerecundiae Horati conuenire, ut amicum se Maecenatis dicat, cum clientem debeat dicere. numquid ergo sic ordinanda phrasis est, ut 'amice Caesaris' intellegamus et ideo bis 'Caesaris' accipiendum erit, ut sit tale: amice Caesaris, Maecenas, ibis Liburnis paratus periculum Caesaris tuo periculo subire? 5 quid nos quibus te uita si superstite iucunda si contra grauis. bis posuit particulam 'si', sed semel abundat. melius enim sic loqueretur: quibus te superstite uita iucunda est, si contra sit graue est. ergo uerbum extrinsecus bis accipiendum † ex eo sit, ut plena fiat eloquutio. 6 si contra grauis. contra id est: superstiti contraria. 7 utrumne iussi persequemur otium. iussi a te. aut numquid a Caesare? dicitur enim Caesar Augustus dedisse Horatio militiae uacationem, cum aliis ne-

---

2 EXPLICIT LIBER CARMINIS SECVLARIS; INCIPIT EPODON; 5 secınant *M* 6 lırıcıapellant *M* 9 bessales *Pauly:* besules *M* 10 apellant *M* est a bes *Pauly,* [et] a bes *Hauthal,* et alterum bes *nos (senarius cum tetrapodia = 6 + 4 partes = ἐπιδίμοιρον cf. Vitruuium 3, 1, 6 et Festum p. 363a Mueller)* bessi *Pauly:* bası *M* 13 oratı *M* 15 frasıs *M* 23 ego *M* ex eo sıt *M*, i. e. sit *Pauly,* 'est' *et* 'sit' *nos* (si te superstite uita sit, iucunda est, si contra sit, graue est) 28 oratıo *M*

gasset. 9 an hunc laborem mente laturi decet qua ferre non mollis uiros feremus. sensus [autem] est hic: aut numquid animo laboraturi per absentiam tuam suscipiamus et corporis laborem tecum eundo? corporis enim laborem uult esse non mollium uirorum. 17 comes minore sum futurus in metu qui maior absentes habet. sensus est: si comes sim, minorem metum patiar, qui semper absentibus maior est. et attende a singulari numero ad pluralem transitum fecisse. 19 ut adsidens inplumibus pullis auis serpentium adlapsus timet. attende elocutionem 'illis timet' per datiuum casum, non 'pro illis timet' sic et Terentius: Syre tibi metui male. 21 non ut adsit auxilii latura plus praesentibus. 'sit' uerbum hic deest et 'si' particula, quia ordo et sensus hic est: non ut plus auxilii praesentibus sit latura, si adsit. 27 pecusue Calabris ante sidus feruidum Lucana mutet pascuis. ambigua quidem eloquutio est, sed cum ante sidus feruidum dicat et Calabriam manifestissimum sit caloratam esse, apparet eum hoc dicere: non ut pecus ante feruentissimum aestatis tempus ex Calabria in Lucaniam transeat. 30 Circaea tangat moenia. Circaea moenia Tusculum intellegendum, quia Telegonus Circes et Ulixis filius hoc oppidum condidit. sensus est autem: ut neque in Tusculano possideam uillarumque ibi aedificia usque ad ipsam urbem extendam. 31 satis superque me benignitas tua ditauit. donatum sibi in Sabinis fundum a Maecenate Horatius saepe testatus *est*. 33 quod aut auarus ut Chremes terra premam, quoniam Chremes nomen senis est in comoediis; ibi enim fere senes auari

---

14 Heaut. 3, 2, 20

---

4 suscipiamus *Acr.*: suscıpımus *M* ς 24 cırcea *M bis* 26 opıdum *M* 31 sepetestatus *M*; testatur ς 32 cremes *M* terra . . chremes *s. l. m. 1. M* 33 comedııs *M*

finguntur. unde uidetur non inmerito Chremen auarum dixisse. sensus autem: non studebo nummos adquirere, quos thesauris conditos terra suffodiam per quod ait se nolle nummos habere plures quam sibi opus sint ac per quos sollicitam habeat uitam. 34 discinctus aut perdam *ut* nepos. discinctus aut: discinctos pro neglegentibus solemus et nos dicere. nepotem autem ueteres ut prodigum ac luxuriosum dicebant, quia re uera solutiores delicatiorisque uitae soleant esse, qui sub auo nutriantur.

## EPODON CARMEN 2.

Beatus ille qui procul negotiis. haec ᾠδὴ laudes rusticae uitae continet. negotia autem hic molestias urbanae uitae uult intellegi. 5 neque excitatur classico miles truci et reliqua. eleganter ostendit incommoda uitae quibus rustici carent. 7 et superba ciuium p. l. salutationum officia dicit. 10 altas maritat populos. proprie maritari arbores dicuntur, cum uites his adiunguntur. sed speciem pro specie posuit. non enim populi maritari sed ulmi solent. hinc autem iam commoda rusticae uitae enumerare ac describere incipit. 17 uel cum decorum mitibus pomis caput autumnus agris extulit. poetica phantasia finxit autumnum quasi corporalem deum pomis coronatum. 19 insitiua decerpens pira. merito insitiua. nam pirorum arbores quae sponte natae sunt necesse est dura atque aspera poma dent. 21 qua muneretur te Priape. et munero et muneror in actiua significatione recte dicitur. 26 queruntur in siluis aues. queruntur, inquit, quoniam ueteres omnium

---

2 sensus: senes *M* 3 terre *M* 4 nun mos *M* sibi: sı *M* 5 dıscınctos ut dıscınctos *M*, aut *nos:* discinctus] ut disc. *alii* 9 solutioris ς delıcatıoresq; *M* 12 hac *M* 15 reliqua: rlq; *M* 17 superua *M* salutacıonum *M* 18 marıta *M* 20 speciem: specıe *M* 24 fantasıa 28 dent ς đ *M (in extrema linea)* 29 & numero & ınmunero *M* sıgnıficacıone *M*

animalium uoces praeterquam hominum querellas dicebant. denique et Uergilius: Et cantu querulae rumpunt arbusta cicadae, inquit, et de ranis Et ueterem in limo ranae cecinere querellam et de bubus Atque omne querellis impleri nemus. 27 fontesque lymphis obstrepunt manantibus somnos quod inuitet leues. suauis elocutio: fontes obstrepunt quod somnos inuitet.

29 at cum tonantis annus hibernus Iouis. annus hibernus pro 'hibernum tempus anni'. nota autem synecdochen esse annum pro parte anni dicere. sic et Uergilius: Nunc frondent siluae nunc formosissimus annus. 33 aut amite leui rara tendit retia. amites hodieque adpellantur forculae, quibus retia in uenatione uel in aucupio suspenduntur. et est figura ἐπεξήγησις, quia retia doli sunt. 39 quodsi pudica mulier in partem. non ait 'quodsi et pudica uxor rustico contingat'; nec enim existimat difficile esse rusticam uxorem pudicam esse, cum omnes pudicas esse intellegi uelit. sed hoc ait: quodsi et uxorem habeat, quae alioqui pudica est. potest autem utique accidere [idioma. et est consuetudo rustica], ut uxor non sit, uel quia nondum ducta est uel quia aliquo casu adempta est. 43 sacrum uetustis extruat lignis focum. proprie hoc rusticae uitae est focum amare. sacrum autem dixit, quia ara deorum penatum est focus. 47. et horna dulci uina promens dolio. horna uina dicuntur huius anni. non ergo 'dulci dolio' ut dictum est, sed

---

2 Georg. 3, 328. 1, 378. Aen. 8, 215 12 Buc. 3, 57

---

3 rumpent *Uergilius* 4 rane *M* 7 mantıbus *M* leues. IL Suauıs *M* 8 elocucıo *M* 9 aut *M* 11 sınecdochen *M* 13 amıtte *M* 14 recıa *M ter* apellantur *M* 16 ΕΦΕΞΗΓΗCIC *M* dolı sunt *ex* dolunt *corr. m. 1. in M* 17 nota ıd quodsıquodsı *M* 21 quae: quı *M* 22 *haec quae ad sch. u. 47 adscripta erant in margine codicis archetypi, deleui cum cod. Guelf.* 24 est: sıt *M* 28 orna uına *M* 29 nonerergodultıolıdo *M*

translato ἐπιθέτῳ 'dulcia uina' intellegamus. hoc quoque autem ad idioma rusticae simplicitatis pertinet, hornum uinum bibere. 48 dapes inemptas apparet. Uergilianum est. sic et ille cum de uita rustica loqueretur, [sic] ait Dapibus mensas onerabat inemptis. 49 non me Lucrina iuuerint conchylia magisue rhombus aut scari: non me magis iuuerint Lucrina conchylia rhombusue aut scari.

50 aut scari si quos Eois intonata fluctibus hiems ad hoc uertat mare. intellegi uult scaros pisces in orientali mari esse, et difficile fieri, ut circa Italiam capiantur, nisi quos inde uiolentia tempestatis adduxerit. 53 non Afra auis. Afram auem gallinam Numidicam dicit. 54 non attagen Ionicus. cum attagenas feminino genere uulgo dicant, adnotandum quod masculino genere hic dixerit. attagen autem auis est Asiatica inter nobilissimas habita. Ionicus uero ab Ionia dictus, quae est regio Asiae, in qua est urbs Ephesus. 59 uel agna festis caesa Terminalibus uel haedus ereptus lupo. iucunde expressit rusticorum frugalitatem. 63 uidere fessos uomerem inuersum boues c. t. l. hoc Uergilianum illud est Aspice aratra *iugo* referunt suspensa iuuenci. languido autem collo: lasso. et utique uoluptas domino hinc est cogitanti, quantum utilitatis aratione agro contulerint. 65 positosque uernas ditis examen domus hoc est: qui uernae ditem dominum faciunt. hic 'ditem' frequentem ac familiosam; nec ultra hoc ditem domum nunc intellegas, cum de rustico patrefamilias loquitur. 67 haec ubi locutus fenerator Alfius iam iam futurus rusticus et reliqua. urbanissime postremo finxit haec non de sua persona dicta esse, sed feneratoris;

5 Georg. 4, 133 23 Buc. 2, 66

1 translatıo *M* 3 apparat *M* 8 lucrına lucrına conchılıa *M* 9 scaros sı quos aeı *M* 14 auem: autem *M* 15 femıno *M* 19 effesus *M* 20 edus *M* 22 uomere *M* 26 aratione: ex ratıone *M*, ex aratione ς ager *uel* agri *uel* agrorum ς contulerint *Hauthal*, contulerıt *M* ς

per quod uult intellegi neminem nescire quid iucunditatis habeat uita rustica, nec tamen quenquam ab ea in qua consueuerit posse discedere. 69 omnem redegit Idibus pecuniam quaerit Kal. ponere. exigit, inquit, a debitoribus pecuniam conparaturus praedia, cogitans scilicet iucunditatem uitae illius quam in rusticis laudat. sed rursus stimulatus cupiditate usurarum quaerit eam fenori dare.

## EPODON CARMEN 3.

Parentis olim si quis impia manu senile guttur fregerit. execratur alium significans se eo grauiter uexari. edit autem dicendum potius quam ‘edat’, quia sic declinatur: ede es edit, deinde modo optatiuo tempore futuro: utinam edim edis edit, pluraliter: utinam edimus editis edint. et alium dicendum ut ‘solium dolium’, non ut uulgo ‘aleum’. 3 edit cicutis. cicuta herba est uenenatissima.

4 o dura messorum ilia: qui ferum alium prandent, de quibus et Uergilius in Bucolicis: Thestylis et rapido fessis messoribus aestu alia serpillumque herbas contundit olentes.

7 an malas Canidia tractauit dapes. sub hoc Canidiae nomine Gratidiam Neapolitanam unguentariam intellegi uult, quam ut ueneficam Horatius semper insectatur. sed quia non licet probrosum carmen in quemquam scribere, idcirco fere poetae similia adfingunt. sic et Uergilius in Bucolicis pro Cytheride Lycoridem appellat. 9 candidum Medea mirata est ducem. Iasonem significat. candoris autem no-

---

20 Buc. 2, 10 27 Buc. 10

---

1 scıre *M* 5 exıit *M* 6 ıocundıtatem *M* 7 cupıdıtatıs *M* 8 darı *M* 10 olym *M* 11 guntur *M* eo *Hauthal: &* *M* 14 PraRaliter *M* 17 *schol. u. 3 post sch. u. 4 est in M* 18 durum messoram *M* fere? 20 thesthılıçıs *M* 21 olenter *M* 24 uenıficam *M* 26 po&a *M* adfıgunt *M* similia nomina effingunt ς 27 bocolıcıs proscıtherıde

mine et Uergilius in significatione pulcritudinis semper utitur, ut Candidus insuetum miratur limen Olympi et Candida Dido et Candida Maia. notam autem historiam hic in iocum conuertit, quasi Medea alio perunxerit Iasonem, ut eum muniret aduersus uim taurorum flammas spirantium, qui iussu regis subiciendi erant, si uellet pellem auream accipere. 13 hoc delibutis ulta donis pelicem serpente fugit alite. † ut cum ait milens. ad erat.

17 nec munus umeris efficacis Herculis. de ueste illa loquitur sanguine Nessi delibuta, quam a Deianira coniuge oblatam Hercules cum induisset incendio eius absumptus est. efficacis autem perpetuum epitheton uult esse Herculis. 19 at si quid umquam tale concupiueris. iocose Maecenas precor. oportune iocosum appellat, cui uelit iocos suos commendatos esse.

EPODON CARMEN 4.

Lupis et agnis quanta sortito obtigit, tecum mihi discordia est. hanc eclogam in Pompeium Menam scribit libertum Pompei Magni, qui praefectus classi fuit. Sexto Pompeio bellum aduersum Augustum Caesarem gerente hic cum classe ad Caesarem transierat, deinde ad Sextum rediit et rursus refugit ad Caesarem. 2 tecum mihi discordia est. accersendum huc extrinsecus 'tanta'. sic enim consequens erit elocutio: quanta sortito obtigit discordia lupis et agnis, tanta mihi tecum est. 3 Hibericis peruste funibus latus. restibus caesum saepe ac per hoc malum seruum fuisse uult intellegi. Hibericos autem funes ideo dicit, quia in Hiberia id est in Hispania plurimum spartum nascitur. 7 ui-

2 Buc. 5, 56 3 Aen. 5, 571. 8, 138

1 sıgnıficacıone *M* 3 oLmpı *M* 4 iocum *Hauthal:* locum *M* 7 iugo subiciendi *Acr.* 9 serpentem *M* 14 epıthethon *M* 15 mecenas *M* 16 apellat 17 esse uult *M* 19 sortıcıo *M* 20 eglogam *M* 21 Menam: magnum *M* 22 bellom *M* 23 gerente. Hic ς 26 accessendum *M* 27 sortıtıo *M* 32 partum *M*

desne sacram metiente te uiam cum bis ter ulnarum toga ut ora uertat huc et huc euntium liberrima indignatio. ordo est: metiente *te* sacram uiam cum bis ter ulnarum toga [utor; id est], uidesne ut euntium ora huc et illuc uertat liberrima indignatio. significat autem populum ex indignatione, quod ille oblitus conditionis tam magnificus incedat, detorquere ab illo aspectum. et bene liberrimam indignationem dixit, quod libere ac palam hunc uidentes in seruitutem inueherentur. cum bis ter ulnarum toga. hanc autem iustam togae mensuram esse intellegendum est. 11 sectus flagellis hic triumuiralibus. triumuiralibus autem quod dixerit specialis elocutionis genere usum esse pro generali puto. neque enim triumuiris tantum sed etiam aliis potestatibus ius est alienos seruos flagellare. 12 praeconis ad fastidium. aspere: donec aliud agentibus triumuiris praeco cum uellet desinere iuberet. 13 et Appiam mannis terit. eleganter mannis, quia nimiarum delitiarum affluentia est equos burichos habere. mannos autem equos uulgo burichos appellant. Appiam autem pro qualibet uia posuit. an numquid proprie, quia Falerni agri meminerat, quo scilicet Appia uia necesse est ire. 15 sedilibusque magnus in primis eques Othone contempto sedet. et 'magnus eques' et 'sedilibus in primis' cum uehementi indignatione dicitur. ex quattuordecim autem ordinibus, quos lege Roscia Otho tribunus plebis in theatro equestri ordini dedit, duo primi ordines tribuniciis uacabant. 17 quid attinet tot ora nauium graui rostrata duci pondere contra latrones atque seruilem manum. sensus est: quid prodest classem rostratis nauibus ducere aduersum latrones ac fugitiuos, quos Sextus Pompeius

1 sacra mentıme uıa *M* 3 mentıente *M* 4 utor. id est *deleui* 7 magnıficaıs *M* 9 nunc *M* 11 *uidentur aliqua deesse.* toga: hoc est cum sex ulnarum toga ς 18 cum: con *M* 21 apellant *M* 23 quı *M* quos *M* 27 decım *om. M* 30 ordınıs trıbunatıs uocabant *M* 30 quit *M*

armauit, cum hunc patimur tribunicium equitem Romanum esse.

## EPODON CARMEN 5.

At o deorum quidquid in caelo regit terras. uerba sunt praetextati uociferantis in domo Canidiae; quem significat ab ea furtim raptum, ut necromantiam ex eo faceret. et bene abrupta exclamatio: in caelo. hoc enim perineptum est: quidquid in caelo est regens terras. 3 quid iste fert tumultus: quid sibi uult hic tumultus. tumultum autem dicit rapinae ipsius, quam passus est. 3 aut quid omnium uultus in unum me truces: earum dicit, quae cum Canidia consciae et ministrae sceleris huius fuerant. 7 per hoc inane purpurae d. p. quo magis oneret atrocitatem sceleris huius praetextatum ac per hoc honestum ac delicatum facit hunc puerum esse. inane ergo decus purpurae apud eam inane intellege, quae scilicet sine respectu aetatis eius in eum saeuiat. 12 insignibus raptis puer inpube corpus. insignia pueri intellege togam praetextam ac bullam, et est σχῆμα ἐπεξήγησις 'puer inpube corpus' hoc est: inpube corpus erat. 13 quale posset impia mollire Thracum pectora: etiam Thracum. sic dicitur illud apud Uergilium: Quis talia fando Myrmidonum Dolopumue aut duri miles Ulixi pro: etiam Myrmidonum Dolopumue. 15 Canidia breuibus inplicata uiperis crines et incomptum caput. Furiali habitu eam describit et breues uiperae perpetuo ἐπιθέτῳ dicuntur. sic enim sunt. nota autem figura est elocutionis 'inligata crines' et 'in-

24 Aen. 2, 6

1 & cum *M* trıbunıtıum *M* 8 quıd *M* 13 mınıstr& *M* 17 ınanem *M* 18 aetatis *Fabricius:* ęquıtatıs *M* dignitatis *nos?* equitatus *Hauthal* 19 eum: eos *M* eo? ınbube *M* 20 ınsıgna *M* ıntelle *M* 21 ЄΦЄΞΗΓΗϹΙϹ *M* ınbube *M bis* 22 est: cuius ς, est, qui *nos* 23 tracum *M bis* 25 mırredonum *et* mırme donum *M* 27 ınplacıta *M* 28 uıpęres *M* 29 ЄΠΙΘ&non *M*

ligata caput'. 17 iubet sepulcris caprificos erutas. non unde lubet, sed ex sepulchris potissimum erutas accipe, quoniam inferna ac uenefica esse haec sacrificia intellegi uult. talia denique sunt et quae subiciuntur: iubet cupressos funebres et cetera. 20 plumamque nocturnae strigis. sic dicitur, non ut uulgo 'strigae', quia uenit a nominatiuo 'strix' non 'striga'. haec autem auis est nocturna mali ominis. 21 herbasque quas Iolcos atque Hiberia mittit uenenorum ferax. Iolcos urbs est Thessaliae. Thessalia autem uenenorum ferax est. Hiberiam autem nunc quae in Ponto est intellegenda. porro autem ut et Uergilius ait Nascuntur plurima Ponto. 24 flammis aduri Colchicis: per ueneficia accendi. sed hoc propter Medeam dicitur, quae Colchis fuit. 25 at expedita Sagana per totam domum. Saganam hanc ex consciis ac ministris ueneficii illius accipe. 'expeditam' succinctam uidetur dicere. 29 abacta nulla Ueia conscientia. nulla conscientia ablatiui casus est. est enim sensus: Ueia, quae nulla mala conscientia remota est. 33 longo die bis terque mutatae dapis inemori spectaculo. ut magis famis incitaretur puero, ait illi anteponi epulas ac saepe mutari. 37 exsecta uti medulla et aridum iecur. nunc uidetur reddere causam tanti facinoris [epithesis dolo malo consitura]; significat autem Canidiam amoris potionem Uaro praeparare; infert enim non usitatis Uare potionibus. 39 intermi-

14 Buc. 8, 36

1 capud *M* 2 ıub& *M* potissimum *Hauthal:* notıssımum *M* 4 nec, *in* hec *corr. m. 1.*, *M* alıa *M* 5 cupresses *M* 6 *schol. u. 20 post sch. u. 21 est in M* 7 dicitur *nos:* dıcuntur *M* 8 nauıs *M* 9 haerbasque.. cholchos *M* 10 cholcoschos *et* thesalıe; thesalıa *M* 15 cholchıcıs *M* accendısse *M* 16 medıam *M* quecholcıs *M* 20 uel a *M* 23 *post* magis *nomen* dapıs *deletum est in M* 27 epithesis *cf. ad u. 47*

nato cum semel fixae cibo intabuissent pupulae: fixae cibo. 41 non defuisse masculae libidinis Ariminensem Foliam. dicit etiam Foliam nomine ueneficam huic sceleri interfuisse. quod ait autem masculae libidinis ad id pertinet, quod dicantur quaedam mulieres habere *contra* naturam monstrosae libidinis concubitum *cum* feminis. quo crimine etiam Sappho male audiit. 43 et otiosa credidit Neapolis. uidetur significare scelus hoc Neapoli factum. nam, ut supra diximus, Gratidia haec Neapolitana fuit. Neapolim autem otiosam pro 'quietam' dixit simul quia otiosis id est uitae quietioris aptissimus ille secessus est. 47 hic inresectum saeua dente liuido Canidia rodens pollicem. pro rei atrocitate mira haec [idem positura] epithesi asperantur 'inresectum pollicem' et 'saeua dente liuido'. sed illud attende, ut duabus praepositionibus exaggerata sit facinoris atrocitas: inresectum pro 'ualde et saepius sectum'.

49 quid dixit aut quid tacuit. sensus est: quae scelera nunc dixit aut quae silentio praeterire potuit? 49 o rebus meis non infideles arbitrae. hinc iam Canidiae uerba sunt. 53 nunc in hostiles domus iram atque numen uertite. Uaro haec inprecatur, a quo fastidiebatur. 59 quale non perfectius meae laborarint manus. hinc scias illam, ut diximus, unguentariam fuisse. attende autem elocutionem in soloecismo constitutam 'quale non perfectius', cum sit dicendum: quo non perfectius. 61 quid accidit. cur dira barbarae minus uenena Medeae. indignatur uenena sua non

---

1 ıntabuısse popule *M* 2 *intellegendum uidetur* 'iunge' *uel* '*ordo est: fixae cibo*'. 6 contra *addidi* 8 audıt ı *s. l. add. M* 10 ut: & *M* 12 quietiori ς 13 lıbıdo *M* 15 ıdem posıtura = id est inpositura, *interpretationem uerbi* epithesis *deleui. haec interpretatio supra lineam, altera (cf. ad u. 33) in margine adscripta erat codicis archetypi* 16 sęua. edente lıbıdo *M* 17 exagerata *M* 20 nunc *nos:* non *M* ς *et comm. Cruqu.* 23 damus *M* 27 qualem *M*

ita ut uellet efficacia esse, quae uenena Medeae essent, quibus illa usa sit, cum se de pelice sua Glauce ulta est. 65 cum palla tabo munus inbutum. palla munus figura est, quae *ἐπεξήγησις* dicitur. tabo autem nunc 'ueneno'. aliter Uergilius: Huic atro linquuntur sanguine guttae Et terram tabo maculat. 69 indormit unctis omnium cubilibus obliuione paelicum et reliqua. obscura elocutio, quae sic ordinanda est: indormit cubilibus unctis obliuione omnium paelicum. et est sensus: nescio quae sunt praesentiora ueneficia *ueneficae*, quae cubile unguit medicaminibus, per quae medicamina obliuio ei datur omnium paelicum. paelices autem Canidia pro se sola dixit. 71 a a solutus ambulat ueneficae scientioris carmine. hoc est, quod ingemuit, quod alia scientior uenefica inuenta sit quam ipsa est. 75 ad me recurres nec uocata mens tua Marsis redibit uocibus. uoces suas Marsas dicit quasi magicas, ut sit sensus: mens tua magicis meis uocibus semel euocata numquam redibit ad sanitatem. aut numquid hoc dicit: mens tua a me incantata numquam redibit, etiam si Marsis uocibus reuocetur? Marsi autem periti incantationum sunt. huic etiam rei Uergilius testis est, qui de duce Marsorum sic ait: Spargere qui somnos cantuque manuque solebat. 78 fastidienti poculum. fastidienti: me scilicet. 86 misit Thyesteas preces id est: diras exsecrationes qualibus in tragoediis Thyestes Atreum exsecratur. 87 uenena magnum fas nefasque non ualent. magnum fas

5 Aen. 3, 28 25 Aen. 8, 754

1 medeessent *M* quum . . sint *Stephanus* 2 clauce *M* 4 eΦЄΞΝΓΗCΙC *M* 6 liquuntur *multi*, maculant *omnes Uerg. codd.* 11 nescıo qua *M* ueneficae *addidi* 15 ueneficıa *M* 16 est quıd *M* ueneficıa *M* 17 recurrens *M* 24 qui de duce *nos:* quı edoc& *M* qui de sacerdote *Hauthal. ut Uergilius* Marrubia *inquit* uenit de gente sacerdos, *ita Seruius* ab his uenisse dicit non regem sed ducem. 26 populum *M* 27 nısı thıesteas *M*

uenena sunt si hostibus dentur, magnum nefas si amicis. 87 non ualent conuertere humanam uicem. sensus est: quamuis uenena multum possint, non tamen ualent merita in contrarium uertere, ut liberentur poena, qui male mereantur. uices autem appellantur poenae, quae in scelerosis admissis reguntur. 89 diris agam uos. dirae, ut dixi, execrationes dicuntur ac detestationes saeua maledicta. agam autem nunc ‘persequar’ significat. 97 uos turba uicatim hinc et hinc saxis petens contundet obscenas anus. eleganter, quia insanos solent fustibus et lapidibus insectari, ut eos a domibus suis fugent. 100 et Equilinae alites. et alibi saepe ostendit, in regione aggeris, quae est extra portam Esquilinam, solita fuisse pauperum corpora uel conburi uel proici. 101 neque hoc parentes heu mihi superstites effugerit spectaculum. subaudiendum hic extrinsecus ‘uos’. et est ordo et sensus talis: neque hoc spectaculum effugerit uos, o parentes mihi superstites. et bene ἐμπαθῶς id est dolenter iuxta parentum commemorationem gemitus insertus est: heu.

## EPODON CARMEN 6.

Quid inmerentes hospites uexas canis. in hac ecloga allegoricos uidetur loqui ad eum, qui, cum dicacitatis amaritudine sectaretur quietos alioquin homines, in eo sibi gloriam adsignarit, quod illi cedentes ei uiderentur non sufficere respondere. 6 amica uis pastoribus. amica nunc pro utili dicitur. 7 agam per altas aure sublata niues quaecumque

---

6 apellantur *M* admısıs *M* 8 d&estacıones *M* 10 contundat *M* 11 elegantur . . olent *M* 13 escylene *M* 15 portas est cylynas *M cf. ad Epo. 17, 58. contra ad Sat. 1, 8, 1.* 18 *uerba* subaudiendum . . spectaculum effurıt uos *m. 1. in ima pag. add. in ipsa columna legitur* effugerıt uos *M* 20 en. Δδ. ΘωC *M* 22 ınsertum *M* 25 egloga *M* 26 insectaretur ς 27 adsıgnarıt (rıt *in ras. m. 2.*) *M* 28 respondendo ς

praecedet fera. de se hoc poeta dicit significans non defuturam sibi linguae amaritudinem, si prouocetur alicuius inprobitate. 13 qualis Lycambae spretus infido gener. Lycambae datiuus casus est. Archilochum autem significat, qui Lycamben probrosis uersibus usque eo insectatus est, ut ille mortem sibi conscisceret. hoc autem eo fecit, quod ille filiam suam in matrimonium promissam mox denegasset. 14 aut acer hostis Bupalo. aeque datiuus casus est, ut: huic Bupalo. Hipponacta significat, qui aeque iambicis uersibus Bupalum persecutus est. 16 inultus ut flebo puer: flebo inultus ut puer.

## EPODON CARMEN 7.

Quo quo scelesti ruitis. eleganter ut in tumultu ab exclamatione incipit. ad eos autem dicit, qui furiosa mente instaurare bellum ciuile conabantur. aut cur dexteris aptantur enses conditi: enses, qui iam conditi erant, cur dextris adcommodantur, ut si diceret: cur stringitis gladios in uagina iam conditos? 11 neque hic lupis mos nec fuit leonibus umquam nisi in dispar feris. sensus est: ferae non faciunt, quod uos, o Romani, sanguinem inuicem petentes. nam ferae eiusdem generis inter se pacem habent, dispares se insectantur. in dispar fer. dispar aduerbium est nunc, ut si diceret: dispariter feris. 13 furorne caecus an rapit uis acrior. quae est uis *acrior* quam furor? aut numquid deorum ira? 15 tacent et ora pallor albus inficit. elegans otiositas, quasi his uerbis conuicti steterint, deinde conscientia sceleris palluerint. 17 sic est. acerba fata Romanos agunt. eleganter, quasi tandem inuenerit furoris huius causam, intulit

---

3 ınbrobıtate *M* 4 genero lıcambȩ *M* archılocum *M* 9 hostıs bubalo *M* datiuus *nos:* datıuo *M* datiui ς 10 hycponacta *M* 11 pupalum *M* 19 constrıngıtos *(m. 1. corr. m. 2.) M* 28 albus ora pallor *M* otıositas *cf. praefationem* 30 palluerınt *m. 2. s. l. M.* 32 ınuenıt *M*

'sic est'. est enim sensus: 'sine dubio hoc est: fato agimur ad hoc bellum supplicium pendentes ob caedem Romuli in fratrem admissam'. 20 sacer nepotibus cruor. sacer utique uenerabilis nunc intellegendum, nisi forte epitheton ut solet ad ipsum facinus reuocamus, ut 'sacer cruor' pro sacra id est execrabili caede effuso dictum sit. sacrum autem et pro execrabili ueteres dixisse notum est. etiam apud Uergilium: Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames.

## EPODON CARMEN 8.

Rogare longo putidam te saeculo. in anum libidinosam scribit, quam aspernatur. est autem sensus: cum sis longae aetatis iam et ob id deformis ac putida, mirum est te desiderare conplexus meos, praesertim cum etiam sine iniuria uirium mearum hoc tibi prouenire non possit. 3 et rugis uetus frontem senectus exaret. Uergilianum est: Et frontem obscenam rugis arat. 6 uelut crudae bouis. crudam pro dura aut indomita uidetur dixisse. 9 uenterque mollis. mollem uentrem necesse est esse cute iam rugosa ac dissoluta. et femur tumentibus exile suris additum. ingeniosa descriptio. nihil enim tam deforme est, quam crassiores pedes esse infra genua quam supra. sed et illud signate quod additum dixerit, quia non † conuenienter in hac diuersitate tumoris et exilitatis. additum ergo, quasi applicita ibi haec aut adposita uideantur. 11 esto beata funus atque imagines ducant triumphales tuum: placeas tibi licet generositate ac diuitiis inquit, dum modo deformitatem hanc effu-

---

9 Aen. 3, 56 18 Aen. 7, 417

---

1 sic est. est enim *cod. Guelf.*: sıc enım est *M* 5 solent? 9 Quıd. N. m. pc. aurı sacra ſamas *M* 12 de *M* 14 ob id: ubı *M* 16 presentım *M* 22 esse cute *(Acr.)*: ess&e *M* 23 dıscrıptıo *M* 25 ıntra *M* 26 conueniunt ea? 27 addıta *M*

gere non possis. in funere autem nobilissimi cuiusque solebant praeferri imagines maiorum eius, quod adhuc obseruari uidimus in funeribus principum. 15 quid quod libelli Stoici inter Sericos iacere puluillos amant. significat illam uindicare sibi studium philosophiae et ob id cum libro frequenter esse ad tegendam scilicet libidinis uilitatem. 17 inlitterati non minus [non minus] nerui rigent. quid prodest, inquit, ostentare te litteratam esse, cum nihil te hoc adiuuare possit ad erigendum mihi penem, qui litteras nescit nec earum studium habet. neruos pro uirili membro dixit. et est ordo 'non minus rigent nerui'; et 'rigent' pro 'frigidi sunt' accipe ac per hoc: lenti et marcentes. 18 minusue languet fascinum. aeque pro uirili parte posuit, quoniam prae fascinandis rebus haec membri deformitas adponi solet.

## EPODON CARMEN 9.

Quando repositum Caecubum ad festas dapes: ad hoc repositum, ut non nisi ad festas epulas proferretur. 2 uictore laetus Caesare. ut ex inferioribus apparebit, eam uictoriam Caesaris Augusti significat, quam de Antonio et Cleopatra quaesiuerat.

3 tecum sub alta sic Ioui gratum domo beate Maecenas bibam: ut nos ob uictoriam Caesaris laeti epulemur, quippe cum ipse *Iuppiter* auctor sit eius uictoriae. 5 sonante mixtum tibiis carmen lyra hac Dorium illis barbarum. nimirum 'tibiis barbarum'. diximus autem et supra tres esse species apud Graecos omnium modorum, Ionicum Lydium barbarum. 7 ut nuper actus cum freto Neptunius dux fugit ustis nauibus. ut nuper

---

28 ad O. 4, 15, 30

---

3 uidemus ς 5 puluınos *M* 7 utılıtatem *M* 9 lıtteram *M* 10 poss& *M* 15 prae fascinandis *nos* praefascinandis *M* ς 19 dapes: dare *M* 21 apparabıt *M* 23 domum . . mecenas *M* 25 Iuppiter *addidi* 27 ac *M* 28 tybıs barbar. *M* 29 modorum *nos:* rerum *M,* carminum ς

'bibimus' subaudiendum, cum Sextus Pompeius freto Siciliensi uictus fugatusque est. Neptunium autem ducem Sextum Pompeium noli simpliciter dictum accipere quasi quod in mari dux fuisset, sed quod ad eam stultitiam processisset inflammatus pro marinarum rerum felicitate, ut Neptuni filium se diceret et cyanea ueste obduceretur. 9 minatus urbi uincla quae detraxerat seruis amicus perfidis. et supra diximus Sextum Pompeium etiam fugitiuis in Sicilia sollicitatis classem armasse. 11 Romanus eheu posteri negabitis emancipatus feminae. qui non intellegunt, putant inportunum transitum repente a Sexto Pompeio ad Antonium factum, nescientes redire poetam ad initium eclogae, ubi ait uictore laetus Caesare, ubi 'de Antonio ac Cleopatra uictore' uult accipi. deinde in conparationem praesentis laetitiae mentione facta Sexti Pompei et fugae eius refert se ad id quod coeperat *et* exsequitur turpitudinem, quae Antonii partiumque eius fuit. 11 eheu posteri negabitis. non credent, inquit, posteri Romanos milites uelut dotales Cleopatrae datos. tam foeda sunt haec, ut non uideantur ab ullo Romano admitti potuisse. ordo est autem: Romanus miles. 13 et spadonibus seruire rugosis potest. adiuuandum hoc pronuntiatione, ut et rei indignitas et indignatio dicentis exprimatur. 16 sol aspicit conopium. conopium quasi retis genus est ad culices prohibendos, quo maxime Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices habundant. 17 ad hunc frementes uerterunt bis mille equos Galli canentes Caesarem. † eadem gallis. significat autem equitum Gallorum duo milia ab Antoni partibus ad Caesarem trans-

---

1 bibimus: urbıbus *M* 2 sıcılıens sı *M* 8 seruus *M* 10 romanos *M* 14 egloge *M* uıctore. l. c. *M* 15 ac: a *M* 16 deinde in *nos:* deın *M* conparatıone presentıs presentıs *M* 17 referat· sed ıd *M* 18 et *addidi* 21 mılıtas *ex* mılıtıas *corr. m. 2. M* cleopatra *M* 23 & spadonıbus *etc. lemma distinxi ab eis, quae antecedunt* 27 est ad *nos:* & ad *M* 28 ibi: bı *supra* b *scripta* h *M* 30 bıs *ex* bıl *M*

fugisse. quorum mentio ideo facta est, ut Romanos qui sub praepositis spadonibus aequo animo militarent magis oneraret per comparationem Gallorum, qui hoc dedignati ad Caesarem se contulerunt. 19 hostiliumque nauium portu latent puppes sinistrorsum citae. ordo est: puppes hostilium nauium latent portu. ac locutionem adtende mirandam *συνεκδοχὴν* et *περίφρασιν*. sinistrorsum citae autem quod dixerit, manifestum est Alexandriam uersum esse. intellegendum autem e littore Epiri, ubi pugna naualis cum Antonio fuit. si Italiam petas in dextra eas necesse est, si Alexandriam in sinistra. 21 io triumphe tu moraris aureos currus. quasi deum inuocat triumphum. tu, inquit, moraris currus, qui iam parati sunt; tandem ueni. 22 et intactas boues id est: indomitas. feminino autem genere boues non sic dixit, quasi feminis tantum triumphantes sacrificent, sed quia nescio quid gratius feminino genere boues quam masculino dicuntur. denique et Uergilius: Ille meas errare boues ut cernis. 23 io triumphe nec [in] Iugurthino parem bello reportasti ducem. non tanta, inquit, gloria Gaius Marius de Iugurtha triumphauit. 27 terra marique uictus hostis punico lugubre mutauit sagum. sagum hoc est: deposuit coccinam chlamydem Antonius, qua scilicet ut imperator utebatur et accepit lugubrem id est nigram. et utrum ob luctum uictarum partium hoc facit an ut in fuga lateat? 31 exercitatas aut petit Syrtes noto. *non* 'noto petit', sed 'exercitatas noto'. nam et alibi ait Undas exercet auster. 32 aut fertur incerto mari. *ἀναφορὰ*

---

19 Buc. 1, 9 30 Od. 4, 14, 20

---

3 honerar& *M* 5 *et* 8 sınıstrosum *M* 6 hostıum *M* 7 portu; ac locutionem (*fort. rectius* portu, qua in locutione) *nos:* portuq; adlocucıonem *M* 15 tandem *Pauly:* tantum *M* 18 nescıo qđ *(quod) M* 20 ılla *M* 22 tantam ınquıd glorıam *M* 23 maıus, m *sup.* ı *posita, M* 25 choccınam clamıdem anthonıus *M* 30 sed exercıtas *M* 31 aut: au *M*

ad ipsum, id est: ipse fertur incertus consilii. 35 uel quod fluentem nauseam coherceat metire nobis Caecubum. quia austerissimum est Caecubum uinum, merito nauseam cohercet; et metire, inquit, quia cyatho hauriebatur ex cratere uinum.

## EPODON CARMEN 10.

Mala soluta nauis exit alite ferens olentem Maeuium. hic est Maeuius inportunissimus poeta quem et Uergilius cum simili contumelia nominat Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maeui. olentem autem pro putido dictum accipe. est enim *σχῆμα λιτότης*. mala alite hoc est: malo auspicio. et adtende alitem hic feminino genere dixisse, alibi masculino Qualem ministrum fulminis alitem.

3 ut horridis utrumque uerberes latus Auster memento fluctibus. iucunde, quasi uento praesenti praecipiat. et utrumque latus nauis utique intellegendum est. 5 niger rudentis Eurus inuerso mari. quid est inuerso mari? an contrariis fluctibus? 10 qua tristis Orion cadit: qua nocte scilicet. 13 cum Pallas usto uertit iram ab Ilio in impiam Aiacis ratem. hoc ex Uirgilii lectione satis notum est. 17 et illa non uirilis eiulatio. eiulatio potius id dicitur, quod est quasi gemitus flentis. *τρόπος ὀνοματοποιία*. 19 Ionius udo cum remugiens sinus Noto carinam ruperit. udo autem Noto, hoc est, aquoso ac pluuioso. 21 opima quodsi *praeda* cu uo littore. opimam praedam corpus ipsius Maeuii intellegamus, ex quo apparet eum pinguem fuisse.

---

10 Buc. 3, 90 14 Od. 4, 4, 1 22 cf. Aen. 1, 39

---

5 ciatho *M* 9 cum si *in corr m. 2.*; milia contumelia nominat *m. 2. s. l. M* 10 uauium *M* oditam&, *in corr. m. 2. M* 19 est euerso *M* 21 iusto *M* 22 uirgilii leccione *M* 24 quod: qui *M* 25 ONOMATOΠNOIЄIA *M cf. ad AP 113* 27 aquosa *M* 28 curbo *M* 29 Maeuii: melius *M* eum: ut *M*

## EPODON CARMEN 11.

Petti nihil me sicut antea iuuat. Pettium contubernalem adloquitur indicans occupato sibi amore Lycisci pueri non libere uersus scribere. 5 hic tertius December ex quo destiti Inachia furere siluis honorem decutit. siluarum honorem folia arborum et Uergilius dixit Frigidus et siluis aquilo decussit honorem. re uera autem mense fere Decembri spoliantur arbores foliis. 7 *heu me per urbem, nam pudet tanti mali, fabula quanta fui.* *ordo est:* eheu me, per urbem quanta fabula fui. hoc autem quasi iuxta sepositum inlatum est nam pudet tanti mali. quod ideo intulit, ut ostenderet, cur ingemuisset. 9 in quis amantem languor et silentium arguit. 'arguit' media syllaba producta pronuntiandum, quia praesentis temporis est. 10 et latere petitus imo spiritus. *latere peti* spiritum non pectore ait, quoniam in suspirando constat latera laborare. 11 contrane lucrum nihil ualere candidum pauperis ingenium. contra lucrum: contra studium lucri id est contra auaritiam. sensus autem: querebar tibi plorans, quod candor animi mei et honesta simplicitas sine datis nihil gratiae haberet apud auaram puellam. 12 querebar adplorans tibi simul calentis inuerecundus deus feruidiore mero arcana promorat loco. ordo est: simul inuerecundus deus calentis arcana promorat loco. et utique 'amore calentis' accipiendum. sensus uero hic est: cum ebrietas seueritatem pepulerat pectore meo, tum ego

7 Georg. 2, 404

4 uersos, u *s. l.* *M* 5 tercıus decerber . . destıtıt ınachaıa *M* 6 honorem folia: arborum folıa *M* 9 *haec addidi* 12 iuxta sepositum *nos* (= per parenthesin inlatum): ıuxta se posıtum M ς, huic *et* posito *Pauly suspicatur* 15 arguı medıa syllabe producte *M* 17 spiritum ⟨latere peti⟩ *uulgo supplent* 18 quoniam *nos:* quam *M* quia *uel* quod ς 23 datıs *M:* diuitiis ς 25 archana promırat *M* 27 archana *M* 29 meo: ın eo *M*

amoris mei iniuriam flens apud te querebar. inuerecundum ergo deum Liberum uult intellegi, quod inuerecundum sese per uinulentiam faceret. 15 quodsi meis inaestuet praecordiis libera bilis. confundit lectorem uarietas elocutionis. ab obliqua enim oratione transit ad rectam. nam supra oblique dixerat querebar tibi nil ualere candidum pauperis ingenium, at haec iam recta quodsi meis inaestuet praecordiis et cetera. 18 desinet inparibus certare summotus pudor. inparibus: aemulis scilicet qui largiri multa possunt, cum ego non possim. inparibus autem certare per datiuum casum figuratum est, ut apud Uergilium: Tibi certat Amyntas. 19 ubi haec seuerus te palam hoc est: seuere dixeram adrogans mihi constantiae laudem. 20 iussus abire domum: a te scilicet.

22 quibus lumbos et infregi latus. ordo est: lumbos et latus. 25 unde expedire non amicorum queant libera consilia. bene libera, quia ueri amici libere solent delicta amicorum *accusare* studio emendationis. 26 nec contumeliae graues: non iam amicorum, sed ipsius pueri, qui amatur. 28 aut teretis pueri id est: teretia crura aut brachia habentis. teres autem in longum rotundus dicitur.

## EPODON CARMEN 12.

Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris. in mulierem foedam atque anum haec scribit. barri autem elephanti dicuntur, unde et uox eorum barritus appellatur. porro autem elephanti feruntur auersi coire, ex quo uidetur poeta dicere cum his eam

---

13 Buc. 5, 8

---

4 meus *M* liberalis confudit *M* 8 at: ad *M* 12 possim. paribus *M* 13 certat, a *in* e *corr. m. 1. M* 17 latos ordo *M* 20 accusare *ex fragmentis cod. Schaeftlarn. Horatii addidi* 21 emandationis *M* 23 terretis *M* terretia *et* terres *M* 24 rutundus *M* 28 elefanti *bis M*

concumbere debere, quia illam non uideant, propter deformitatem ipsius. 3 nec firmo iuueni hoc est: nec ualido qui sufficere libidini tuae possim. 3 neque naris obesae hoc est: neque occlusae naris ut possim putorem corporis tui ferre. 5 polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis. polypus non in alis, sed in naribus intellegendus. 7 qui sudor uietis et quam malus undique membris crescit odor. ordo est: uietis membris. uieta autem dicuntur ex necessitate contorta, ut Terentius ostendit Uietus, ueternosus, senex [necessitate contorta].

7 malus undique membris. hoc iam pronuntiandum uel efferendum cum admiratione. 8 cum pene soluto indomitam properat rabiem sedare. aspere. cum ex fastidio tui penis languit, tu tamen cupiens libidini tuae satisfacere, dum moueris, sudas delauasque cretam et stercus crocodili, quibus faciem fucare consuesti. 11 iamque subando tenta cubilia tectaque rumpit. subare proprie sues dicuntur cum libidinantur. inde iam translatio facta in cetera animalia. tenta autem cubilia lectum dicit restibus siue fasciolis subtentum. 13 uel mea cum saeuis agitat fastidia uerbis. uel illud eius quale est, cum me quasi per blanditias corripit, quod fastidio cum ea concumbam inputans quod excitatiorem uenerem cum Inachia amica quam cum ipsa agam. 16 pereat male quae te Lesbia: quae te inertem monstrauit mihi quaerenti taurum. taurum autem pro ualido ac forti concubitu dixit. 18 cum mihi Cous adesset Amyntas hoc est: cum non deesset

---

11 Eunuch. 4, 4, 21

---

1 concumbure, bu *in corr.*, *M* 2 fımò *M* 3 possim *nos ex Acr.*: possıs *M* possit ς 4 nares *M bis* 5 *lemma m 1. in margine addidit M* 10 ex senectute? ex uetustate *Pauly* terrentıus ost Uı&os *M* 13 admıra *in extrema linea M* 15 languet ς 16 lıbıdın&ue *M* 17 crucodılui *M* 18 cubılı *M* 22 seuıs *M* 23 illud ait quale ς 25 concubam *M* 26 ınachımıca, a *s. l.*, *M* 29 concubıto *M* concubino?

mihi salacissimi adulescentis occasio. 21 muricibus Tyriis iteratae uellera lanae. purpuram Tyriam significat, quae iterum id est bis tingi conchylio dicitur. unde hodieque dibaphus appellatur. 23 ne foret aequalis inter conuiua magis quem diligeret mulier sua quam te. blanditur dicens magnopere festinans illi pretiosis purpuris uestem conficere, ut ex hoc inter contubernales eius probaret, quam ualde illum diligeret.

## EPODON CARMEN 13.

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres. hortatur contubernales, ut, quoniam caelum pluuium *sit* nec quicquam agi possit, in conuiuium secedant. caelum autem pro nubibus accipe, et 'contraxit' in unum coegit ac per hoc 'densa fecit' intellegendum. 1 et inbres niuesque deducunt Iouem. suauiter, quasi cum imbribus ad terras Iuppiter descendat. 3 rapiamus amici occasionem de die. utrum occasionem quae de die pluuio incidit, an ut 'conuiuia de die' dicebantur a primo mane coepta. 5 obducta soluatur fronte senectus. obducta id est: in rugas contracta, ac per hoc, seuera et tristis. sic ergo et senectutem pro grauitate ac seueritate accipe. 6 tu uina Torquato moue consule pressa meo. praecipit uina proferri Manlio Torquato consule defusa, quo anno ipse natus sit, quod et alibi amphoram adloquens ostendit sic dicens O nata mecum consule Manlio. ad hoc ergo pertinet quod *dicit* Manlio Torquato meo. 7 deus haec fortasse benigna reducet in sedem uice.

29 Od. 3, 21, 1

1 sagacıssımı *M* 3 q; *s. l. M* conchılıo *et* dıafus *M* 5 conuıuıa *M* 6 mulıer . . blandıtur *s. l. M* 7 festinantius *Hauthal* 8 contubernalem *M* 13 sit *addidi* nequıcquam *M* 15 densum *uel* densas ς 16 nubesque *M* 19 quae: quı *M* 21 fronte *s. l. M* 25 mallıo *(ter) M* 26 diffusa ς 27 amforam & loquens ost̄ *M* 29 *sch. u. 7 post sch. u. 11 est in M*

sensus est: haec de quibus sollicitus es fortasse benignus restituet tibi deus, qui uices rebus humanis constituit. 9 et fide Cyllenea id est: chorda quam Mercurius inuenit, ac per hoc, lyra. 11 nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno. Chiro scilicet Centaurus alumno id est Achilli. 15 unde tibi reditum certo subtemine Parcae rupere. tale est et illud Extremaque Lauso Parcae fila legunt. 16 nec mater domum caerula te reuehet. per matrem Thetidem atque ex hoc metonymicos mare intellegamus.

## EPODON CARMEN 14.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis obliuionem sensibus. ad Maecenatem loquitur. significat illum frequenter de se quaerere, cur neglegat carmina scribere. deinde quasi interrogationes eius uolens effugere amorem causatur. 7 inceptos olim promissum carmen iambos ad umbilicum adducere. σχῆμα ἐπεξήγησις: iambos carmen. utrum 'olim promissum' an 'olim inceptos', ambiguum est. 8 ad umbilicum adducere pro 'finire et consummare' quia in fine libri umbilici ex ligno aut osse solent poni. 9 non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium. adtende per ablatiuum dictum arsisse Bathyllo, cum et hic saepe *et* Uergilius per accusatiuum dixerit Formonsum pastor Corydon ardebat Alexin. 12 non

---

8 Uerg. Aen. 10, 814 26 Buc. 2, 1

---

3 fides cyllenaea *M* corda *M* 5 cec. gr. *M* 7 subtegmine *M* 8 laus *s. l. M* fılıa *M* 9 cerula . . reuehıt *M* 13 tantum *M* 15 frequentem *M* 17 olym *M* 19 ΕΦΕΞΗCΙC *M* utrum olym *M* 23 alıo . . dıcuntur *M* 24 bacyllo, h *s. l., M bis* Teium: eum *M* 25 et hic saepe et *nos:* & hıs saepe *M fort. rectius* et hic ipse *(cf. sat. 1, 1, 5. od. 1, 30, 7)* et, *cum Horatius non nisi hic et od. 4, 9, 13 et Vergilius Buc. 2, 1 accusatiuo casu usus sit* 27 corıdon *M* nonnelaboratum *M*

elaboratum ad pedem. hoc ideo quia, ut supra ostendimus, lyrici poetae, prout libet cuique, uersus sibi fingunt. 13 ureris ipse miser. Maecenati hoc dicit, quia et ipse Terentiam dilexit, cuius et supra sic meminit Manum puella sauio obponat tuo extrema et in sponda cubet. 13 quod si non pulcrior ignis accendit obsessam Ilion gaude sorte tua. in honorem Maecenatis gratificatur laudem Terentiae, Helenae eam comparans. hoc autem ait: si non fuit Helena speciosior, iucunda haec miseria est. et accendit Ilion ad amorem magis pertinet *quam* ad ignem quo Troia cremata est. nec inmerito dicitur, quia ipse amor ignis solet dici.

## EPODON CARMEN 15.

Nox erat et caelo fulgebat luna sereno inter minora sidera. queritur de Neaera, quod non seruet fidem iurisiurandi, quo se obstrinxerat semper cum Horatio uicturam. deinde horrendum ipsum iusiurandum uult facere: noctis silentium erat, inquit, serenum caelum, luna lucebat. 3 cum tu magnorum numen laesura deorum. ad euentum refert numen laesura deorum, quasi cum iuraret iam perfidiam fallendi in animo haberet. 4 in uerba iurabas mea hoc est: † mea. per cum uerba concepta iurisiurandi. 6 lentis adhaerens brachiis: mihi adhaerens amplexu brachiorum, cum haec iurares.

7 dum pecori lupus et nautis infestus Orion. huic simile est

In freta dum fluuii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet.

---

5 Epod. 3, 21 29 Uerg. Aen. 1, 607

---

1 ut: & *M* 2 cuique: cuiusq; *M* quoscumque ς 8 inonorem . . terrentiae *M* 10 spatiosior *M* 12 quam *addidit Pauly* quo: quod *M* 18 oratio *M* 21 nomen *M* 24 me praeeunte uerba? 25 iusiurandi *M* 27 infestis *M*

12 nam si quid in Flacco uiri est id est: si quid uirile Flaccus in se habet. 13 non feret adsiduas potiori te dare noctes. potiori non ex sua persona Flaccus dixit (neque enim riualem sibi suum praefert) sed qui apud te potior est. 15 nec semel offensae cedet constantia formae: qua semel offensa est. id est: nec uincetur constantia mea a tua forma, quominus illam contempnat ac relinquat, *si* indignationem certam concepero. 17 et tu quicumque es felicior. ad riualem hoc dicit. 17 atque meo nunc superbus incedis malo id est: tibi placens ac gloriosus. 19 sis pecore et multa diues tellure licebit. etiam diuitiis felix sis praeter amore Neaerae. 20 tibique Pactolus fluat id est: abundes auro, quia Pactolus fluuius aurum ferre dicitur. 21 nec te Pythagorae fallant arcana renati id est: licet doctissimus sis. quare autem renatus Pythagora dicatur, notum est et supra diximus. 22 formaque uincas Nirea. hunc quoque supra rettulimus formosissimum ab Homero praedicari hoc uersu: *Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.* 23 heu translatos alio maerebis amores. ingemescit iam uicem illius qui relinqui maerebit. 24 ast ego uicissim risero. risero modo coniunctiuo dicitur tempore futuro, ut est illud Terentianum Uxori tibi opus esse dixero.

## EPODON CARMEN 16.

Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas. queritur in hac ecloga, quod bellis ciuilibus nullus

25 Phorm. 4, 3, 76

6 offensa *M* 8 quomınaısılla *M* 9 *fortasse non* si *addendum fuit, sed noui scholii lemma:* si certus intrarit dolor 11 superbıs *M* 12 pecıore *M* 13 dıutıus *M* 14 amorem ς pactulus *M* 16 pıthagore . . archana *M* 19 nerea *M* 21 NH·PEIC *et* IλIONNΛΘEN *M* 22 merebıs *M* 23 maerebit *nos:* meruıt *M* 26 uxore . . est *M* 29 egloga *M*

finis inponatur. altera aetas ergo ait alterum saeculum. suis et ipsa Roma uiribus ruit. hoc est, quod Titus Liuius ait Ut magnitudine laboret sua. 4 minacis aut Etrusca Porsennae manus. Porsenna rex Etruscorum. 5 aemula nec uirtus Capuae. aemula, inquit, quia imperium ereptum iri Romanis sperauit. 6 nouisque rebus infidelis Allobrox. hoc ad tempus illud refertur, quo Catilinae factio coniurauit et paene legati Allobrogum illis consenserunt. 7 nec fera caerulea domuit. caeruleos Germanos ad colorem oculorum referens dixit. 9 impia perdemus deuoti sanguinis aetas. hic cluditur πεϱίοδος inde coepta quam neque finitimi ualuerunt perdere Marsi. et deuoti sanguinis pro 'abominati atque execrati' dictum est. 10 ferisque rursus occupabitur solum. ingemescit tam desertum futurum solum urbis Romae, quam fuerit antequam ipsa Roma conderetur. 11 barbarus heu cineres insistet uictor et urbem. non bella barbara execrabatur, sed ciuilia. quomodo ergo dicit? ni forte ait futurum ut reliquias attritas bellis ciuilibus urbis Romae barbari inuadant. 13 quaeque carent uentis et solibus ossa Quirini. hoc sic dicitur, quasi Romulus sepultus sit, non ad caelum raptus aut discerptus. nam Uarro post rostra fuisse sepultum Romulum dicit.

15 forte quid expediat communiter aut melior pars malis carere quaeritis laboribus. subdistinguendum. hoc enim interrogatiua figura

---

3 In praefatione

---

1 ergo ait *nos:* ergo ıd *M,* ıd est ς 2 lıbıus *M* 4 aut: ab M 6 ereptu ırc *M, fort. recte scripserunt* ereptum ire *cf. Neue, Formenlehre d. lat. Sprache II, p. 289* 9 allobrugum . . consenserat *M,* consenserant ς 10 ne fera cerulus la domuıt *M* 16 *schol. u. 10 post schol. u. 17 est in M* 20 barbara *nos:* bar *M,* barbarica ς 24 sı *M* 25 *propter ineptias editorum adscribam necesse est locum Liuii 1, 16, 4:* fuisse credo tum quoque aliquos qui *discerptum* regem patrum manibus taciti arguerent. 29 hoc *nos:* hec *M*

dicitur. ait autem: fortasse aut omnes communiter aut certe melior pars quaeritis carere malis laboribus. melior ergo pro eo quod est ‘maior’ dictum est sicut apud Uergilium: Nunc adeo melior quoniam pars acta diei est. 17 nulla sit hac potior sententia Phocaeorum. elocutionis sensus sic est ordinandus: si quaeritis, quid uobis agendum sit, accipite consilium, ut nulla sit potior uobis sententia, quam eatis quocumque pedes uos ferent, uelut Phocaeorum ciuitas profugit exsecrata agros atque lares patrios fanaque reliquit habitanda apris et rapacibus lupis. Phocaei autem relicto patrio solo in Galliam uenerunt Massiliamque urbem condiderunt. 21 ire pedes quocumque ferunt. hoc superioribus iungendum est nulla sit hac potior sententia, quam eatis quocumque uos pedes ferunt. 23 sic placet an melius quis habet suadere secunda. sic placet: interrogatiue pronuntiandum est. sensus: hoc nempe placet an numqui uestrum habet melius quod suadeat. et adtende figuram elocutionis an melius quis [que] habet suadere. ‘suadere’ enim uerbum loco nominis positum est pro suadela, quia sic accipiendum: an quis habet meliorem suadelam.

23 secunda ratem occupare quid moramur alite. hoc iam hortatiue dicitur, quasi non proferendo meliorem suadelam confessi sint optimum consilium esse proficiscendi. secunda autem alite ‘prospero auspicio’ dicitur ut supra. 25 sed iuremus in haec simul imis saxa renarint uadis leuata ne redire sit nefas. per hoc reuertendum non esse dicit. nec enim saxa umquam renabunt. 27 ne conuersa domum pigeat dare lintea quando Padus Matina lauerit cacumina. ne radices quidem Matini

4 Aen. 9, 156

5 est *om. Uerg. codd.* nullas *M* potior: melıor *M* foceorum *M* 9 &atıs *M* focaeorum *M* 11 relıquıd *et* apıs *M* 12 focenı *M* 20 suad& *M* 21 uadere enım *M* 22 est est *M* 25 ortatıue *M* 29 renarıt *M* 32 pigeat: lıceat *M*

montis contingere Padus potest, nedum cacumina, quippe cum Padus Galliae sit, Matinus Calabriae. per auxesin ergo uidetur reditum exsecrari. 29 in mare seu celsus procurrerit Appenninus. Appenninus mons per mediam Italiam porrigitur longe a mari. sed eleganter dixit in mare procurrerit id est promunturium fiet. 31 mirus amor iuuet ut tigres subsidere ceruis. ipse ex subiectis ostendit quam mirus. 32 adulteretur et columba miluo. iucunde adulteretur, quia dicitur columba nulli alii succumbere, quam cui se semel iunxit, nisi forte ad id rettulit, quod diuersum animal sit miluus ac columba.

33 credula nec flauos timeant armenta leones. non 'quae semper credula sunt' sed 'in hoc credula facta ut se leonibus committant'. 34 ametque salsa leuis hircus aequora. duplex diuersitas, ut et amet aequora hircus id est ut in mari moretur et ut leuis fiat, cum alioquin setosus sit. 35 haec et quae poterunt reditus abscindere dulces eamus omnis exsecreta ciuitas. ordo: 'haec exsecrata' pro: hac execratione id est iureiurando interposito. et est figurata elocutio 'eamus ciuitas' ut Pars in frusta secant. dulces autem reditus non de his dicit (quippe tantum abhorrent eos), sed qui alioqui dulces solent esse. 37 aut pars indocili melior grege mollis et exspes inominata perprimat cubilia: aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quae mollis animi ac sine spe est expersque uirtutis. fere autem imperitorum ac dete-

22 Uerg. Aen. 1, 212

2 matinas *M* 3 auxsesin *M* 5 porrigi *M* 6 procurret *M* 7 iubet et tygres *M* 9 myrus *M* 11 occumbere *M*, concumbere ς cui: quui *M* 13 nec flauos: ne raus *M* 16 hyrcus equora *M* 17 aequora hyrcus *M* et ut: quo *M* 19 abscidere . . omnes *M* 21 pro hac *nos ex Acr.*: propter *M* 24 quippe tantum *nos*: quippecaut cum *M*, quippe cum abhorreant ς *fort. rectius* 26 expers . . perpremat *(sic) M* 27 ut pars *M*

riorum maior modus est [hoc est in melioribus uictor] ut ait ille *Τὰ χερείονα νικᾷ.* 38 inominata perprimat cubilia. inominata numquid sic dictum est, ut 'abominata' solet dici, an quasi 'nullo omine ac nulla religione condita et ideo infelicia'. 41 nos manet Oceanus circum uagus arua beata. ordo est: Oceanus circum arua beata uagus. fortunatas autem insulas significat; et bonum *ἐπίθετον* 'Oceanus uagus'. 44 et inputata [fronde] floret usque uinea. bene 'usque', quasi 'semper'. aut numquid pro 'ualde' positum, quasi 'ualde frondet' ac per hoc 'fertilis est'? 45 germinat et numquam [fal. depositum] fallentis termes oliuae. termes appellatur proprie caulis olearum arborum. numquam fallentis autem non est perpetuum epitheton oleae, sed 'ibi' numquam fallentis. 46 suamque pulla ficus ornat arborem. eleganter 'et suam ornat'. suam enim ad illud pertinet, ut non insertas arbores fici sed sponte natas intellegamus. sic enim e contrario Uergilius cum de insitiuis arboribus loqueretur ait Miratastque nouas frondes et non sua poma. deinde quoniam alibi fici, quae sponte nascuntur, durae atque inelegantes solent esse, hic ait ficus ornat arborem, ut pulcram et gratam nasci ostenderet. pullam autem nigram significat, sicut Uergilius ait Ne maculis infuscet uellera pullis nascentum. unde et pullam uestem appellamus. 48 leuis crepante lympha desilit pede. poetica elegantia dictum et 'leuis lympha' et 'crepante pede desilit', simul et sonus uersus imitatur

---

2 Hom. Il. 1, 576 20 Georg. 2, 82 26 Georg. 3, 389

---

1 *interpretationem deleui, quae ut saepe (cf. epod. 5, 47. od. 4, 14, 20.) ante locum laudatum illata est* 2 *τα nos:* &cct *M* *επει τα* ς ΧϵΡΙΟΝΑ *M* 3 perpremat *M* 6 oceamus *M bis* 12 falde positum *e priore scholio illatum est* 13 termıs *M* 16 sıbı *M* pullam *M* 17 &: ait? 18 insitas *uel* insitiuas ς 21 mıratasq; *M* miraturque *Uerg. codd.* 27 apellamus *M*

uelocitatem et strepitum aquae currentis. 50 refertque tenta grex amicus ubera. bene amicus, quia refert praedixerat, ut sponte uenire ad mulctra ibi intellegamus. 53 pluraque felices mirabimur. plura quam supra dixi. deinde infert, quae sint haec plura. 56 utrumque rege temperante celitum: ut nec nimia pluuia humum radat nec rursum siccitas urat. 57 non huc Argoo contendit remige pinus neque inpudica Colchis. Medeam significat, quae Iasonem prosecuta cum Argonautis nauigauit; per quod significat ueneficia ibi ignota esse. 59 non huc Sidonii torserunt cornua nautae laboriosa nec cohors Ulixei. subaudiendum: si enim huc uenissent, nollent recedere. per Sidonios autem Cadmum Thebarum conditorem uult intellegi. Ulixei: metri causa separatio id est diaeresis facta est, ut materiai et pictai solet dici; nisi forte ita declinauit ut 'diei'. nam utrumque nomen uidemus producta syllaba terminari. ita et paulo post Achillei dixit. 63 Iuppiter illa piae secreuit litora genti hoc est: ad hoc secreuit, ut pia gente habitarentur. 65 quorum piis secunda uate me datur fuga: quorum saeculorum, scilicet aerei ac ferrei, fuga uobis piis datur a me uate, id est, datur uobis consilio meo, ut effugiatis pessuma saecula.

## EPODON CARMEN 17.

Iam iam efficaci do manus scientiae. in hac ecloga figurate cum Canidia agit. nam quasi satisfaciat, lacerat eam eleganti urbanitate. scientiae:

---

17 *materiai* Lucretius non uno loco dixit, *pictai* Uerg. Aen. 9, 26

---

1 equę *M* 2 rex *M* 3 quia *nos:* quı *M* 4 ibi *nos:* ıd *M* 7 humum: unum *M* 9 pıus *M* colcıs, h *m. 2. s. l.*, *M* 10 ıosanem persecuta *M* 11 beneficıı· abıgnota *M* 13 cohros *M* 16 separıtıo *M* 19 sıllaba *M* 24 pırs *M* 25 secula *M* 28 egloga *M* 29 scıentıa abeneficıorum *M*

ueneficiorum scilicet intellegendum. 2 supplex *et* oro regna per Proserpinae. eleganter quasi per deas ipsius eam orat, quia ueneficae Hecaten colunt. 3 *per et Dianae non mouenda numina. ordo:* per Dianae numina non mouenda, hoc est: non lacessenda ut moueantur id est irascantur. 4 per atque libros carminum ualentium. ordo: atque per libros carminum; ipsius autem Canidiae dicit. 6 parce uocibus tandem sacris. uocibus: uerbis. dilogos nunc dicitur sacris, quia sacrum et religiosum et execrabile significat. 7 citumque retro solue, solue turbinem. retro solue id est, quod crebrius 'resolue' dicimus et citum id est cito solue. turbinem autem dicit, quod quasi obligauerit mentem eius. 8 mouit nepotem Telephus Nereium. exempla adfert, quibus ostendat etiam inimicos precibus eorum quibus irati erant ad miserationem adductos. nota autem historia est, Telephum ab Achille uulneratum esse fragmentoque hastae, qua uulneratus erat, ab eodem Achille curatum. 12 homicidam Hectorem. aliter homicidam Hectorem esse dixit, quam uulgo dicitur. nunc enim pro uiro forti dictum, qui multos in bello occiderit. 14 heu peruicacis ad pedes Achillei. de hac diuisione in superiore ecloga locutus sum circa nomen Ulixis. peruicaces autem dicuntur, qui in contentione usque ad peruincendum perseuerant. 20 amata nautis multum et institoribus. amata uocatiui casus est: o amata. sed et hoc urbanissima contumelia dicitur quasi sub illa laude, quod adeo pulcra sit ut a multis ametur. 21 fugit iuuentas

---

24 Epo. 16, 59

---

3 ueneficıe ecaten ın colunt *M* 4 *lemma addidi* 7 ualentınum *M* 9 uocibus uerbis: duobus uerbıs *M* dilogos *nos:* dıalogus *M cf. ad serm. 1, 10, 36* 12 crebrius *Hauthal:* urebıus *M* 15 talefus nereı . dum *M* 17 eratı, e *in* ı *corr., M* notum *M* 18 talefum *M* 19 fragmentumq; haste . aqua *M* 20 haectorem *M bis* 23 achıllı *M* 24 egloga *M* 25 ulıxı, s *add. a m. 2. M* 30 ıuuentus *M*

et uerecundus color. sibi dicit Horatius haec fugisse per cruciatum, quem de carminibus illius patiatur. uerecundum autem colorem eleganter pro rubore dixit, ex quo significat se pallere. 23 tuis capillus albus est odoribus. nunc ostendit, quare supra dixerit fugit iuuentas. 24 nullum a labore me reclinat otium. laborem animi uult intellegi, quasi quibusdam tormentis animi per ueneficia illius crucietur.

25 neque est leuare tenta spiritu praecordia. figurata elocutio neque est leuare pro: neque contingit ut leuentur. 28 Sabella pectus increpare carmina. ipsis, inquit, malis adductus sum, ut credam Sabellis carminibus defigi mentes humanas. Sabella autem carmina pro Marsis posuit et neniam pro incantatione. alioquin nenia proprie carmen est, quod mortuis cantatur. 35 cales uenenis officina Colchicis. ipsam mulierem officinam uenenorum diserte dixit. Colchicis autem manifestum est propter Medeam dici. 36 quae finis aut quod me manet. stipendium quasi tributum uult intellegi, quod apparet ex eo, quod statim infert iussas cum fide poenas luam. 42 infamis Helenae Castor offensus uice et cetera. Stesichorum aiunt excaecatum esse, quod infamia carmina in Helenam fecisset. deinde oraculo admonitum palinodiam fecisse id est contrario carmine eam laudasse et lumina recepisse. 45 solue me dementia. ordo est: solue me dementia. nam et tu potes. 46 o nec paternis obsoleta sordibus. urbanissima obscure dicitur ironia; in contrarium namque accipienda haec. quis enim sic laudat, qui simpliciter agit: o quae non es sordidi generis nec ossa humana ad maleficia colligis et reliqua? 48

---

2 cruatum (cı *m. 2. s. l.*) *et* 8 cru&ur *M* 9 lauare *M* 10 contıgıt *M* 13 sabellos *M* 16 cholchıs *M* 17 *post* cholchıs *uidetur* cınıs *in M scriptum esse* 18 cholchıcıs medıum dıcıt *M* 19 que *M* 21 penas *M* 23 st&ıchorum *M* excecatum *M* 26 re· coepısse *M* 28 obseleta *M* 29 urbanıssıme obscure *M* urbanissima obscure *nos* urbanissime obscura ς

nouemdialis dissipare pulueris. cinerum reliquias uult intellegi. nam nouemdiale dicitur sacrificium, quod mortuo fit nona die, qua sepultus est. nec illud sine amaritudine est in superiore uersu, quod anum illam appellet, quae adhuc amari uelit. et adnotandum pluraliter dixisse pulueres. 50 tuusque uenter Pactumeius. cum per ironiam et haec dicantur, uult intellegi illam Pactumeium, qui filius eius existimabatur, subposuisse sibi, non peperisse. 50 et tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit utcumque fortis exilis puerpera. *lauit* secundum ueterem declinationem praesenti tempore dicitur. utcumque autem 'quotienscumque' significat. et est sensus: quotienscumque paris, puerperio sanguinatos pannos obstetrix lauat. sed illud argute dictum exilis fortis puerpera, quia fortem uult intellegi eo scilicet, quod non pepererit. exilem autem sub ea specie, quasi puerperio facta sit deformis per exilitatem corporis ac maciem naturalem, dicit. 53 quid obseratis auribus fundis preces. facit Canidiam respondentem. obseratis auribus suis dicit Canidia significans se preces eius nolle audire. 56 inultus ut tu riseris cotyttia uulgata sacrum liberi Cupidinis. uidetur Canidia commisisse Horatio secreta sacrificiorum suorum, quae ille ridens diuulgauerit. Cotyttia autem sacrum Cupidinis esse dixit, quia maleficia haec, quae per inferna sacra fiunt, ad amorem pertinere uult intellegi. et liberum Cupidinem dixit, quod quasi nulli sit obnoxius et omnes amore ludat. sic denique et apud Uergilium dicitur Patris qui tela Typhoëa temnis. Cotyttia sacra dicuntur, quae infernis diis a ueneficis fiunt, inde fortasse, quod Cocytus

30 Aen. 1, 669

1 *haec nos:* cınerelıquarum *M* cineres reliquiarum ς 2 nouemdıalıs *M* 3 mortuo *nos:* mortuıs *M* 5 apell& *M* 8 pactumeıus *M* 17 pererıt *M* 23 cotıtıa uulgatu *M* 25 deuulgauerıt cotıtıa *M* 26 cupıdını *M* 29 et omnes: ut omnes *M* amores *M* 30 patris summi qui *Uerg.* tıfoea *M* 31 cotıtıa M *Hauthal finem scholii deleuit*

fluuius sit inferorum. 58 et Esquilini pontifex uenefici. pontificem nunc quasi censorem ac iudicem dicit, quia pontifices de sacris iudicant. Esquilini autem merito, quia ut saepe ostendit extra portam Esquilinam, hoc est, [ubi] in aggeris regione ea sepulcra erant, inter quae noctibus illa malefica sacra conficiebat. 60 quid proderit ditasse Paelignas anus. fallit sensus hic, quasi Canidia dicat se Paelignas anus donis ditasse, ut ueneficiorum suorum artes se docerent; sed subiecta repugnant huic intellectui. ergo sic potius intellegendum: quid tibi prodest Horati adhibuisse tibi magnis mercedibus Paelignas anus, quae ueneficiis meis te per carmina liberarent.

61 ualociusue miscuisse toxicum, per quod tibi Horati mortem accerseris, ut tormenta uitae carminibus meis inrogata effugeres. 62 si tardiora fata te uotis manent: si tardius moreris, quam optasti. 64 nouis ut usque subpetas doloribus hoc est: ut subpediteris et quasi ministreris cruciatibus.

74 uectabor humeris tunc ego inimicis eques. quid est umeris uectabor? nisi forte subaudiendum extrinsecus 'iactantibus' aut quid tale. sic enim iactare humeros solent, qui gloriantes incedunt. quod si ita est, 'inimicis eques' iungendum erit, ut si diceret: equitans super inimicos meos. aut numquid humeris inimicis? quod si ita est 'inimicis uectabor humeris' intellegamus, quasi: super inimicorum meorum umeros ero ac sic uectabor atque equitabo. 73 fastidiosa tristis: uitae fastidiosa scilicet. et sunt ablatiui casus 'fastidiosa aegrimonia'. 75 terra

3 pontıficem *M* 4 portas esquılınas *M* 5 ubı *deleui:* ibi ϛ in aggeris regione ea *nos:* ın aggerıbus relıgıones. & *M cf. ad epo. 5, 100* 7 poelıgnas *M* 8 *et* 12 pelıgnas *M* 9 & benefıcıorum *M* 12 oratı *M* 15 mertem, n *sup.* r *scrip.*, *M* 17 uotıssı *M* 18 subpo&as *M* 19 supedıterıs . . cruatıbus *M* 23 humerıs *M* 24 equıs *M* 26 uectabor humeris *nos:* uectabor. uectemus *M* 27 ınımıcos meos. umeros *M* 29 trıstrıs *M* fastidiosa *Pauly:* fastıdıose *M*

cedet insolentiae. nunc quasi 'nouae potentiae' intellegendum. 77 curiosus et choro deripere lunam. choro: stellarum scilicet. 80 desideriique temperare poculum id est: amoris potionem conficere. 81 plorem artis in te nihil agentis exitum. sensus hic est: an quae difficiliora facere possim id est cereas imagines animare et lunam caelo euocare et umbras mortuorum *ab inferis elicere* ac per hoc potione mentem amore incendere, nihil in te potero artisque meae circa te inpotentiam flebo.

## CARMEN SAECULARE.

Phoebe siluarumque potens Diana. hoc carmen saeculare inscribitur. cum enim saeculares ludos Augustus celebraret, secundum ritum priscae religionis a uirginibus puerisque praetextatis in Capitolio cantatum est. 2 lucidum caeli decus. hoc ad ambos refertur: ad Phoebum quia idem sol est, et Dianam quia eadem Luna est. 3 date quae precamur tempore sacro. non tempore prisco dicendum fuit, sed: tempore quod prisca imitatur. 7 diis quibus septem placuere colles id est: quibus Roma placuit, quae in septem collibus constituta est. 10 aliusque et idem. κακόζηλον. nam quo modo potest quis et idem esse et alius. uidetur ad illud retulisse, quod idem quidem sol semper sit, sed renouans diem alius esse uideatur. 11 possis nihil urbe Roma uisere maius. et hic ex supe-

---

1 cedit *M* 2 et coro *M* (polo ς) 6 aenq; *M* 7 celo *M* 8 *fort.* mortuorum accire ac potione 10 meae: me *M* 10 HORATI FLACCI CARMINVM LIBER· V· EXPLIC : INCIPIT SERMONUM LIB̅. I· *M* 11 *Post carmen de arte poetica insertum est ante epodos in M carmen saeculare.* INCIPIT CARMEN· SAECVLARE FELICITER· 14 augustos caelebraret *M* 20 quod *nos:* quo *M* imitantur ς 24 & idem esse *bis M*

riore audiendum 'precamur'. 13 rite maturos aperire partus. 'lenis aperire partus' pro 'facilis ac propitia aperiundis partibus'. ostendit autem eandem Lucinam et genitalem deam appellari. 17 diua producas subolem patrumque p. d. s. f. p. q. l. m. c. implicata phrasis, quae sic ordinanda est: diua producas subolem prolis nouae patrumque decreta prosperes super iungendis feminis maritaque lege feraci. maritam autem legem pro maritali Plautina uidetur auctoritate dixisse. similiter enim et ille locutus est, ubi ait senex Pulchra edepol dos pecunia est, et alter respondet Quae quidem non marita est pro eo quod est: quae non maritalis est.

21 certus undenos decies per annos orbis ut cantus referatque ludos. orbem nunc circulum temporum in se scilicet redeuntium accipe. certum autem pro pleno atque perfecto. sensus enim hic est: ut perfectus orbis annorum centum et decem cantus et ludos referat [ludos]: pro eo quod est, homines certi temporis orbe perfecto referant ludos. 25 uosque feraces cecinisse Parcae, quod semel dictum est stabilisque rerum terminus seruet. syllempsis est; ex uerbo enim singularis numeri 'seruet' pluralis nascitur 'seruetis quod semel dictum est'. 'stabilis rerum' autem *ἐπίθετον* est termini. 27 bona iam peractis iungite fata. peractis id est: praeteritis fatis bona iungite futura, ac per hoc, contextum ordinem facite bonorum futurorum. 31 nutriant fetus et aquae salubres et Iouis aurae. fetus generaliter omnium rerum accipe et inanimalium, quae ad utilitatem nostram pertinent. salubres autem non tantum 'aquae', uerum etiam 'aurae'

---

9 Epid. 2, 1, 15

---

1 praecamur *M* 3 partubus ς 6 frasıs *M* 8 iugandis ς 18 ut.. *usque ad finem scholii m. 2. in margine M* 21 sımul *M* 23 sylempssıs *M* 24 seruetis *nos:* seruent *M* est babılıs *M* 26 facta . . factıs *M* 31 pertın& *M*

intellegendum. 33 condito mitis placidusque telo supplices audi pueros Apollo. hic sensus secundum eorum opinionem conceptus est, qui Apollinem pestilentem deum putant esse. porro autem quidam dii ideo placantur, ut prosint, quidam ne obsint, secundum quod de Apolline nunc dicitur condito mitis placidusque telo supplices audi pueros Apollo, ne noceat scilicet. uidetur autem et Homerus sic de illo sensisse, cum ait pestem Graecis ab eo inmitti. etiam Plautus in Mercatore fabula idem sentit, cum inducit matrem familias precari Apollinem, nato suo ut parcat. 35 siderum regina bicornis. poeticum est lunam siderum reginam dicere, quod clarior inter astra uideatur. 37 Roma si uestrum est opus Iliaeque. quare Romam opus Dianae et Apollinis dicat, nondum uideo; nisi forte ex lectione Uergiliana hoc concepit, ubi frequenter dicitur Apollinis oraculis instructum Aeneam Italiam petisse. ad quem intellectum et ipse nos adduxit poeta inferendo iussa pars mutare lares et urbem; sine dubio enim 'oraculo iussa' intellegimus. 'pars iussa' autem ad illud refertur, quod non omnes Ilienses cum Aenea fuerint, sed pars eorum alibi. 41 cui per ardentem sine fraude Troiam. *non 'sine fraude ardentem Troiam'* cum utique fraude Graecorum incensa Troia sit, sed 'sine fraude Aeneas patriae superstes'. quod ideo uidetur dictum, quia quorundam opinione infamatus Aeneas est crimine proditionis. 43 daturus plura relictis: suis scilicet Troianis, quos secum *in* Italiam adduxit daturus plura quam quae in patria amissa reliquerunt. relictis

---

8 Il. 1, 43 sqq. 10 Merc. 4, 1, 12

---

1 condıtum *M* 4 pestılentem, *s. l. m. 2. M* 12 apollımem *M* 20 orbem *M* 21 oracula *M* 23 aena *M* 24 *haec addidi secundum Acr.* (γ.) *ceterum cf. Chalcidii Neapolitani commentum super carmine saeculari in Operibus ed. ab Ang. Maio, Appendix (1871) p. 19* 26 aenas *et* 28 aneas *M* 31 patrıam· mıssarelınquerunt *M*

ergo a nominatiuo plurali uenit generis neutri, quod est 'relicta'. 49 quaeque uos bubus ueneratur albis clarus Anchisae Uenerisque sanguis. hoc ad Caesarem Augustum pertinet, quia Iulia gens ab Iulo, ac per hoc, Uenere et Anchise *orta* existimatur.

51 bellante prior iacentem lenis in hostem. sic et Uergilius: Parcere subiectis et debellare superbos. 53 iam mari terraque manus potentis. subaudiendum utique: Romanorum. 55 iam Scythae responsa petunt id est, expectant praecepta Romanorum. per quod subiectos esse imperio Romano intellegi uult. 58 et neglecta redire uirtus audet. neglecta superiore tempore redire audet nunc id est temporibus Augusti. 59 apparetque beata pleno Copia cornu. quasi corporalem deam hic accipe Copiam utique rerum omnium abundantiam. 65 si Palatinos uidet aequus aras. apparet iam ab Augusto dedicatum fuisse in Palatio Apollini templum, cuius et Uergilius sic meminit Ipse sedens niueo candentis limine Phoebi dona recognoscit populorum. 67 alterum in lustrum meliusque semper proroget aeuum. sensus est: si acceptas aras habet Apollo, quae in Palatio dedicatae sunt, si propitius Romanos aspicit, melius saeculum in futurum tribuat. 69 quaeque Auentinum tenet Algidumque quindecim Diana preces uirorum curat et uotis puerorum amicas applicat aures. hic quoque ex superiore per zeugma particula arcessenda est, ut sit: si quindecim uirorum preces Diana curat et si amicas aures applicat puerorum uotis. et aeque ex superiore et ad Dianam per-

---

7 Aen. 6, 853 19 Aen. 8, 720

---

1 geneneris *M* 4 augustȯm *M* 5 orta *addidi ex Acr.* (γ.) exıstımantur *M* 14 audeat *M* 16 accıpere *M* 17 habundantıam *M* palatınes . . arces *M* 24 propıtıos *M* 27 et: e *M* 28 superiore: *addunt* sensu. *at cf. etiam ad u. 11* 30 amicas aures: amıca laudes *M*

tinebit alterum in lustrum meliusque semper proroget aeuum. 73 haec Iouem sentire deosque cunctos spem bonam certamque domum reporto doctus et Phoebi chorus et Dianae *dicere laudes. ordo:* dicere Phoebi laudes et Dianae.

---

2 euum *M* 4 phebi 5 dicere laudes. ordo *addidi* EXPLICIT LIBER· CARMINIS SECVLARIS· INCIPIT EPODON· *M*

# SERMONUM LIBER PRIMUS.

---

Qui fit Maecenas ut nemo quam sibi sortem seu ratio dederit seu fors obiecerit illa contentus uiuat. quamuis saturam esse opus hoc suum Horatius ipse confiteatur, cum ait Sunt quibus in satura uidear nimis acer et ultra legem tendere opus, tamen proprios titulos uoluit ei accommodare. nam hos priores duos libros Sermonum, posteriores Epistularum inscripsit. in sermonum autem uult intellegi quasi apud praesentem se loqui, epistulas uero quasi ad absentes missas. 1 qui fit Maecenas. mirari se ait tantam esse animis hominum inconstantiam, ut omnibus aliena sors uitae magis quam propria, siue eam ratio dederit siue fortuna obiecerit, placeat. qui autem circumflexe pronuntiandum. significat enim 'quare', sicut etiam multi locuntur dicentes 'qui fieri potest' pro 'quomodo fieri potest'. signate autem locutus est dicens: ratio dederit, fors obiecerit. 5 multo iam fractus membra labore. frequens apud Uergilium haec figura. sic enim dicitur Scissa comam et Oculos deiecta

---

4 Serm. 2, 1, 1  19 Aen. 9 478 et 11, 480

---

1 HORATI FLACCI CARMINVM LIBER· V· *(i. e. epodon)* EXPLICIT:· INCIPIT SERMONUM LIB̄· I· *M*  7 os *M*  8 inscribens *M et* (nam *deleto*) ς *M*  9 autem libris uult *uel* in sermone (sermonibus?) ς  praesentes ς  10 quid *M*  13 proprie *M,* propriae ς  14 obiecerit: elegerit *M*  circumflexse *M*  20 ocolos eiecta *M*

decoros. sed et ipse Horatius in carminibus Membra sub arbuto stratus. 7 quid enim concurritur horae momento. quasi interpellante affectu hoc dicitur, et est etiam consuetudinis nostrae. 8 cita mors uenit aut uictoria laeta. quasi diu nauem iactantibus austris hoc dicitur. 10 sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat. ita dictum ut Sub noctem cura recursat. 11 ille datis uadibus qui rure extractus in urbem est: qui uadimonium promittere sub satisdatione et in urbem uenire coactus est. uades autem sponsores dici notum est, quod, qui eos dederit, uadere ei id est discedere interim liceat. 13 loquacem delassare ualent Fabium. quod Fabius Maximus Narbonensis equestri loco natus Pompeianas partes secutus aliquot libros ad Stoicam philosophiam pertinentes conscripsit. 16 eris tu qui modo miles mercator tu consultus modo rusticus. eleganter adfectata ambiguitas. nam cum praedixerit a milite mercatoris sortem laudari et a mercatore militis, item a iuris perito rustici et ab hoc illius, ita subiunxit dictionem, cuius liberum sit in omnes personas sensum reducere.

20 quid causae est merito quin illis Iuppiter ambas iratus buccas inflet. quin nunc significat quominus. sensus est autem: nulla causa est nec ratio querellis quominus illis Iuppiter sit iratus.

23 praeterea nec sic ut qui iocularia ridens percurram. ordo et sensus: praeterea nec sic [iocularia] percurram ut qui ridens iocularia percurrit. ita et zeugma est et quod ex 'percurram' 'percurrit'

1 od. 1, 1, 21 8 Uerg. Aen. 1, 662

5 l&e *M* 7 hostıa *M* 9 uatıbus . . extracte *M* 14 quod *delendum uidetur* 15 natos *M* 17 mercatur . . consultor *M* 20 mılıtes *M* 21 illius *nos:* ıllud *M* dıccıonem 22 cuus *M* 24 ıratas *M* 28 ordo est (est *m. 1. del. et & s. l. posuit*) sensus praeterea nec sı ıocularıa percurram *m. 1. in ima pagina M* 29 iocularia *deleui* 30 ceugma *M* quod ex *Pauly:* ex eo *M* percurrıs adsumınus *M*

adsumimus in hoc syllempsis est. 25 ut pueris olim dant crustula blandi doctores. crustula et Lucilius dixit Gustaui crustula solus. olim autem nunc pro 'interdum ac non numquam' positum est. 30 per omne audaces mare qui currunt. proprie currunt, ut Uastum caua trabe currimus aequor. 32 cum sibi sint congesta cibaria: cum sibi sint, quae ad uitam reliquam tolerandam possint sat esse. 32 sicut paruula *nam* exemplo est magni formica laboris. ἀντίθετον; paruulae enim magnum intulit. 36 quae simul inuersum contristat Aquarius annum. inuersum annum perpetuum epitheton est anni, quia in se semper uertitur id est reuertitur. maxime autem sole in Aquario constituto tempestates horrendae et frigora ingentia solent esse. sol autem transit in Aquarium XVII Kal. Februarias; in eo est diebus triginta usque in XVII Kal. Martias. 37 et illis utitur ante quaesitis sapiens. sapiens absolute dicitur. est enim nomen, non participium, ut si diceret † quiantenon enim illis sapiens. 41 quid iuuat inmensum te argenti pondus et auri. sensus est: cum tanto studio pecuniam quaeras, quid te delectat eandem pecuniam non uti, sed defossam in terram seruare. 43 quod si comminuas uilem redigatur ad assem. hoc auari responsum est dicentis, nisi defossam pecuniam seruet, futurum ut ea usque ad assem consumatur. 44 at ni id fit quid habet pulcri constructus aceruus. iterum interrogantis poetae haec uerba sunt, quorum sensus est: quid ergo

3 Lucilius fragm. inc. 19 6 Uerg. Aen. 3, 191

1 sillempssis *M* 6 uasta trabe caue *M* 9 sat. eesse *M* 13 aest *M* 16 sola *M* aquario. VII kał *M* 18 in VII, X *a m. 2. interposito*, *M* 21 *uidetur scribendum:* quia ante ⟨hiemem quaesiuit, sapiens.⟩ non enim illis sapiens ⟨utitur⟩ 23 cum *usque ad 30* sensus est *in ima pagina addita sunt in M* 25 cumminuas *M* 28 ad ni *M* 29 constructos *M* 30 po&oe *M*

uoluptatis erit in pecunia adquisita, si non inpendatur, cum usus eius ad nos pertineat, recondita perinde sit ac si non habeatur. 46 ut si reticulum panis uenalis. sensus est: quem ad modum inter uenales puer is, qui panes portabit, non plus accipiet eo, qui uacuus ambulabit, similiter quamuis plus laboraueris in adquirendo, factus cum sis pecuniosus, non plus uenter tuus recipiet quam eius qui exiguum possidet. 49 intra naturae finis uiuenti hoc est: legibus naturae seruienti. sensus est autem: cum naturae leges nemo possit excedere diuitiarum magnitudine, quid prodest late cupere possidere? 51 at suaue est ex magno tollere aceruo. respondentem facit auarum, aut ipse poeta per ἀνθυποφορὰν hoc dicit. 52 dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas. poeta auaro respondet dicens nihil interesse ex magno an ex paruo aceruo haurias, cum satiando uentri nostro non multum ac tantundem semper opus sit. 54 ut tibi si sit opus liquidi non amplius urna. liquidi absolute; hoc est, aquae. et est sensus suauissimus conparationis. ait enim ita stultum esse ex magnis potius malle quam ex paruis diuitiis sumere unde uentrem inpleas, ac si cum desideres urnam aquae uel amplius minusue malis eam ex magno flumine haurire quam [cum] ex fonticulo. 56 eo fit plenior ut si quos delectet copia iusto. per allegoriam diligentissime hoc dictum est *in* eos, qui magnas diuitias adpetant, cum paruae illis ad uitam tuendam possint sufficere; plerumque ipsam adquirendi cupiditatem illis causam exitii esse. Aufidus autem amnis est in Apulia rapidissimus ideoque acer nunc dictus. 59 at qui tantulo eget quanto est opus is neque limo turbatam haurit aquam. perseuerat in allegoria.

---

2 pertın& recondıt *M* 4 uenelıs *M* 5 pueros qui *uel* pueros is qui ς 6 ambulauıt *M* 10 nature legıs *M* 16 aurırelınquas *M* respondıt *M* 21 suauissimus *Pauly:* suauissime *M* (mae) ς 23 ınpleat *M* 26 & ofit *M* del&tet *M*

61 at bona pars hominum. bona nunc pro magna dictum, ut saepe Ennius et alii ueteres. 63 quid facias illi iubeas miserum esse libenter. relinque eum, inquit, qui miser sit, quoniam deduci ab hac opinione non potest, quo minus putet tanti esse unumquemque, quantas diuitias habet. 66 populus me sibilat. belle, quia sibilat praedixerat, plaudo intulit. inde autem hoc ductum est, quod malos principes ciuitatis theatrum ingressos populus exsibilabat, bonos autem plausu excipiebat. 68 Tantalus a labris sitiens fugientia captat flumina. poena, quam fabulae Tantalo adscripserunt, auaros urgeri ait, quia, ut ille inter aquas sitiat, ita hi abstinentes a pecunia quam possident egentibus similes sint. sed uenustas pronuntiatione exprimenda est. 71 et tamquam parcere sacris cogeris. ordo est: et tamquam sacris parcere cogeris. 72 aut pictis tamquam gaudere tabellis. eleganter tabellis similes esse diuitias suas auaris ait, cum his non utantur, ac si eas pictas habeant. 74 adde quis humana sibi doleat natura negatis. adice, inquit, quibus negatis sibi hominum uita crucietur. non autem ea uult intellegi, quae ad delicias uitae pertineant, sed quae ad utilitatem, ut quae frigori aut fami repellendae et commodiori mansioni sunt necessaria aliaque similia. 76 an uigilare metu exanimem noctesque diesque. hoc scilicet patiuntur diuites auari. 78 horum semper ego optarim pauperrimus esse bonorum. pulcher et grauis

---

2 Inc. XIII (Vahl.)

---

1 ut *M* 6 habeat *Fabricius* 8 plaudo *nos:* paulo *M* ductum *Ascensius:* iunctum *M* 10 populus *(s. l.)* exhibilabat *M* 11 labrus . . fugientie *M* 12 pene *M* 14 sitiati, ti *in corr., M* posident *M* 15 uenustas *nos:* uenesta (v *supra e sc.)* *M* 17 congeris *M* 18 quamquam *M* 21 at de *M* 22 cru&ur *M* 24 ulitatem atq; *M* 25 fame *M* 27 exanimen *M* patiantur *M* 28 obtarum pauperimus *M*

sensus recusantis diuitias, quae cruciatum uitae domino adferant. 84 non uxor te saluum uult non filius, quibus scilicet per auaritiam tuam durus atque iniquus es. 86 miraris cum tu argento post omnia ponas. ordo est: cum tu omnia argento postponas. 88 an si cognatos nullo natura labore quos tibi dat retinere uelis et reliqua. sensus est: an te putas ita operam perdere, si cognatos, quos tibi sine labore tuo natura tribuit, retinere uolueris siue amicos seruare, ut si qui uelit asinum frenis regere, ut equi fungatur officio. et hoc uidelicet de asino prouerbium aut prouerbiale esse, quia infacetum atque inurbanum erit, si putemus illud ad praesens a poeta fictum esse. 93 et finire laborem incipias parto quod hauebas hoc est: quod antequam haberes diuitias, facere cupiebas si eas parasses. 95 diues ut metiretur nummos hoc est: adeo diues, et ideo pronuntiatione adiuuandum.

99 at hunc liberta securi diuisit medium fortissima Tyndaridarum. eleganter, quia Clytemenstra Tyndarei fuit filia, quae Agamemnonem maritum securi percussit. 101 quid mihi igitur suades ut uiuam Naeuius aut sic ut Nomentanus. haec per ἀνθυποφορὰν fingit sibi dicentem eum, quem adloquitur. Naeuius autem fuit in tantum parcus, ut sordidus merito haberetur; Lucius autem contra Cassius Nomentanus adeo sine respectu calculorum suorum prodigus, ut sestertium septuagies gulae ac libidini inpenderit. huius libertum Damam nomine cocum Sallustius Crispus historiarum scriptor fertur centenis milibus annuis conductum habuisse.

105 est inter Tanain quiddam. Tanais spado

---

4 post argento poNas *M* 6 an sı *ex* an nı *corr.* *M* naturam *M* 8 ıte *M* 9 trıbuat *M* 15 habebas *M* 18 ıdeo dıues *M* 20 tındarıdarum *M* 21 tındareı *et* que agamen non est. *M* 23 neuıus *M* momentanus *M* 24 ΑΝΘΥΠΡⲀΝ· *M* 25 neuıus añt fıgıt. ıntantam *M* 26 Lucılıusaut contra *M* autem *om.* ς 28 reftercıum *M* 29 guıle *M* lıbertam *M* 30 to cum sallustıcus *M*

fuit, ut quidam aiunt, Maecenatis libertus, ut nonnulli Luci Munati Planci. Uiselli socer autem herniosus. sensus huius ex Graeco prouerbio sub nominibus relatus est. illi enim dicunt ἢ σπάδων ἢ κηλήτης; quod tamen et in Latino sermone usurpari scimus. 106 est modus in rebus sunt certi denique fines quos ultra citraque nequit consistere rectum. modus, inquit, in omni negotio adhibendus est. nam si quid ei aut addere aut minuere uelis, sine uitio non erit. rectum autem absolutum nomen est. 108 illuc unde abii redeo nemon ut auarus se probet ac potius. ad sermonis sui sensum, quem inchoauerat, recurrit. cum coeperit autem dicere nullum hominum statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa, ab aliis dissentire tamen auarum ait, qui proposito suo gaudeat solus. haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet, quod auarus se probet, sed quod nemo alius.

110 quodque aliena capella gerat distentius uber tabescat. his quoque colligit aliena nobis placere *magis* quam nostra. prouerbialis est autem sensus, quo etiam Ouidius usus est cum ait Uicinumque pecus grandius uber habet. 113 sic festinanti semper locupletior obstat et reliqua. tantam cupiditatem adquirendae pecuniae ait esse, ut nemo uelit alium locupletiorem se esse, sicut quadrigis certantes praecedentes urgere contendunt,

---

22 Ars am. 1, 350

---

1 agunt *M* 2 bıssellı (s *deleta*) *M* hırneosus · est ınter tanaın quıddam · socerumq; ın bısellı · tanaıs spado fuıt. ut quıdam aıunt · mecenatıs lıbertus · ut nonnullı lucı · munatıı· ut non nullı plancı · besellı · socer autem hırneosus· *M* 3 sensus *nos:* sensısse *M* 4 relatus *nos:* relatum *M* C·Πὰὰ·N (ω *s. l.*) *M* 5 et: est *M* 7 nequıd consıstıre *M* 9 nam: non *M* addere *uel* adicere ς: adesse *M* 14 ceperıt *M* autem *M: om. uel* ante ς hominem ς 15 laudere *M* ab aliis *nos:* a quıbus *M* 21 *cf. Publilii Syri uersum (28 Woelfflin):* Aliena nobis, nostra plus aliis placent 22 sensus: usus *M* 24 festınantes *M* obst& *M* 25 tanta ad (*deletum*) cupıdıtata *M*

sequentes neglegunt. ungula autem pro equis tropo synecdoche dicitur. 115 instat equis auriga suos uincentibus id est: instat his equis, qui suos uincunt. 117 inde fit ut raro qui se uixisse beatum dicat. sensus est: cum nemo suo contentus sit, sed amplius semper habere quaerat, merito euenit, ut nemo se feliciter uixisse credat nec ad senectutem perductus [sit] ita gratus e uita abeat, ut conuiua qui bene acceptus satur e conuiuio discedit. ordo autem est: inde fit, ut raro repperire queamus. 120 ne me Crispini scrinia lippi conpilasse putes. Plotius Crispinus philosophiae studiosus fuit. idem et carmina scripsit sed tam garrule, ut aretalogus diceretur.

## SERMO I, 2.

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae. Marcus Tigellius Hermogenes musicae artis scientia praeditus Gaio Caesari dictatori fuit familiaris, postea Cleopatrae, quia dulciter cantabat et iocabatur urbane. Augusto quoque ita placuit, ut inter familiaris domesticos haberetur. erat autem largitor adeo, ut omnibus musicis et circulatoribus multa donaret; et ideo morte eius tristes illos ait factos esse. porro autem causam insectandi hominis non mediocris ingenii habuit Horatius, quod carmina eius parum scite modulata esse dicebat. Ambubaiae autem sunt mulieres uagae ac uiles, quibus nomen hoc causa uanorum et ebrietate balbutientium uerborum uidetur esse editum. nonnulli tamen ambubaias tibicines Syra lingua putant dici. 2 balatrones. balatrones a balatu et

2 sine necdoche 8 sit *deleui* beat ut conuua *M* 10 oraro *M* 11 lippini *M* 13 *post* tam *deletum est* diceretur *in M* arectalogus *M* 15 ambulaiarum (ia *s. l.*) *M* farmacopulae *M* 16 scientię · prędictus *M*, praedicatus? 17 cęsari gai dictori *M* 18 cantabo at & *M* 20 largitior *M* largitiosus? 21 musitis *M* 22 mortem *M* 26 causa ς: casu *M* ab usu? 27 inditum ς 28 ambubaians (n *deleta*) *M* 29 blalatrones a *M*

uaniloquentia dicuntur. colligit autem hac satura fere homines, dum uitia uitent, in contraria uitia reccidere. 7 hunc si perconteris aui cur atque parentis et reliqua. si interrogaueris alium, inquit, cur maiorum suorum bona mutuatus pecuniam deuoret, respondebit nolle se uideri sordidi pusillique animi, et erunt qui eum laudent, alii uero qui uituperent.

9 conductis coemens obsonia nummis. faenore sumptis eleganter dixit, sicut conducti operae dicuntur ei, quibus merces ob opus praestatur. 12 Fufidius uappae id est: timet, ne si non acriter usuras exegerit, uappa *ac* nebulo dicatur id est uilis ac nugatorius. 14 quinas hic capiti mercedes exsecat. mercedes pro usuris dixit secundum illud superius, quod dixerat conductis nummis. exsecat autem capiti ad illud pertinet, quod auari feneratores, cum dant usurariam pecuniam, primi mensis usuras capiti ipsius sortis statim amoueant, hoc est ergo exsecat. 15 quanto perditior quisque est tanto acrius urguet. ac tanto, inquit, grauioribus usuris onerat unum quemque, quanto intellexerit eum neglegentius res suas agere. 16 nomina sectatur modo sumpta ueste uirili sub patribus duris. dicit eum tam praecipitem esse auaritia, ut non dubitet etiam filiis familias cum periculo exigendi pecunias credere, dum modo graues usuras credito suo inponat. 19 pro quaestu sumptum facit hic uix credere possis. hoc per ἀνθυποφορὰν dicitur, cuius sensus est: sed putet forsitan aliqui pro modo quaestus sibi eum indulgere; cui haec respondet: uix credere possis, quam sibi non sit amicus.

20 ita ut pater ille Terenti fabula quem

---

1 collegıt *M* 4 illum *Fabricius* 5 mutatus *M* 9 opere *M* 10 ei, quibus: eıus cuı *M* 11 ne si: nısı *M* 14 exıgat *M* 15 execcat . . capıdı *M* 16 uenetores *M* 18 capıtıs *M* statim amoueant *nos:* statum mouebant *M* 21 quanto ın *bis M* 28 posses *M* ἀΝΘΥΠΟΘΟΡΛΝ *M* 29 cuus *M* 30 cuı, *m. 2. in* cum *corr. M* 31 sı non sıs *M* 32 ılıc *M*

miserum et reliqua. notus est apud Terentium Menedemus ille senex, qui de se poenas exigit, quod filium a se per duritiam sui fugauerit. 25 Malthinus tunicis demissis. sub Malthini nomine quidam Maecenatem suspicantur significari. ab re tamen nomen finxit. maltha enim malacos dicitur. porro autem tunicis demissis ambulare eorum est, qui se molles ac delicatos uelint haberi. 26 facetus pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum. haec quoque exempla ad immoderatam intemperatamque uoluntatem pertinent. alii quippe munditias plus iusto adfectant, alii nullam corporis sui habent curam. 28 sunt qui nolint tetigisse nisi illas quarum subsuta talos tegat [in] instita ueste. matronas significat. haec enim stola utuntur ad imos pedes demissa, cuius imam partem ambit instita adsuta. 31 quidam notus homo cum exiret fornice macte. Marcus Cato ille Censorius cum uidisset hominem honestum e fornice exeuntem, laudauit existimans libidinem compescendam esse sine crimine. macte autem 'magis aucte id est cumulate' significat.

35 nolim laudarier inquit. Gaius Cupiennius Libo Cumanus Augusti familiaritate clarus corporis sui diligentissimus fuit sectator matronarum concubitus. albi autem non pro candido uidetur mihi dixisse, cum utique possint et uulgares mulieres etiam meretrices candidae esse, sed ad uestem albam qua matronae maxime utuntur puto relatum esse. 37 audire est operae petium procedere recte qui moechis non uultis ut omni parte laborent. urbane abutitur Ennianis uersibus:

---

1 Heaut. 1, 1, 135 sqq. 31 Ennii fragm. Ann. 454

---

1 ter rentıum *M* 3 durıtıcıam *M* suam *Fabricius* 5 mecenate *M* thamen nomenen *M* 9 hyrcum *M* 10 ıntemperatanq; *M* 11 uoluptatem ς quıpe *M* 14 tatalos *M* 15 hae ς 16 cuıus *M* ınsıta *M* 22 gauıus cupenıus *M* 26 etiam: et ς 29 pcedere *M*

Audire est operae pretium, procedere recte
qui rem Romanam Latiumque augescere uultis.

sed illud urbanius, quod, cum Ennius uultis dixerit, hic non uultis intulerit. 39 utque illis multo corrupta dolore uoluptas atque haec rara cadat dura inter saepe pericula. merito hoc dicitur, cum adulteris et raro contingat concubitus earum quas sectantur, et ipso metu periculi non sinceram inde uoluptatem percipiant. 41 ille flagellis ad mortem caesus. hoc de Gaio Sallustio uidetur dici, qui deprehensus ab Annio Milone in adulterio Faustae Syllae Felicis filiae uxoris eius flagellis caesus est. 43 dedit hic pro corpore nummos: ne testes ei abscinderentur, poenam pecunia redemit. 44 hunc permixerunt calones. permixerunt pro 'stuprauerunt' positum est. calones autem serui dicuntur a calando hoc est quod uoçentur ad ministerium. nonnulli a kalendis putant, quod ea die cibaria accipiant. 44 quin etiam illud accidit et reliqua. in adulterio deprehensis ait interdum euenisse, ut uirilibus amputatis dimitterentur. 46 iure omnes Galba negabat. negabat. subaudiendum hic extrinsecus: factum dicebant. est enim totum tale: iure omnes factum dicebant, Galba autem negabat. amare autem Seruium Galbam iuris consultum perstrinxit, quasi contra manifestum ius pro adulteris responderet, quia ipse adulter esset. 47 tutior at quanto merx est in classe secunda libertinarum dico Sallustius in quas non minus insanit quam qui moechatur. ait multo quidem tutius esse libertinae conditionis mulieres sectari; quas tamen si cupidius

---

1 opere p̄tium *M* 8 et raro *nos:* ut raro *M* 13 sylle · felice filı (ıę *corr. m. 2.*) *M* cesus *M* 14 hoc *M* 15 penam *M* 16 strupauerunt *M* 18 uoc&ur *M* 21 adaulterıo *M* ait: aut *M* 22 deputatıs (am *s. l.*) *M* 27 respond& *M* 28 tucıor ad quantum mers *M* 29 *uerba* Sallustius . . moechatur, *quae in M post 194, 2 incidere sunt, transposui* 31 ait: aut *M* tocıus . . conditıones *M*

quis adpetat, ut Sallustius Crispus, in eandem infamiam corruptorum morum incidere. 50 quaque modeste munifico esse licet hoc est: quantum permittitur saluo modestiae temperamento largiri. 55 ut quondam Marsaeus amator Originis ille . . mimae. mima quaedam nomine Origo fuit isdem temporibus, in quam Marsaeus patrimonium suum inpendit. 58 unde fama malum grauius quam res trahit. hoc ex persona sua Horatius dixit, intellegi uolens ex nimio mimarum amore uexari quidem censum, sed multo grauiora damna famae accidere. 59 an tibi abunde personam satis est non illud quidquid ubique officit euitare. *bis* 'euitare' accipe, quia sic plenum fit: an tibi abunde personam satis est euitare, non illud quidquid officit euitare? ait non satis esse personam matronae euitare, nisi etiam illud quidquid nocet atque officit euites. 62 rem patris oblimare. oblimare 'conterere' significat, ut quae a fabris limantur. 62 quid inter est in matrona ancilla peccesue togata. negat interesse quicquam, utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat, secutus opinionem Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt. nec enim rei admissae quantitatem, sed admittentis uoluntatem spectant. togatae autem in publicum procedere cogebantur feminae adulterii admissi conuictae. 64 Uillius in Fausta Syllae gener hoc miser uno nomine deceptus poenas dedit. 'Uillius' pro Annio dixit. Annius autem Milo maritus fuit Faustae Cornelii Syllae filiae, qui *a* familia Longareni adulteri uxoris suae rediens a cena ante aedes suas, ne adulterum deprehenderet, pugnis caesus est et ferro perterritus;

---

1 eadem infamia *M* 4 aluummodestice *M* 6 hisdem *M* 11 multa *M* 12 habunde *M* 13 bis *addidi* 14 fit *nos:* sit *M cf. ad S.* 1, 4, 57; 5, 45 habunde M 20 peccessue *M* neg& *M* 22 designat. secutas oppinionem *M* 23 amissę. quantitate · *M* 28 anio *M* 30 longarenia *M* 32 petitus ς

quem ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam recidisse, quam quod magnae nobilitatis uxorem habere adfectauerit. 68 huic si muttonis uerbis mala tanta uidenti diceret haec animus. muttonem pro uirili membro dixit Lucilium imitatus. ille etenim in VIII sic ait A laeua lacrimas muttoni absterget amica. 73 at quanto meliora monet pugnantiaque istis diues opis natura suae: quanto meliora monet, quam quae tu e natura aestimas. bene autem dicta 'diues opis suae' natura, quoniam, quantum est in ipsa, non denegat uoluptatem simpliciter quaesitam. 76 tuo uitio rerumne labores nihil referre putas. tuo uitio laboras, si matronam concupiscas, rerum autem, si feminam. 81 sit licet hoc Cerinthe tuum. Cerinthus nomine prostitutus dicitur fuisse insignis speciei atque candoris.

83 adde huc quod mercem *sine* fucis gestat aperte et reliqua. adice nunc, inquit, ad commoda eorum, qui simpliciter meretricum concubitu contenti sunt, quod nullo lenocinio tecta ac fucata corpora in usu habent nudasque conspiciunt. matronae autem, si quid formonsi habent id solum ostendunt, quod reprehensibile est magnopere occultant. 86 regibus hic mos est ubi equos mercantur opertos inspiciunt. reges cum equos emunt opertos considerant, ne, si speciem eorum mollities ungularum destituerit, capti pulcritudine inutiles equos mercentur, uide-

6 Lucil. fragm. VIII, 5

1 ıniurıtıam *M* 2 incidisse *Fabricius* 5 membrı *M* 6 ın uıı (a) sıc *M*, VIII *Petri Danielis liber et Acronis libri* aleua *M* 7 absterger& *M*, abstergere *L. Müller* 8 opes . . sua *M* 9 quae tu e *nos ex M* (q; tue) 10 dıcta dıcta *M* 11 uoluntatem *M* 14 concupas *M* sıuefemınam *M* 16 prastıtutus *M* insignis speciei *nos:* ınsıgnı specıe *M* 18 apertıs *M* ad: a *M* 20 fugata, c. *s. l., M* 22 p̄hensıbıle *M* 23 occultant. EGLOGA ·III· *M* 24 hıs mons (n *expuncta*) *M* 25 opertos operant consıderant · nısı *M* 26 molıtı & *M* destituerit *nos,* destıtuer& *M*

licet utilitatem pulcritudini praeponentes. hoc ergo dicit unumquemque debere facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem quam speciem formae eius aut natalium sectetur. 91 Hypsaea caecior. Plotia Hypsaea uitiosos oculos habuisse dicitur; quam hic amare in transitu percussit. 94 matronae praeter faciem nihil cernere possis cetera ni Catia est demissa ueste tegentis: praeter faciem nihil cernere matronae possis; reliquae enim corporis partes ueste celantur, nisi forte Catiae similis est, quae ob pulcritudinem crurum pudore neglecto alta ueste utebatur. haec autem adeo uilis fuit ut in aede Ueneris theatri Pompeiani adulterium cum Ualerio Siculo colono tribuno plebis obducto uelo admiserit. 96 si interdicta petes uallo circumdata nam te et reliqua. si honestae feminae, quam compellare non licet, propter quod maxime incenderis, concubitus adpetes, multa sunt, quae te inpediunt, quominus perspicere possis, qualis sit, quam concupiscis. 'uallo' autem 'circumdata' allegoricos dicitur, id est: custodiis saepta ac praemunita. 98 ciniflones parasiti. et ciniflones et cinerarii in eadem significatione apud ueteres dicebantur ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant. cuius rei et Uergilius meminit dicens Uibratos calido ferro murraque madentes. 100 plurima quae inuideant pure apparere tibi rem hoc est: et alia plurima, quae non patiantur tibi corpus eius apparere. 101 altera nihil obstat Cois tibi: altera, inquit, quae prostat, perlucida ueste utitur ita, ut uelut nuda conspici

25 Aen. 12, 100

4 hypsea cecior . . ipsea *M* 10 ni (si *s. l. m. 2.*) forte nicatię. *M* 12 utebantur *M* 13 cede *M* 14 ualeri ac situlo *M* colono *del. Estré prosopogr. Hor. p. 580* obdocto *M* 18 multe *M* 20 circumdato *M* 21 septa *M* 22 cineliones *M* 25 cuius *M* 27 pura *M* 31 perlucida: q; (que *m. 2.*) lucida *M*, lucida ς

possit. haec autem uestis in *Κῷ* insula conficitur, per quam ob nimiam subtilitatem, quae intra sunt, translucent. 105 leporem uenator ut alta in niue sectetur positum sic tangere nolit. quem ad modum uenator fugientem leporem capere, appositum autem in cena non uult tangere, hac specie matronam adpeti ait, quia non sit licitus ac facilis eius conplexus, meretrices autem fastidiri, quia copia earum sit in promptu. 107 cantat et adponit meus est amor huic similis. amator, inquit, matronae hoc cantat. 108 transuolat in medio: licitam uenerem transcendit ac fastidit. 109 hiscine uersiculis speras tibi et reliqua: his uersiculis quos cantare eum dixit, quibus uenatori amorem suum conparat. 111 nonne cupidinibus statuat natura modum quem et reliqua. nonne satius est, inquit, quaerere, quem finem cupiditatibus natura statuerit, quid tolerare possit, si denegatur, *quid denegatum* sustinere non possit? quaerere magis prodest. negari autem sibi homo prudens ea tantum † sine quibus famem ac sitim frigusque summoueat. 113 et inane abscindere soldo. allegoricos: et inutilia ac uana ab utilibus ac necessariis recidere ac separare. 114 num tibi cum fauces urit. satis eleganter ac probabiliter haec inferuntur. ait enim, sicut, qui famem ac sitim sedare cupiat, uasorum quibus haec inferantur dilectum non habeat, ita rei ueneriae rationem esse, si quis eam ex necessitate non ex delitiis aut praua persuasione uelit nosse. 119 non ego namque parabilem amo uenerem facilem-

---

3 transluc& *M* 4 tangere: tollere *M* 6 hac: ac *M* 9 prumptu *M* 11 transuolıt ın medıum *M* 12 hıscıne uersıculıs *ante* transuolıt *sunt in M* 14 quocantare cum *M* 15 stabat . . modumque *M* 17 cupıdıtıbus *M* 18 toleranı *M* sı: sed *M* 19 *ante* quaerere *quaedam deesse uidentur* 20 ea: & *M* tantum non aegre fert, sine (*uel* non *om.*) ς, tantum ⟨non⟩ sinet, quibus? 22 ınanem *M* 23 ac uana: aut *M* sperare (e *sup.* s *scr.*) *M* 28 eam: ea *M* dılııs, tı *s. l. scr., M* 29 persuasıtne *M*

que. quod ad me pertineat, inquit, ego certe non faciam, ut malim tentigine rumpi, quam in quamlibet occurrentem necessitatem libidinis effundere. nam et illam malo, qua facile potiri possim. 120 illam post paulo sed pluris si exierit uir Gallis. haec distinguenda sunt, ut singula legantur. ita demum enim significabuntur uerba eius, quae se magno uendat et differendo amatorem cupidiorem sui faciat. Gallis autem has ait aptiores esse, quia Philodamus Epicurius, cuius sensum transtulit, relegat tales ad Gallos, qui magno adulteria mercantur uel propter diuitias uel quod incensioris libidinis sint. 123 ut neque longa nec magis alba uelit quam dat natura uideri hoc est: quae simpliciter agat nec proceritatem sibi staturae aut fucis colorem mentiatur. 125 haec ubi supposuit dextro corpus mihi laeuum. hoc est, quod Lucilius ait in VIII: Et cruribus crura *διάλλαξον*. 126 do nomen quodlibet illi. eleganter: fingo mihi in tenebris meretricem illam aliquam esse de nobilibus. per quod significat, non interesse quae sit, cum eam non uideas uel cum omnium eadem corporis natura sit. 129 uepallida lecto desiliat mulier. quidam putauerunt uepallidam nunc unam partem orationis esse ut Uegrandi subere coctum, quod ait Persius Flaccus, ut significet 'ualde pallida', sed mihi uidetur ue imitatiuo charactere dictum, ut illa perturbata mariti aduentu hanc lamentationis uocem proferat. 130 miseram se conscia clamet. ancilla scilicet, quae conscia

---

17 Lucil. fragm. VIII, 4 25 Persius 1, 97

---

1 inquid ago *M* 2 quamliber *M* 7 quae se (quae rem?) *nos:* quare *M* uendit *M* 9 as hait aptioresse *M* filodamus *M* 10 cuus *M* 16 leuum *M* 18 *διάλλαξον uel διαλλάξων nos:* diallaxon *M et codex Petri Danielis; cum* diallocon *eiusdem alter uetus codex habeat, L. Müller scripsit διαλλάσσων* 22 uepallida *ex* uepallio *m. 2. corr. M* 23 mulierem quidem *M* 24 una *M* uegrandis. sububere 27 aduentum *M* 28 lamentacionis *M* 29 ancillam *M*

sit dominae in hoc adulterii facinore. 132 discincta tunica fugiendum est et pede nudo. energos [hoc est otiose] expressa perturbatio adulteri de ipso lecto subito fugientis. 133 ne nummi pereant aut puga aut denique fama: ne deprehensus aut pecunia se redimat ab adulterio aut *ad* referendam contumeliam constupretur aut certe manifestus adulterii reus cum ad iudicium profectus sit condempnatus infamis fiat. 134 deprehendi miserum est Fabio uel iudice uincam. satis urbane significat, Fabium pro adultero iudicaturum, si iudex in hanc rem constituatur, qui harum rerum sit et ipse sectator.

SERMO 1, 3.

Omnibus hoc uitium est cantoribus. in eundem Tigellium Hermogenen et hic inuehitur eumque Sardum dixit, quod in Sardinia esset natus. adnotandum ergo et Sardum et Sardiniensem dici posse. nam Lucilius Sardiniensem dixit in sexto saturarum sic [tigellium] E Sicula † lucilium Sardiniensem terram. at Licinius Caluus de eodem Hermogene loquens Sardum dixit Sardi Tigelli putidum caput uenit. nonnulli tamen ueterum grammaticorum sic appellationes has diuiserunt, ut Sardum

---

19 Lucilii fragm. VI, 24  20 Catull. ed. L. Müller p. 84

---

2 est ut *M*  3 adulterıı *M*  5 puga: pıe *M*  6 redimat ab adulterio aut ad referendam *nos:* credımat · aut ab adultero · referendam *M,* (aut ab adulterio ad ref. *cod. Bamb.*)  7 cum stupretur *M*  10 uıncas *M*  fabıo *M*  11 ıudıcaturus ıudex *M*  12 *sequitur sermonis quarti et quinti commentarius in M. post scholion ad 5, 103* disputant *sequuntur haec:* EGLOGA III · Huius egloge ordo post secundam eglogam primi libri ordinatus est. *Deinde scholion ad 5, 104, quod cum* disputant *iungendum esse punctis significatur*  16 quod . . natus *fort. delenda sunt cf.* 22  18 lucılıum *M*  19 tıgellıum *deleui;* E Sicula *vel* E Siculis uentumst in Sardiniensem terram *uel* in t. S. *L. Müller et nos*  20 Caluus *Petrus Daniel:* gaıus *M*  armogene *M*  21 tıgıllı *et* capud *M*  22 uaenit *Bernhardy hist. lit. Lat. adn. 432 laudat*  23 apelIatıones *M*

putarent dici eum, qui in Sardinia natus sit, Sardiniensem autem incolam Sardiniae. 2 ut numquam inducant animum cantare rogati. subdistinguendum 'cantare' et sic inferendum 'rogati'. 6 ab ouo usque ad mala citaret io id est: ab initio cenae ad finem usque. ouum enim hodieque initium cenae est, quippe cum in gusto statim a balneis offeratur. mala autem apud ueteres inter cetera secundae mensae offerebant. citaret autem ait 'recitaret', unde et praecones citare dicuntur, qui clarius uoce dicunt. 7 io Bacche. hoc scilicet citaret id est clare diceret: io Bacche. 7 modo summa uoce modo hac resonat quae chordis quattuor ima id est: modo clara uoce modo pressa; et a tetrachordo hoc sumptum, in quo est grauissimi soni chorda, quae hypate dicitur. 9 saepe uelut qui currebat. ordo et sensus est: saepe currebat uelut qui fugiens hostem currit. ita per syllempsin figuram 'currebat' et 'currit' adsumptum est. 9 saepe uelut qui Iunonis sacra ferret. canephoroe hodieque Athenis appellantur, quae sacra capite portantes lento gradu incedunt. dicit ergo Hermogenen adeo inaequali fuisse mente, ut *interdum curreret* interdum tardissimo gradu ambularet. 14 et concha salis puri. puri salis id est: simplicis, non conditi. et concha merito, quia pauperiores in marina concha salem tritum habere solent, quo cum pane uescantur. 17 noctes uigilabat ad ipsum mane. aduerbialiter dictum est

29 Uerg. Georg. 4, 514 et Aen. 1, 47

1 dıcıt *M* sardınensem *M* 4 rogati cum pronuntiatione, qua significat etiam rogati *cod. Par. et cod. P. Danielis* 5 ab ımo cęnęe *M* 6 ınıcıum cene *M* 7 gustu ς 9 ait *nos:* aut *M* 10 cıtarı *M* uoce dıcuntur *M sequuntur sch. u. 7* modo, *sch. u. 9* sepe uelut qui Iunonis, *sch. u. 7* io bache, *sch. u. 9* saepe uelut qui currebat 11 bache *M bis* 12 haec reson& . . cordıs *M* 14 tetracordo *M* 18 sylempsım *M* e 'currebat' 'currit' ς *recte?* 20 caneforoe *M* 22 hermogenenen *M* 23 interdum curreret *addidi, post* ambularet *addunt* ς interdum citato

noctes, ut Flet noctem et Tot annos bella gero. ad ipsum mane autem pro: usque ad ipsum mane.

21 Maenius absentem Nouium cum carperet. qui de personis Horatianis scripserunt, aiunt Maenium et scurrulitate et nepotatu notissimum Romae fuisse. hic *cum* post patrimonium adrosum Kalendis Ianuariis in Capitolio clara uoce optaret ut quadringenta milia nummorum aeris alieni haberet, quaerente quodam, quid sibi uellet, quod tam solemni die aes alienum habere optaret, 'noli mirari' inquit 'octingenta debeo'. hic fertur domo sua, quam ad forum spectantem habuerat, diuendita unam columnam inde sibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quae ex eo Maeni columna nominabatur. cuius et Lucilius sic meminit Maenius columnam cum peteret. 25 cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis. sensus est: cum tua mala uideas uelut si lippiens inunctus sis, quare ad amicorum perspicienda uitia tam acute perspicis, quam aut aquila aut draco. aquilam autem *tam* acute cernere aiunt, ut rectis oculis radios solis intueatur. pro dracone autem serpentem Epidaurium ideo dixit, quia, cum Romani oraculo admoniti in Epidaurum insulam misissent, inde ut Aesculapium adferrent, draco e templo eius repente progressus nauem legatorum conscendit, quem illi numen dei creditum esse Romam aduexerunt. 29 iracundior est paulo et reliqua: habet aliqua uitia, ita ut paulo iracundior sit, ne possit deridentium urbanitatem, quae nunc maxime exercetur, sustinere. praestat etiam de se *ridendi* materiam, quod rusticius tonsus sit et toga

---

13 Lucilii fragm. inc. 100

---

2 pro *Pauly:* quo *M* 3 menius *M* cum: con *M* 5 menium ut scurrulitatem 6 cum *add. Pauly* 12 diuenditam *M* 13 meni *M* 15 menius *M* 16 lyppus iniunctis *M* 17 lyppiensi · unctus *M* 18 tam: quam *M* 19 dracco *M* 20 rectos *M* 21 epidaur um, i *eras. M* 22 in epidaurium *M* 23 esculapium *M* 26 ÷ (= est) *m. 2. add. M* 28 nec? 30 ridendi *add. Acr.*

eius defluat laxosque calceos habeat. 32 *at est bonus ut melior uir .. amicus. ordo: at* bonus uir est et tibi amicus. his ergo colligit, uitia si leuia sint ferenda esse, secundum illud quod praecipitur per prouerbium: Amici mores noueris, non oderis. 33 at tibi amicus id est: uerus amicus. pronuntiandum autem est, ut significatio eius exprimatur. 35 numqua tibi uitiorum inseuerit olim natura. num qua pro 'num aliqua', ut si diceret 'numquid'. inseuerit autem pro 'inseuerit se' aut 'insita fuerit'. hac figura et illud dicitur Praecipitat nox et Prora auertit. sensus autem: te ipsum denique perspice, ne habeas aliqua uitia aut ingenita tibi aut mala consuetudine quaesita. 36 namque neglectis urenda filix innascitur agris. manifesta allegoria. 38 illuc praeuertamus pro: illuc transeamus. sicut dicitur Uolucremque fuga praeuertitur Hebrum. 40 ueluti Balbinum polypus Hagnae. Luciliana urbanitate usus in transitu amaritudinem aspersit. 41 uellem in amicitia sic erraremus. utinam, inquit, hunc errorem circa amicos nostros pateremur uitia illorum non intellegentes. qui error adeo laudaretur, ut uirtus potius quam uitium diceretur. 44 strabonem appellat paetum pater. strabo detortis qui est oculis, dicitur, paetus leniter declinatis. ex hoc autem et his quae sequuntur ostendit, a parentibus filiorum uitia aut non intellegi aut intellecta dissimulari. quod praecipit circa amicos quoque faciendum esse. 45 male paruus si cui filius est.

5 cf. Publilium ed Woelfflin p. 119 11 Uerg. Aen. 2, 8 et 1, 104 17 Uerg. Aen. 1, 317

1 calceas *M* *haec addidi* 3 ego *M* 5 ac tıbı amıcos *M* 6 ueros amıcos *M* 7 sıgnıfıca *M* equa .. ınsederıt *M* 10 inseuerit se *nos:* ınsuerıt se *M* 11 praecıpıat *M* proram *M* 14 felıx *M* 17 preuert ebrum *M* 18 agne *M* lucılıane *M* 22 uıtıcıa *M* 24 p&um .. petus *M* 25 leuıter *M* 26 ex *Acr.: & M* hısq; sequantur *M* 27 uıtıaut *M* 29 si cui: sıc *M*

mire dixit male paruum, uolens intellegi macilentum. 46 ut abortiuus fuit olim Sisyphus. *Sisyphus* Marci Antoni triumuiri pumilio fuisse dicitur intra bipedalem staturam ingenio tamen uiuax. 47 hunc uarum distortis cruribus. uari appellantur introrsum retortis pedibus. 47 illum balbutit scaurum. scauri sunt, qui extantes talos habent. suauiter autem dixit balbutit scaurum. sic enim blandientes infantibus infringere linguam solent, ut quasi eos imitentur. 49 parcius hic uiuit frugi dicatur. hic iam ostendit, qualia amicorum uitia existimare et appellare debeamus. 51 at est truculentior atque plus aequo liber. simplex fortisque habeatur. simplices uulgo pro mansuetis et modestis dicunt. cur hic simplicem dixit, qui quod sentiat de amico libera lingua pronuntiet? 53 *caldior est:* * * et honesto nomine acer dicatur. 55 at nos uirtutes ipsas inuertimus id est: maligni adeo ingenii sumus, ut non tantum uitia amicorum non tegamus, sed etiam laudes ipsas male interpretantes culpemus. 55 atque sincerum cupimus uas incrustare. allegoricos hoc dicitur. incrustari autem uas dicitur, cum aliquo uitioso suco inlinitur atque inquinatur [autem]. secundum quod et Lucilius in III satirarum ait Nam mel regionibus illis Incrustatus calix † ruta caulis habetur. 57 illi tardo cognomen pingui damus. [id] est sensus: naturam in uitium uertentes pro pingui tar-

25 Lucilii fragm. III, 20

2 abortıbus . . sısyfus *M* 4 ıntra pedalem *M* bipedalem *uel* semipedalem *Acr.* 5 apellantur *M* 6 balbuttıt *bis M* 9 ınfıngere *M* 12 apellare *M* 16 *post* pronuntiet *sequuntur in M:* & ıngenıı sumus, ut non tantum uıtıa amıcorum. non tegamus. sed &ıam. *quae uerba lemma et initium scholii u. 53 extruserunt* 22 ıncurtare *M* ıncurtarı *M* 25 ın IıI *M* 26 calix rutai *L. Müller,* calix et rutae *nos.* Lucılı . . quarto satırarum aıt nam mel regıonıbus ıllıs . . statııs calıx rutıa *Cod. Bambg.* 27 ıd (ı *ex* s *corr.*) *M,* hic *Hauthal*

dum dicimus. 59 nullique malo latus obdit apertum. obdit nunc ‘obicit atque offert’ significat.

67 quam temere in nosmet legem sancimus id est: temere nimis agimus sic iudicantes de amicis nostris, quia incipiunt et illi de nobis iudicantes eandem legem constituere. 68 nam uitiis nemo sine nascitur. optimus ille est qui minimis urgetur. nemo est, inquit, qui [non] uitia in se non habeat. denique bene est, si pauca habeat, quoniam ut nulla habeat fieri non potest. 69 amicus dulcis ut aequum est cum mea conpenset uitiis bona. ordo et sensus est: cum uitiis meis mea bona conpenset. sic ergo ex eo, quod est ‘bona *mea*’, per figuram syllempsim ‘meis’ adsumimus. 71 amari si uolet hac lege in trutina ponetur eadem. allegoricos hoc significat: qui ignoscet uitiis meis, indulgentia et ego uitia illius aestimabo. 73 qui ne tuberibus propriis offendat amicum postulat ignosce [uitiis meis.] t uerrucis illius. haec allegoria et ad praecedentem sensum et ad subiectum pertinet. 76 denique quatenus excidi penitus uitium irae et reliqua. denique, inquit, si non potes dissimulare uitia amicorum, saltem talia illa aestima qualia sunt, noli ea malignitate tua augere. deinde hinc paulatim descendit eo, ut aduersus Stoicos disputet, qui dicunt peccata omnia paria esse et similia et animum spectandum peccantis, non quantitatem rei, in qua peccatum est. 82 Labeone insanior inter sanos dicatur. Marcus Antistius Labeo praetorius iuris etiam peritus memor libertatis, in qua natus erat, multa contumaciter aduersus Caesarem dixisse et fecisse dicitur. propter quod nunc Horatius adulans Augusto insanum eum dixit. 86 odisti et fugis ut Rusonem debitor aeris. Octauius Ruso acerbus fenerator fuisse

2 nunc: non *M* 12 uıtıs *M* 13 sı *M* mea *addidi* 14 syllempsin meis *nos:* sılempsı · bonıs *M* 15 hac: ac *M* 19 allegorıca *M* 21 catenus . . ıre *M* 22 denıquı *M* 23 aestima *Hauthal:* aestımo *M* 25 aduersos *M* 33 rossonem debıtum *M* 34 druso aceruus *M*

traditur, idem scriptor historiarum, ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos, quibus scilicet talia audire poena grauissima erat. hoc enim significat porrecto iugulo. 90 mensaue catillum Euandri tritum manibus deiecit ob hanc rem. qui de personis Horatianis scripserunt, aiunt Euandrum hunc caelatorem ac plasten statuarum † quare Marco Antonio ab Athenis *se* Alexandriam transtulisse; inde inter captiuos Romam perductum multa opera mirabilia fecisse. 92 aut positum ante mea quia pullum. *ordo: quia ante positum pullum* in mea parte catini sustulit. 96 quis paria esse fere placuit peccata laborant cum uentum ad uerum est. sensus moresque repugnant. Stoicorum dogma reprehendit, qui omnia peccata paria esse dicunt, et ait ne ipsos quidem in hac sententia permanere, nisi uerbo tenus iam hic tractatus habeatur, sed uere de admisso quaeratur. 98 atque ipsa utilitas iusti prope mater et aequi. nondum uideo, quomodo utilitatem iusti et aequi matrem recte dixerit. 107 nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli. hoc eo pertinet, ut probet id quod dixerat, homines inter se ab initio cum orti sunt pugnas habuisse primo ferino ritu, dein paulatim ad arma processisse. 113 nec natura potest iusto secernere iniquum diuidit ut bona diuersis fugienda petendis. non, inquit, ita per naturam quid iustum quid iniustum sit intellegere quis potest, ut intellegit, quid utile et quid inutile sit, aut quo malum a bono distet. 115 nec uincet ratio hoc tantundem ut peccet idemque et reliqua: nec hoc umquam ratio obtinebit, ut eadem peccata credenda

---

3 alia *M* 5 euandritum manibus *M* 6 oratianis *M* 7 celatorem *M* 8 quaerente *uel* auctore *nos* se *addidi,* alexandrium *M* 11 me quia *M* *haec ex Acrone addidi* 13 liberant *M* 15 docma *M* 19 prome *M* 20 recti *M* 22 deterrima *M* 23 s̄ *M,* sint ς 24 ferinu *M* 29 quod malum *M*

sint esse sacrilegi et eius qui cauliculos de horto furatus sit. 117 nocturnus diuum sacra legerit: ʻcollegeritʼ ac per hoc ʻsubduxerit ac furatus sitʼ, unde sacrilegi ipsi qui hoc admittunt appellantur. 119 ne scutica dignum horribili sectere flagello et reliqua. sensus: ne leuiter caedendum flagellis uerberes; nam illud te non moneo, ne grauius puniendum ferula caedas, quoniam scio te nullum peccatum leue putare esse. 122 mineris falce recisurum simili te. allegoricos; quod significat: mineris eadem poena uindicare parua et magna peccata. 124 si diues qui sapiens est et reliqua. hoc ad illud refertur, quod de affectione Stoici existimant perfectae sapientiae uirum omnia habere. in quo sensu et Lucilius uersatus sic ait Nondum etiam haec omnia habebit, Formonsus diues liber rex solus † testeturque tamen poeta non simpliciter hoc, sed per derisum Stoicorum dicit. 126 non nosti quid pater inquit Chrysippus dicat et reliqua. personam contradicentis poeta per urbanitatem fingit, ut et Stoicos et alios, quorum nomina subiecit, derideat. 130 ut Alfenus uafer omni abiecto instrumento artis clausaque taberna sutor erat. sic, inquit, Stoicus et rex *est* et quidquid ipse sibi adsignat, ut Alfenus sutor potest dici, quamuis tabernam clauserit et omne instrumentum sutrinae uendiderit. urbane autem Alfenum Uarum Cremonensem deridet, qui abiecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Romam petit magistroque usus Sulpicio iuris consulto ad tantum

---

14 Lucil. fragm. inc. 101

---

1 hortu fueratus *M* 4 sacra legı *M* apellantur *M* 5 scıthıca *M* 9 si. te: & sımılıa *M* 10 pena *M* 11 paruum *M* 13 affeccıone *M* 15 nondumexıam *M. fort. latet nomen* 16 *post uerbum quoddam futuri temporis* (feretur *scripsit L. Müller*) *scribendum uidetur* uterque tamen poeta 19 thrysıppus *M* 22 afer *M* 24 est *addidi* quıd & quıd *M* ut Alfenus sutor potest *nos:* ut alıı potest *M* 27 abiecto sutrino quod *Holder, ut uidetur* 29 sulpıtıo *M* tantum dignitatis ς

peruenit, ut et consulatum gereret et publico funere efferretur. 133 uellunt tibi barbam lasciui pueri et reliqua. quo modo rex es, inquit, Stoice, cum petulantiam puerorum barbam tibi uellentium non aliter possis repellere quam ui id est baculo tuo. per quod ostendit uanissima persuasione sibi eos uindicare quod nequaquam habeant. 137 dum tu quadrante lauatum rex ibis. perquam urbane. sensus autem est: quamdiu tu solus lauabis quadrante balneatori dato neque quisquam tibi comitabitur praeterquam unus Crispinus disciplinae Stoicae sectator, facile erit sic non credere paria esse peccata omnium, ut non probent te regem esse. 142 priuatusque magis uiuat te rege beatus. ordo et sensus est: magis beatus uiuet priuatus quam tu rex.

## SERMO 1, 4.

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae atque alii. *hi* archaeas comoedias scripserunt, in quibus ciuium uitia amaritudine stili prodiderunt. mire autem per haec origo saturae ostenditur. 7 mutatis tantum pedibus numerisque facetus, quia scilicet alio metro usi sunt, *qui ἀρχαίας* comoedias scripserunt, alio Lucilius saturas composuit. 8 emunctae naris id est: tersus atque eleganter dicens et ridens. 9 in hora saepe ducentos ut magnum uersus dictabat stans pede in uno hoc est: magnam rem se facere putans, si multos uersus minimo tempusculo dictaret. 11 cum flueret lutulentus erat quod tollere uelles [possessa]. alle-

---

3 cum: con *M* 5 uaculo *M* 6 Nanıssıma *M* inanissima? 12 crederere *M* 13 probes? 15 beatum *M* 16 *huic sermoni, qui secundum sequitur, inscriptum est in M:* EGLOGA ⁝ V ⁝ 17 gratınus arıstofanesque *M* 18 arceas comedıas *M* 19 scılıc& prodıderunt *M* stili prosciderunt ς 20 satyre *M* 22 usı ꝭ *(incipit f. 33:)* apx · eac · comedıas *M* 23 satyras *M* 24 hemuncte *M* 25 dicens *nos:* decens *M* ınoresepe *M* 29 quo *M* posses *interpretatio uerbi* uelles *est*

goricos a flumine, quo significat multa eum sed inordinate dixisse, ex quibus tamen sint nonnulla, quae uelles inde excerpere et pro tuis habere. 13 scribendi recte: nam ut multum nihil móror. non, inquit, laborabat ut recte scriberet sed ut multum; sed ego hoc nolo. 13 ecce Crispinus minimo me prouocat. sensus ex prouerbiali consuetudine ductus. solemus namque dicere 'minimo [me] digito prouocat', cum uolumus quem intellegi tantum ualere minimo digito quantum alium totis uiribus. Crispinus autem non tam bonos quam multos uersus faciebat; cuius et supra meminit dicens Ne me Crispini scrinia lippi conpilasse putes. 14 accipe si uis *accipiam: 'tabulas* accipiamus' ait. mimetico autem charactere prouocantem ad scribendum Crispinum ostendit. 19 at tu conclusas hircinis follibus auras et reliqua. per haec significat Crispinum inflata et turgida scribere. hinc autem Persius illud transtulit Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino folle premis uentos. 21 beatus Fannius ultro delatis capsis et imagine. urbanissima amaritudine hoc dicitur. sensus autem: o beatum Fannium, cuius imago et capsae cum libris in bibliothecas ultro receptae sint, cum mea e contrario scripta nemo norit nec uelit nosse, primum quod non publice recitentur, *deinde quod conscii sibi peccatorum non delectentur* hoc poematis genere, quo uitia eorum carpuntur. 28 stupet Albius aere. Albium, quem infra quoque male uiuentem ostendit, cupiditate uasorum et signorum Corinthiorum teneri

---

12 sermo 1, 1, 120 18 sat. 5, 10

---

1 flumına *M* 8 me *deleui* 9 ualerı . . quanto *M* 14 accipiam tabulas *addidi* 16 hyrcınıs . . aurıs *M* 18 torrida *M* 19 neq; neelantı *M* 23 ınmago *M* 24 mea e: me (*in* meę *corr. m. 2) M.* 25 scrıpto · nemonorınt · nec uelınt *M* 26 *haec om. M* 28 albınus aeccre *M* 29 uıuentum *M* 30 chorınthıorum *M*

ait. 34 fenum habet in cornu [longe] longe fugetr. imitatiuo charactere hoc fingit eum dicere, qui ob conscientiam peccatorum timeat maledicum poetam. Romae autem uidemus hodieque fenum uelut † ansuram factam in cornu boui poni, quo signum datur transeuntibus, ut eum uitent. hic ergo translatio ad poetam. 36 omnes gestiet a furno redeuntes scire id est: etiam uulgares uult scire, cum maledice de uno quoque dixerit. 39 primum ego me illorum et reliqua. ordo est: primum ego me illorum excipiam numero, quibus dederim poetas esse. sensus est autem: primum omnium ego me non pono in numero eorum, quos consentio poetas esse, quippe sermoni cottidiano propiora scribens. 43 atque os magna sonat. id est: magnas res loquens os et sublimia canens. 47 nisi quod pede certo differt sermoni: qui in comoedia uel in uersibus nostris continetur. hoc solo differt ἔμμετρος sermo, quod illo metro concludatur. 49 quod meretrice nepos insanus amica filius. bellam obscuritatem adfectauit 'nepos filius' dicendo, sed 'nepos' hic 'uorax atque prodigus' intellegendus. 51 ebrius et magnum quod dedecus ambulat ante noctem cum facibus. ordo est: quod ebrius ambulet ante noctem cum facibus, quod magni dedecoris res est. 52 numquid Pomponius istis audiret leuiora. mira urbanitate et amaritudine Pomponi persona abusus est quasi argumenti loco, ut eum carperet. 55 quem si dissoluas quiuis stomachetur eodem quo personatus pacto pater. quem uersum si dissol-

---

2 fugetr, turam. (turam *deletum est*) *M* fuge et reliqua? 5 ansulam ς cornu *nos:* cornulo *M* 6 hinc? 11 ıllorum et relıqua excıpıam *M* 13 ınmero eorum quod *M* esse sensus est autem quıppe *M* 14 proprıora *M* 15 magna spes *M* 16 quı *M* 17 sermoni: ⟨sermo communis uix differt sermoni⟩? comedıauer *M* 18 εμμετρος *nos:* ınm&ros *M* 20 bellam: eıllam *M* 21 filıo *M* 25 dedecorı *M* 26 audıre letııora *M* *cf. O. Jahn, Hermes II, p. 218* 28 caper& *M*

uas, inquit, ea uerba ibi inuenies, quibus quiuis de uulgo irascens filio suo utitur. uenuste autem personatum patrem dixit senem de comoedia. 56 his ego quae nunc olim quae scripsit Lucilius. ex eo quod est 'scripsit', 'scribo' adsumendum per syllempsin. totum enim tale fit: his ego quae nunc scribo et olim quae Lucilius scripsit. et est sensus: si dissoluas uersus uel meos uel Lucilii, non eadem uerba inuenies, quae sunt *in* Ennianis uersibus, qui magno scilicet spiritu et uerbis altioribus conpositi sunt, uelut hi sunt Postquam discordia tetra Belli ferratos postes portasque refregit. 62 inuenies etiam discerpti membra poetae. eleganter nulla signa poeticae inueniri ait in uerbis uersuum suorum uel Lucilii, si dissoluantur, quia de sermone communi sunt. 63 alias iustum sit necne poema. subaudiendum 'tractabimus' aut 'quaeremus' aut quid tale. 65 Sulcius acer ambulat et Caprius rauci male. hi accerrimi delatores et causidici fuisse traduntur, et ideo rauci, quod in contentione iudiciorum clament. cum libellis autem, *in* quibus adnotant, quae deferunt. 69 ut sis tu similis Caeli Byrrique latronum non ego sum Capri neque Sulci cur metuas me? nulla taberna. etiam si tu, inquit, qui poetam times, tam nocens sis quam Caelius aut Byrrius, non tamen ego delator aut accusator sum, propter quod me ita timere debeas, ut Caprius timetur aut Sulcius. 71 nulla taberna meos habeat neque pila libellos. negat se libellos suos edere bibliopolis, qui uel tabernas habeant uel armaria apud pilas, ne in sordidam turbam, qualem uult intellegi Tigellium Hermogenen, incidant. 74 in medio

11 Ann. 270

3 comedıa *M* 5 syllempsıs *M* 15 dissoluantur: dısseruantur *M* discerpantur? 16 poeme 20 ıudıtıorum *M* 21 in *addidi* 22 celı bırrıque *M* 23 sutı *M* 28 sultıus *M* 30 amarıa *M* 31 ne *nos:* sunt *M*, quae apud pilas sunt ne ς

qui scripta foro recitent sunt multi. *ἐν ὑποκρίσει* per *ἀνθυποφορὰν* hoc pronuntiandum est, deinde inferendum quasi per responsum quoddam: quique lauantes. et est sensus: sed dicis multos ita gloriari in uersibus suis, ut eos etiam in medio foro recitent; consentio, ac non tantum ibi, uerum etiam *in* balneis haec fieri, quippe *cum* suauiter resonans uox ipsos uersus gratiosiores faciat. sed totum hoc urbanissima amaritudine dicitur. 79 et hoc studio prauus facis. potest *ἐν ὑπαλλαγῇ* accipi: prauo studio facis hoc. 79 petitum hoc in me iacis. unde, inquit, crimen hoc in me colligis? et hoc poeta proprie de se dicit. est autem metaphoricos dictum quasi de telo aliquo aut lapide, qui tollitur utique alicunde, ut mittatur. 81 absentem qui rodit amicum et reliqua. haec etiam grauiter dicuntur. 82 solutos qui captat risus hominum hoc est: qui meram urbanitatem putat, si carpendo aliquem risum circumstantibus moueat. 85 hic niger est id est: hic malus ac uenenatus est. nigrum autem pro malo ac noxio sic dixit, ut Uirgilius: Nigri cum lacte ueneni. 87 e quibus unus auet quauis aspargere cunctos: probris scilicet aspargere. 88 praeter eum qui praebet aquam id est: qui pascit. sed uideamus an commoda synecdoche sit ‘aquam praebere’ dicere pro ‘pascere’. 89 condita cum uerax aperit praecordia Liber hoc est: cum per ebrietatem ea quae in penitiora mentis condiderat prodit ac publicat. 90 hic tibi comis et urbanus liberque uidetur *infesto nigris* id est: tibi qui

---

21 Aen. 4, 514

---

1 yΠ·O·KάPCEI PEr *M* 3 quasi *Pauly:* qua *M* 4 sed: si? multos ita *Fabricius:* multo enım *M* 8 uersos *M* 9 studeo *M* 10 *ἐν ὑπαλλαγῇ nos:* ethıballage *M* 11 hoc *cum* facis *iunxi* 12 propria *M* 13 m&aforıcos *M* 20 uenatus *M* malo ɔobnoxıo *M* 22 aut quamuıs *M* 24 qui: quıa *M* 25 sınecdoche · sıt tamquam *M* 26 cum: con *M* 28 pernıtıora *M* 29 s& *M*

14*

nigris id est malignis infestus es. 91 [ego siri propter leuia. quorundam uitia rideo.] ego si risi quod ineptus pastillos Rufillus olet: ego si [risis] propter leuia quorundam uitia rideo, liuidus tibi mordaxque uideor. 93 mentio si quae de Capitolini furtis iniecta Petilli et reliqua. *tu*, inquit, si forte mentio de Capitolini criminibus facta fuerit, secundum consuetudinem malignitatis tuae ita eum defendes, ut dicas a puero tibi amicum fuisse tuaque causa eum multa fecisse et gaudere te, quod incolumis in urbe uiuat; mirari tamen, quo modo iudicium illud effugerit. hic ergo est liuor ac uoluntas uenenata damnare sententia sua, quem iudices absoluerunt. Petillius autem Capitolinus cum Capitoli curam ageret, coronae subreptae de Capitolio causam dixit absolutusque a Caesare est. 100 hic nigrae sucus lolliginis haec est aerugo mera. ex lolliginis suco liuorem mentis uult intellegi, ex aerugine uenenum. malos autem homines atros ac uenenatos dicere solemus. 105 insueuit pater optimus hoc me ut fugerem. pater meus, inquit, eam mihi disciplinam dedit atque in consuetudinem eam induxit, ut neque cogitarem quid maligne neque dicerem. deinde mira urbanitate dum ostendit, quo modo pater suus monere solitus esset uitia fugere, multos probrosis iocis percutit. 107 *cum me hortaretur .. ordo:* cum me hortaretur, uti parce frugaliterque uiuerem. 115 sapiens uitatu quidue petitu sit melius causas reddet tibi: philosophus tibi rationem reddet, quare quid peti debeat aut uitari. mihi satis est, si opiniones a maioribus traditas tibi monstro. 120 nabis sine cortice id est: natabis per te sine adminiculo, et hoc allegoricos dicitur.

---

1 es: est *M* 2 *scholion constitui* sırı . . pastıllus rufullus *M* 4 murraxq; *M* 5 capıtulını *M* 6 tu *addidi:* si inquit ς 7 capıtolınıs *M* 11 ıudıtıum *M* 12 lıbor *M* 13 tua? 14 capıtulınus *et* capıtulıo (u *in* o *corr.*) *M* 17 lıborem *M* 18 erıgıne *M* 20 obtımus *M* 27 uıuerem *M* quıd tu quıdue p&ıtus *M* 31 nauıs *M*

123 unum ex iudicibus selectis obiciebat. iudices equites Romanos dixit. ex equestri enim ordine iudices leguntur hodieque. 126 auidos uicinum funus ut aegros exanimat mortis et reliqua. sensus est: ut intemperantes aegri, si forte audierint aliquem in uicinia efferri, admoniti mortis obseruantius secum agunt, ita tenerae mentes a uitiis submouentur cum obprobria aliorum audiunt. exanimat autem non ‘occidit’ significat sed ‘conturbat ac timefacit’.

129 ex hoc ego sanus ab illis perniciem quaecumque ferunt. his, inquit, praeceptis patris mei effectum est, ut a perniciosis uitiis temperarem.

132 liber amicus id est: libere proferens apud me, si quid de me aequius sentiat. 133 neque enim cum [me] lectulus aut me porticus excepit desum mi. tractare secum ait semper, cum solus deambulet aut iacens in lecto uigilet, de officio boni uiri atque exempla uitae singulorum sibi proponentem quaerere, quid ipse sequi imitarique debeat. 138 ubi quid datur otii inludo chartis. hoc est mediocribus illis ex uitiis unum. urbanissime iterum adponit poemata scribere; sed et cetera quae subiecta sunt eadem urbanitate dicuntur.

## SERMO 1, 5.

Egressum magna me accepit Aricia Roma. Lucilio hac satura aemulatur Horatius iter suum a Roma Brundesium usque describens, quod et ille in tertio libro fecit, primo a Roma Capuam usque et

---

26 Lucil. III, 1.

---

4 examınat *M* 6 oberuantıum *M* 7 tınere *M* uıcıns *M* 9 conturb& *M* tremefacit *uel* timere facit ς 10 pernıtıem quemcumque *M* 12 meıs *M* pernıtıcıosıs *M* 13 preferens *M* 14 quıs *M* equıus *M* 17 solus: sol& *M* 20 ıncubo .. medıocrıs *M* 24 EGLOGA ·VI· 25 egressus *M* arıtıa *M* 26 haec satyra *M* 27 brondesıum *M*, Brundesium *nos; cf. u. 104 et De Vit. Onomasticon* 28 tercıo *M*

inde fretum Siciliense. 4 differtum nautis et reliqua. peruenisse Forum Appii indicat, ubi turba esset nautarum, qui in Pomptinis paludibus nauigabant, item cauponum ibi morantium. iter autem illud expeditioribus unius diei esse dicit, quod ipse biduo confecerit. 5 altius . . praecinctis id est expeditius et agilius. 7 hic ego propter aquam et reliqua. hodieque Foro Appi uiatores propter aquam, quae ibi deterrima est, manere uitant. dicit ergo Horatius se ibi cenare noluisse, *ne* necesse haberet bibere. 12 huc appelle trecentos inseris. uerba sunt nautae irascentis, quod plura naui inponat quam pepigerat [id est: pactus fuerat]. 13 dum aes exigitur dum mula ligatur. manifestum est, illis temporibus per paludes Pomptinas non talem uiam fuisse, ut uehiculis illa ire possent; itaque nauem solitos conscendere uiatores, quam iumentum aliquod duceret. 15 absentem cantat amicam multa prolutus uappa nauta atque uiator. sic enim leues ac uulgares homines noctu solatia uigiliarum quaerere solent cantica amatoria cantantes. 18 ac missae pastum retinacula mulae nauta piger saxo religat. posteaquam obdormierint uiatores, dicit nautam mulam disiunctam pastum misisse naui retinaculo ad saxum ligata. 24 ora manusque tua lauimus Feronia lympha. Tarracinam se quarta hora tandem peruectum esse dicit. hodieque autem paulum citra Tarracinam fons Feroniae est. 25 milia tum pransi tria repimus atque subimus inpositum saxis late candentibus Anxur. quae nunc Tarracina dicitur, olim Anxur dicebatur. unde Iouem Anxurem colebant, cuius et Uergilius

---

1 inde ad ς 4 moratum *M*, cauponum. ibi moratum (*sc.* se esse)? 6 precincti *M* 9 teterrima *Fabricius* 11 apelle *M* 13 *haec deleui* 16 uehiculis *nos:* uehiculas *M*, uehicula ς poss& *M* 18 duceret *nos:* conducere *M*, conduceret ς 20 noctis *M* 24 misse *M* 25 retinaculo *nos:* retinacula *M* 31 olymm *M* 32 anxire *M*

meminit cum ait Iuppiter Anxuris aruis praesidet. merito autem repimus, inquit, et inpositum saxis Anxur, quoniam illis temporibus adhuc Tarracinensis urbs in altissimo monte erat, unde postea in aequiorem locum deposita est, ut sunt adhuc uestigia aedificiorum in monte, sed et murorum. 26 inpositum saxis late candentibus Anxur. mons ille, in quo Tarracina constituta erat, non candida saxa habet, sed calci coquendae aptissima. ergo a calce uidetur candida dixisse. 27 huc uenturus erat Maecenas et reliqua. dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque Lucius Cocceius Nerua auus eius, qui postea imperauit, petit a Caesare, ut aliquem, cum quo de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam. et primum Maecenas, mox et Agrippa adgressi sunt, hique, qui pepigerant fidem confirmatissimam, in una castra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. hoc et Titus Liuius in libro CXXVII refert excepta Fontei Capitonis mentione. 32 ad unguem factus homo. translatio a marmorariis, qui iuncturas marmorum tum demum perfectas dicunt, si unguis superductus non offendat. unde iam quaecumque perfectissima esse uolumus significare ad unguem facta dicimus. 35 insani ridentes praemia scribae praetextam et latum clauum prunaeque uatillum. Aufidium Luscum de decuria scribarum significat fuisse, qui tunc in oppido Fundis magistratum gereret; quem sibi risui fuisse ait, quod magni penderet indutum se esse lato clauo ac praetexta et de balneis publicis prunas sibi domum a mediastinis adferri. 37 in Mamurrarum lassi deinde urbe manemus. Formias urbem significat. hic namque fuit familia Mamurrarum ho-

---

1 Aen. 7, 799

---

1 anxiris *M*  5 et sunt?  7 anxyr *M*  8 qua *M*  12 Lucius Cocceius *Pauly:* lucilius *M*  16 congressi ς  hique qui *nos:* hi quoque *M*  17 uno *M*  utrosque *M*  18 libius *M*  26 adfidium *M*  28 gener& *M*  33 familiarum *M*

nesto loco nata. 38 Murena praebente domum Capitone culinam. dicit se Formiis Murenae domo hospitatum esse, sed apud Capitonem cenasse. 44 nihil ego contulerim iucundo sanus a. quamdiu sana mente sum, inquit, nihil putabo conparabile esse iucundo amico meo. 45 proxima Campano ponti quae uillula tectum praebuit. hic subdistinguendum et audiendum extrinsecus uerbum 'est', quia plenum sic fit: quae uilla proxima [id] est ponti Campano, tectum praebuit. significat autem iuxta pontem Campanum, qui est citra sextum decimum miliarium a Capua in uilla se mansisse. 46 et parochi quae debent ligna salemque. ex uerbo praebuit, quod est in principio uersus, 'praebuerunt' huc adsumendum est. parochi autem copiarii dicuntur ἀπὸ τοῦ παρέχειν [ab exhibere]. hodieque autem a copiariis praestantur haec iis, qui rei publicae causa iter faciunt. 49 namque pila lippis inimicum et ludere crudis. se lippum dixerat; ergo crudum Uergilium intellegamus, quia uidetur singula singulis adsignasse. 51 quae super est Caudi cauponas. a Capua profectos *in uilla Coccei man*sisse se indicat, quae est supra tabernas Caudi oppidi. 51 nunc mihi paucis Sarmenti scurrae pugnam Messique Cicirri Musa uelim memores. ostendit se relaturum contentionem, quam inter se Sarmentus et Cicirrus habuerint, ambo et urbanitate et audacia noti, equites tamen Romani. 54 Messi clarum genus Osci. figurata elocutio: Messi genus Osci sunt. 55 Sarmenti domina exstat. sic hoc dicitur, quasi libertinus fuerit Sarmentus. 61 laeui frontem

2 formıs *M* 4 ıocundo *M* 5 sım *M* 6 ıocundo *M* meo *om.* ς *recte fort.* 14 hoc *M* 15 cupıarıı *M* 16 *haec deleui* 17 ınter *M* 18 phıla . . trudıs *M* 19 lyppum *M* 21 claudı *M* 22 profectNsısesemdıcat *M* 23 paternas *M* 24 sarmentıs . . messııque *M* 26 sarmentıus & cıcırrıus *M* 27 audatıa . . aequıtes *M* 28 *sch. u. 54 post schol. u. 55 est in M* 28 *cf. Weichert Poet. Lat. p. 225* 29 ortı figurate *M* 30 sermentı *M* 31 lıbertıne fuerıt. sarmentıus *M* leuı *bis* . . leuam *M*

turpauerat oris. attende elocutionem. laeui oris frontem pro 'laeuam partem' ponit 'in fronte'. 62 Campanum in morbum. Campani, qui Osci dicebantur, ore inmundi habiti sunt. unde etiam obscenos dictos putant quasi Oscenos. 65 donasset iamne catenam ex uoto laribus quaerebat. urbanissima contumelia haec dicta sunt in eo, qui seruilibus esset natalibus, translatione sumpta a generosis pueris, qui bullam auream egressi pueritiae annos apud lares solent suspendere. 66 scriba quod esset nihilo deterius dominae ius esse rogabat id est: nullum praeiudicium dominum passum, quod illum de curia scribarum sibi comparasset. 71 ubi sedulus hospes paene macros arsit dum turdos uersat in igni. ordo est: paene arsit. 73 nam uaga per ueterem et reliqua. mira energia hic sensus explicitus est. 77 incipit ex illo montes Apulia notos ostentare mihi. *ordo: notos mihi. nam 'ostentare mihi'* ideo maxime non est intellegendum, quia si hoc uellet intellegi 'ostentare nobis' dicendum erat, cum non solus iter faciat nec illos montes solus uidere incipiat. 78 quos torret Atabulus. sic appellatur uentus in Apulia feruentissimus Graeca appellatione. † si atalia lontatus est. in ataen ballonta. 79 nisi nos uicina Triuici uilla recepisset. Triuici oppidum *in* fine Campaniae est.

84 tum inmundo somnia uisu nocturnam uestem maculant. significat, cum ad nescio quam puellam misisset, ut secum maneret, illam promisisse quidem se uenturam, sed non uenisse; quam cum diu expectasset, postremo obdormisse; deinde per somnium imaginantem se, cum eandem puellam uidisset, concumbere super se ipsum patrasse. 87 man-

5 quasıosscenos *M* 7 in eum ς 11 domınus esse *M* domini ius? 12 praeıudıtıum *M* 14 pene *M bis* 15 ınsıgnıs *M* 18 natos *M* 18 *sic sensum compleui* 20 sıc *M* 23 apelletur (e *in* a *corr.*) *M* 24 greca apellatıone *M* hi *Ἀταβόλον* uocant *ὡς εἰς τὴν ἄτην βάλλοντα an* [sıatalıalonta] *ὡς εἰς τὴν ἄτην βάλλων πάντα?* 25 uıllula *M* 32 somnum *M* 33 scıper *M*

suri oppidulo quod uersu dicere non est signis perfacile est. Aequum Tuticum significat, cuius nomen hexametro uersu compleri non potest. hoc autem sub exemplo Lucili posuit. nam ille in sexto saturarum sic ait: Seruorum est festus dies hic, Quem plane hexametro uersu non dicere possis.

90 ultra callidus ut soleat umeris portare uiator. adeo dicit hic bonum panem fieri, ut, qui callidi id est periti sint uiae illius ac sciant ultra meliorem panem non esse, inde sibi ferant. 91 aquae non ditior urna. de Canusio hoc dicitur, non de Aequo Tutico, cuius supra meminimus. 93 flentibus hinc Uarius discedit maestus amicis. non ob aliam causam 'flentibus' et 'maestus' dictum, sed ob mutuum desiderium. 97 dehinc Gnatia Lymphis iratis exstructa. per haec *hoc* quoque oppidulum significat penuria aquae laborare. 98 risusque iocosque dum flamma sine tura liquescere limine sacro persuadere. significat Gnatiae aram esse, in qua lignis extinctis positis ignem sua sponte gliscere opinio sit; quod tamen se coram non euenisse nosset. ideo deridendam esse hanc opinionem adfirmat. 100 credat Iudaeus Apella non ego. urbanissimum nomen Iudaeo inposuit 'Apella' dicens, quasi quod pellem in parte genitali Iudaei non habeant. 101 namque deos didici securum agere aeuum. hoc de opinione Epicureorum uenit, qui deos aiunt non aliter posse inmortales esse, nisi quieti et ab omni cura separati sint. 102 nec si quid miri faciat natura *deos* id tristes ex alto celi demittere tecto. uerissima opinione hoc dicitur. constat enim omnia miracula, quae in toto mundo fiant, certa ratione

---

5 Lucil. VI, 25

---

2 Equum tuticum ς  3 *et* 6 exam&ro *M*  11 dulcıor *M*  12 aeco tutıco *M*  13 descedıt mastus *M*  14 et maestus dictum, sed *nos:* sed mestum dıctum est *M*  17 penurıeaque *M*  18 lıquıescere. lımne *M*  20 extınctısq; *M*, extinctis quoque ς conpositis?  21 euenisset, et ideo?  28 agunt *M*

fieri; de quibus idem Epicurei prudentissime disputant. 104 Brundesium longae finis chartaeque uiaeque est. iucunde satis ita tunc finem uiae Brundesium sibi fuisse significat, ut nunc relationis.

SERMO 1, 6.

Non quia Maecenas [ordine suo] Lydorum quidquid Etruscos incoluit finis et reliqua. Maecenatem adloquitur candorem eius animi commemorans, qui generosos atque humiles sine discrimine accipiat. 1 Lydorum quidquid Etruscos incoluit fines. Lydi quondam profecti incoluere Etruriam, quod et Uergilius testatur cum dicit Ubi Lydius arua Inter opima . . fluit. 5 naso suspendis. quod uulgo dicunt desannas id est per fastidium quoddam derides. 8 persuades hoc tibi uere ante potestatem Tulli atque ignobile regnum et reliqua. liquet tibi, inquit, etiam ante Tullium regem multos ignobili genere natos probos uiros fuisse usosque amplis honoribus. Tullium autem nominauit, quia serua captiua Corniculana fuit natus; et ideo regnum eius ignobile dixit. 10 multos saepe uiros nullis maioribus ortos. nemo est utique, qui maiores nullos habeat, sed, cum memoria illorum ob humilitatem nulla sit, quasi non uidentur fuisse. 12 contra Laeuinum Ualeri genus id est: Ualerius Laeuinus *a* Ualerio Publicola, qui cum Iunio Bruto Tarquinium Superbum expulit, genus habens.

---

13 Aen. 2, 781

---

2 *post* disputant *inscriptio sermonis tertii inserta est* 2 Brundesı *M* carteque *M* 6 *huic sermoni, qui tertium sequitur (I, 1. 2. 4. 5. 3. 6), haec inscripta sunt in M:* HAEC EGLOGA ORDINE SVO SEQVITVR· 7 lıdorum *M* 11 &roscos *M* 12 Lydia *Fabricius* 14 opım. f. *M* 15 desanas *M* 17 ıgnobılı *M* 18 lıc& *M* 18 *et* 20 tullum *M* ς 25 ob *nos:* apud *M*, propter ς uıd&ur *M* 26 leuınum *M* 27 leuınus *M* 27 pullıcola quı conıuncto *M* 28 extulıt *M*

periphrasin autem necessario fecit, sicut Lucilius cum dicit Ualeri sententia dia, quia scilicet nomen hoc quattuor breuium syllabarum est, et ob id non potest in hexametrum uersum recipi. 12 unde Superbus Tarquinius. unde pro a quo. Terentius: E praedonibus unde emerat se audisse. 13 unius assis non umquam pretio pluris licuisse. hic Publius Ualerius adeo foedis et proiectis in omnem turpitudinem moribus uixit, ut prouehi non potuerit ultra quaestoriam dignitatem. ergo sensus est: quamuis populus adsueuerit honores dare indignis, dum titulis atque imaginibus mouetur, tamen ille uilis apud eundem populum fuit notatusque ab eo est, quamuis etiam populus indignis honores tribueret. 17 quid oportet nos facere a uulgo longe longeque remotos. namque est. quanto nos, inquit, qui non uulgariter sapimus minus mirari nobilitatem contemtu ignobilium debemus! 22 quoniam in propria non pelle quiessem. ex prouerbio sumptum est. eos namque, qui mediocritatis suae obliti, maiora se ipsis adpetunt, solemus dicere non continere intra pelliculam suam. et hoc scilicet inde sumptum est, quod ueteres in pellibus dormirent. cuius rei et Lucilius testis est, cum dicit † Per mihi lectum inposui pedem pellibus labes, et Plautus, cum de anu ebria iocaretur, ait In pellis periculum portenditur. 23 sed fulgente trahit constrictos gloria curru. sensus est: rapit omnis

---

1 Lucil. fragm. inc. 102 5 Eun. 1, 2, 34 24 Lucil. fragm. III, 41 25 Plautus?

---

1 perıfrasın *M* 3 et ob: Eob *M* 4 exam&rum *M* 5 terentıus. epredonıbus *M* 7 numquam precıpıeplurıs *M* 8 fedıs *M* 14 *exitus scholii principio adeo par est, ut ferri nequeat (cf. comment. Cruq.). ante nouum scholion* quamuis etiam *etc. lemma* et famae seruit ineptus *addendum uidetur.*
15 a uulgo: augo *M* 17 contentı *M* 19 pellem *M* 21 contineri *uel* continere se ς 23 ueteres *nos:* ductores *M*
24 lectum Perminxi inposuique pudendam pellibu' labem *Jan. Dousa* 26 iocatur et ait? 28 conscrıptos *M*

cupiditas gloriae. sed quod 'curru fulgente' dixerit, a triumphis uidetur sumpsisse. 24 quo tibi Tilli sumere depositum clauum. recepit post Caesarem occisum. nam pulsus ante senatu fuerat. 25 fierique tribuno. figurate per datiuum casum dixit ad pronomen *tibi referens* 'tribuno'. ceterum illud simplicius erat: fierique tribunum. 30 ut si qui aegrotet quo morbo Barrus ha. hic Barrus uilissimae libidinosaeque admodum uitae fuit, adeo ut Aemiliam uirginem Uestae incestasse dictus sit. certe adulteria sincerissima cupiditate sectabatur. 34 sic qui promittit ciues urbem sibi curae [et rei.] imp. fore. sic, inquit, qui se inserit senatorio ordini et rem publicam administrare cupit, adstringit se ad eam necessitatem, ut inquiratur in eum a ciuibus, quo genere natus et in quanto censu sit constitutus.

38 audes deiecere de saxo ciues. ut si diceret: audes tribunatum *plebis administrare. nam tribuni* plebis damnatos de saxo Capitolino praecipitabant. 39 aut tradere Cadmo. Cadmus carnifex illo tempore fuisse dicitur. 40 at Nouius collega gradu post me sedet uno. sed Nouius, inquit, qui non libertinis parentibus natus, sed ipse libertinus est, proximus a me in equestri ordine sedet. 41 namque est ille pater quod erat meus. hoc tibi Paulus. patre libertino natum esse Horatium et in narratione, quam de uita illius habui, ostendi. ergo Nouium hunc libertinum esse indignatur atque eum tamen in quattuordecim ordinibus sedere. 42 at hic si plostra ducenta. hunc Nouium dicit garrulum et uulgarem esse in causis agendis, per quam gloriam studiorum effecerit, ut aequo animo sustineatur,

---

26 cf. pag. 1, 2.

---

1 currus *M* quod *M* 3 recıpıt *M* 6 pronomenbono. c&erum *M* 8 uarrus *M bis* 9 libidinosaeque *nos:* lıbıdınıs eq; *M* 10 ıncertasse *M* 11 adultera, ı *s. l. M*: adulteras ς, 13 ordıne *M* 16 et: est *M* censo *M* 18 aud& *M* 19 de: dum *M* 22 s&& *M* 24 sedeat *M* 28 nouum *M* 30 hınc *M* nouum *M* 31 quem *M* 32 effecerit *nos:* efficer& *M*

quod dissimulata humilitate natalium paulo exertius agat. 44 saltem tenet hoc nos. ad id pertinet, quod dixerit eum causidicum esse. ergo sensus est: hoc me saltem solatur, ut illum sustineam, cum indigner alioquin libertinum equestrem dignitatem consecutum esse. 47 nunc quia sim tibi Maecenas conuictor at olim quod mihi pareret legio Romana tribuno. dicit sibi inuideri nunc quod conuiuat cum Maecenate, ante quod tribunus militibus praefuerit, quasi utrumque supra humilitatem generis eius sit. 49 quia non ut forsit honorem iure mihi [esse] inuideat quiuis ita te quoque amicum. prudentissime dictum. forsitan enim merito inuideri debeat ei, qui beneficia fortunae habeat, quae plerumque temere et sine iudicio ullo superueniat, at amicitiam Maecenatis consequi nisi uirtute in se prouocatam non potuit. porro autem quod uirtute ac uero iudicio quis adsequitur, inuideri ei non debet, cum magno labore hoc ei constet. 56 ut ueni coram singultim pauca locutus infans namque pudor prohibebat plura profari. manifestum est, infantem a non fando nunc dixisse. nec enim ad aetatem relatum est. porro haec re uera natura nobis est, ut, ad sublimioris dignitatis uiros cum adhuc ignoti accedimus, uerecundia nos elingues faciat. 59 Satureiano uectari rura caballo. Satureiani nomine fundi in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli ac nobiles. per quod Apulum equum significat. Apulum autem equum pro optimo utique accipere debemus. 60 respondes ut tuus est mos pauca abeo et reuocas nono post mense iubes-

1 dissimulat ab humilitate *M* Paulo ς 5 equestrum *M* 7 ad *M* 9 conuiuat *nos:* cum uiuat *M* uiuat ς militibunus prefuerat *M* 13 forsitam *M* 14 ei *Hauthal:* & *M* fortine *M* 15 ullo superueniat *nos:* ulliuspuemat *M* ad amiticiam . . conseq; *M* 16 uirtutem. Inseprouocatum *M* 17 uirtutem *M* 18 inuidere *M* 20 infan . . prohibeat *M* 23 haec: huc *M* 26 cabello *M* 29 obtimo *M* 31 ut reuocas non *M*

que esse in amicorum numero. plerique grauis iudicii uiri ideo non temere in amicitiam recipiunt, ne facile dimittant. ostendit ergo Maecenatem per nouem menses de se iudicasse ac sic in amicitiam recepisse. 65 atqui si uitiis mediocribus ac mea paucis mendosa est natura alioquin recta. uerecunde confitetur esse nonnulla uitia, uerum tamen mediocria. et uidetur hoc uerum esse, ut nemo non in aliquo uitio sit constitutus, sed iam dudum bene est, si illud uitium sit paruum et cui ignosci possit.

68 aut mala lustra obiciet quisquam uere mihi. lustra non ferarum cubilia tantum sed et popinae dicuntur. nam et Plautus in Casina ait Ubi in lustra iacuisti. mala lustra autem perpetuo epitheto dixit; nec enim sunt bona, ut ad discretionem eorum mala dixerit. sic dicit Plautus: Athenis Atticis et Lucilius: Campana Capua. 69 obiciet quisquam uere mihi. bene additum est uere. illud enim nobis curandum est, ne probra, quae in nos dicuntur, uere dicantur, alioquin *quin* dicantur, in nostra non est potestate. 72 in Flaui ludum me mittere. uidelicet hunc Flauium cateruarum doctorem fuisse. 83 seruauit ab omni non solum facto uerum obprobrio quoque turpi. eleganter. forsitan enim parum sit ita uiuere ne probrose in te aliquid admittas, nisi etiam suspicionem omnem amoueas. 85 nec timuit sibi ne uitio quis uerteret olim si praeco paruas aut *ut* fuit ipse coactor mercedes sequerer. quid quod, inquit, non uerebatur meus pater, ne in malam existimationem apud ciues et cognatos recideret, si mihi liberalia studia

---

13 Cas. 2, 3, 36. 16 Pseud. 1, 5, 2. 17 Lucil. fragm. III, 10.

---

2 *et* 4 amıtıcıam *M* 3 demıttant *M* 6 recta: uera *M* 9 alıo *M* 10 parum *M* 16 Plautus *et* Lucilius *nos:* plauto *et* lucılıo *M*, dicitur a Plauto *et* a Lucilio ς 20 alia quin? 21 est: esse *M* 24 obprobrıum *M* 25 forsıtam *M* prose *M* 27 sıbı sıne *M* 29 sequererer *M*

[non] praestitisset, cum humilis fuerit et praeco et satis filio potuerit esse, si paternam uitam imitaretur. ergo hoc ipso multo maiorem gratiam se patri suo debere dicit, quod supra uires status sui filium sit prosecutus. 86 ut fuit ipse coactor. argentarius scilicet coactor, quod humile ac turpissimum genus quaestus habebatur. 89 eoque non ut magna dolo factum negat esse suo pars quod non ingenuos habeat clarosque parentes sic me defendam. ordo est: eoque non sic me defendam. et est sensus: plerumque, cum humilitas generis obprobratur alicui, sic se solet defendere, ut non suam culpam dicat esse, quod de talibus parentibus natus sit; ego autem, inquit Horatius, non tantum non dicam hoc, uerum etiam e contrario talibus parentibus me natum gloriabor; nam si natura permitteret renasci et eligere parentes ex quibus renasceremur, non ego mallem e nobilibus et honoribus functis nasci quam e quibus natus sum. 95 atque alios legere ad fastum quoscumque parentes. ad fastum hoc est: ad fastidium ac per hoc superbe. 97 demens iudicio uulgi. uulgus enim magni facit nobilitatem generis et eos, qui gesserunt magistratus. 98 sanus fortasse tuo. hoc ad Maecenatem recte dicitur, qui abhorrens senatoriam dignitatem in equestris honoris gradu se continuit. 102 ne solus rusue [ue] peregre. ordo est: rusue aut peregre exirem. 104 ducenda petorrita. petorritum genus uehiculi est, quod uulgo carrum dicitur. 106 mantica cui lumbos onere ulceret. mantica pera est. sed hoc ex Luciliano illo sumptum est Mantica cantheri costas grauitate premebat. 107 obiciet nemo

31 Lucil. fragm. III, 22.

1 non *deleui* prestısset *M* 2 filio *nos*: sıbı *M* imitarer ς 7 magno *M* 9 habeam *M* 11 obprobatur *M* 14 oratıus *M* 17 renascer&ur *M* 19 fastum quosc. *M* 23 gesserıt *M* 25 equestrı honorı *M* 28 ducenta *M* 31 cantharı *M* 32 praemebat *M*

sordes mihi quas tibi Tilli. Tillium hunc et supra increpuerat, quod senatoriam dignitatem recepisset non sufficiens ei nec censu nec moribus. 113 fallacem circum uespertinumque pererro saepe forum. fallacem uespertinumque forum mihi uidetur Suburam dicere, quod fere sera hora furtiuas res solent eo uenum deferre. non autem utique sic hoc dicit Horatius, quasi ipse res furetur et eo deferat, sed potius quod inde occasiones emendi captet. 114 adsisto diuinis. diuinos sortilegos circulatores dicit. porro autem altioris dignitatis homines erubescunt fere in his uulgi circulis stare, quod tamen sibi licere facere Horatius dicit per uitae libertatem, in qua non esset, si in senatoria dignitate constitutus esset. 115 ad porri et ciceris refero laganique catinum. hanc escam uulgarem esse nemo est qui nesciat. 116 et lapis albus pocula cum cyatho duo sustinet. marmoream Delphicam significat, quae scilicet pretii non magni est. 117 adstat echinus uilis cum patera. echinum Lucilius sic dixit, quasi scortea ampulla sit, ut cum ait Echinus cinnabari infectus. hic tamen uitream ampullam intellegere debemus. 118 Campana supellex. Campanam supellectilem intellegi uult, quia Capuae hodie aerea uasa studiosius fabricari dicuntur. 120 qui se uultum ferre negat Nouiorum posse minoris. duo Nouii fratres illo tempore fuerunt, quorum minor tumultuosus fenerator fuisse traditur. satyrice autem et eleganter hoc dictum, quasi ideo manum leuet Marsyas, quod sustinere in foro non

---

20 Lucil. fragm. inc. 103.

---

8 furatur *M* 10 sortilogos *M* circulatores *nos:* sortilatores *M* 15 ad: at *M* 17 sciatho *M* 18 delyficam *M* 20 ecinus *M* patera *nos:* p. pr&er. *M* praeterea *L. Müller* p.] praeter echinum. Lucilius ς 21 scorteampulla *M* 22 chinnabā Infectas *M* 25 hodieque ea? 27 minores 29 satyrice *nos:* sytyrice *M* 30 marsias *M*

possit hic Nouium. obeundus autem Marsya, quia in foro uadimonium sistendum apud signum Marsyae sit.

122 aut ego lecto, cum me delectet. lecto producta priore syllaba enuntiare debemus, quia frequentatiuum est ab eo, quod est: lego. 124 non quo fraudatis inmundus Natta lucernis. Natta pro uulgari ac sordido homine posuit. 126 fugio rabiosi tempora signi. caniculares dies dicit, qui sunt caloratissimi. 127 pransus non auide quantum interpellet inani. interpellet pro eo quod est 'prohibeat' posuit. dicit autem paululum se prandere ac tantum, ne ieiunus sit. solent enim ieiunio uires fatigatae deficere. 128 domesticus otior. uerbum finxit, quod significat: [otior] otium ago. 130 ac si quaestor auus pater atque meus patruusque fuissent. ordo est: ac si quaestor auus atque pater meus patruusque fuissent. sensus est autem: suauius humilitate generis et dignitatis meae uicturus, quam si ex senatoria familia atque ipse senator essem.

## SERMO 1, 7.

Proscripti Regis Rupili pus atque uenenum. [hoc in Rupilium Regem Praenestinum, cuius contentionem cum Persio commemorat, cuius Persi iocum refert, qui quamuis Graecus fuit [hic Persius] ciuitatem tamen Romanam sumpserat; inde hybridam appellat.] Puplius Rupilius cognomine Rex Praenestinus post exilium, in quod damnatus profugerat, militauit in Africa sub Attio Uaro; deinde cum praeturam gereret proscriptus a triumuiris confugit ad Brutum et

1 hunc ς nouum *M* marsia *M* 2 marsie *M* 4 productepriora *M* 6 qua *M* 9 coloratissimi *M* 10 interpellat pro *M* 11 prohibea *M* posuit · fugio rabiosi *M* 16 questus *M* 18 gignitatis *M* me *M* ς uicturum ς 19 ipsem *M* 21 rupili, t *super* p *scri.,* *M* 22 rutilium *M* contemtionem conpersio *M* 24 qui quam quamuis *M* 25 hibridaem *M* *hybridae interpretatio demonstrat quaedam esse supposita* 26 rutilius *M* 28 Africa *Spohn:* attico *M* Attio: attico *M* ger&, re *ante* g. *s. l.,* *M*

inter comites habitus est. ibi militantem Horatium Flaccum iurgio lacessiuit, propter quod amaritudinem stili poeta in eum strinxit. 2 hybrida quo pacto sit Persius ultus. Persius Clazomenius fuit. hybridae autem proprie dicuntur canes, qui ex inparibus nati sunt hoc est ex uenatico et gregario. ad hanc similitudinem uidelicet hunc Persium parentes habuisse id est Graecum et Romanam aut Romanum et Graecam et ideo hybridam appellatum. 2 opinor omnibus et lippis *notum* et tonsoribus esse. adeo ait [et] diuulgatum esse, quibus modis insectatus sit Persius Rupilium, ut et in tonstrinis haec et in medicinis narrata sint; fere autem in his officinis otiosi solent considere ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare. 4 permagna negotia diues habebat Clazomenis. *Clazomenae* Asiae ciuitas; ergo 'Clazomenis' ut 'Athenis'. 7 adeo sermonis amari Sisennas Barros ut equis praecurreret albis. adeo fuit, inquit, in rabie orationis amarus Persius, ut Sisennam atque Barrum longe anteiret; sed hoc ipso ita gloriabatur, quasi quadrigis triumphalibus incederet. uidelicet autem Sisennam et Barrum maledicos fuisse [dicit]. 10 hoc etenim sunt omnes iure molesti quo fortes quibus aduersum. eadem pertinacia, inquit, mali homines inter se contendunt qua bellant uiri fortes. 15 duo si discordia uexet inertes id est: si discordia in se incitet inpares ut Diomeden et Glaucum, cito contentio finietur cedente inferiore et ultro dante aduersario munera. 16 ut Diomedi cum Lycio Glauco. Lycius natione fuit Glaucus, qui cessit Diomedi armis suis aureis, acceptis

---

2 raecesiuit, la *s. l.*, *M* 3 stilli *M* 4 persiuus *M* hibride *M* 5 qui: quę *M* 9 hibridam *M* 12 rutilium *M* strontinis *M* 13 narrati *M* 14 considerare *M* frequentas *M* 16 Clazomenae *addidi* lazomenis *M* 18 uarros *M* 20 uarrum *M* 21 ipso (o *ex* a *corr.*) *M*, ipse ς 22 uarrum *M* 23 dicit *del. Pauly* 25 pertinaticia *M* 26 que *M* 27 inhertes *M* inparet *M* 30 licius *M*

a Diomede aereis, quod apud Homerum in Zeta Iliados legitur. 19 Rupili et Persi par pugnat. iocülariter contentionem horum sic refert quasi gladiatoriam pugnam. 19 uti non conpositum melius cum Bitho Bacchius. Bithus et Bacchius gladiatores optimi illis temporibus fuerunt. qui cum multos interemissent commissi inter se mutuis uulneribus conciderunt. et cum eodem tempore mulier quae VII extulerat nuberet ei qui uxores VII amiserat, compositum est epigramma tale * *. 23 laudat Brutum laudatque cohortem. cohortem comites dicit Bruti, qui in consilio eius erant. sic et Lucilius ait Ut praetoris cohors et Nostius dixit aruspex. 25 canem illum inuisum agricolis sidus uenisse ruebat. oportune, quoniam laudans Brutum et comites eius soli et stellis salubribus eos conparauerat, Regem quem accusat caniculae hoc est pestilenti sideri comparat. 26 ruebat flumen ut hibernum fertur quo rara securis. tanto impetu, inquit, eloquium ore effundebat, quanta ui flumen ex montibus altissimis ruit. hoc enim significat fertur quo rara securis. nam utique non facile itur in ea loca ad caedendum lignum, quae sint nimis alta *atque* abrupta. 28 tum Praenestinus salso multoque fluenti expressa arbusto regerit conuitia durus uindemiator et inuictus. urbane ac copiose, inquit, locuto Persio inuicem Rupilius conuitia regerit non minus ridiculus, quam rustici uindemiatores solent esse in eos uiatores, a quibus per derisum cuculli appellantur. nam solent de uia rustici

1 Il. 6, 234 12 Lucil. fragm. inc. 32

1 c&a elıados *M* 2 persılı par pugna. *M* 3 contentıonum *M* sic *nos et liber P. Danielis:* sı *M* 5 baccus *M bis* 9 nubere *M* 13 pr&ores *M* 14 auruspex *M* 16 salubrıus *M* 18 sıderıs *M* 19 rararasecucurıs *M* 20 ore fundebat, e *s. l. addita*, *M* 25 arbusta *M* 26 uındemıatur *M* 28 rıdulus, cu *s. l.*, *M* 30 de uia *nos:* leuıa *M*

circum uiam arbusta uindemiantes a uiatoribus cuculli appellari. tum illi prouocati tantam uerborum amaritudinem in eos effundunt, ut uiatores illi cedant contenti tantum eos cucullos iterum atque iterum appellare. salso ergo multoque fluenti arbusto ad uindemiatores arbusti relatione facta dictum esse intellegere debemus, qui scilicet salso ioco aliterque uiatores insectantur in sui ultionem. 32 at Graecus postquam est Italo *perfusus* aceto. allegoricos, postquam est, inquit, Persius acribus conuitiis Rupili Regis percussus. 33 Persius exclamat per magnos Brute deos *te* oro qui reges consueueris tollere cur non hunc regem iugulas. urbanissimus iocus. nam quia Tarquinius Superbus rex Romanorum per Iunium Brutum in exilium actus est et Gaius Caesar qui regnum uidetur adfectasse per Brutos in senatu est occisus, quasi infestum Brutorum nomen uidetur esse iam regibus. ergo iocans in nomen Regis Rupili ait: o Brute, sequere generis tui gloriam et hunc Rupilium Regem extingue.

SERMO 1, 8.

Olim truncus eram ficulnus. Priapum positum in hortis, qui erant extra portam Esquilinam, antequam aedificiis quoque locus occuparetur, inducit referentem, non tam magnum negotium sibi esse custodiendis hortis a furibus atque auibus quae semina consumunt, quam a ueneficis quae se in isdem locis inquietent. inutile lignum, merito. nam haec materia nullis fabricis idonea est. attende nomen de fico deriuatum 'ficulnus', non ut uulgo 'ficulneus'.

---

1 uıa *M* 2 apelları *M* cum *M* 3 illis ς cedunt *M* 4 tantam *M* apellare *M* 5 *haec repugnant superioribus* urbane ac copiose locuto 7 quısscılıc&salsıloco *M* 10 acribus . . Regis *nos:* acrıus . . reus *M* 11 percusus *M* 14 nam: non *M* 15 exılıus *M* 19 sequere. regenerıs *M* 21 EGLOGA UIIII *M* 23 exquılıam *M* 24 is quoque? 27 consumant ς quae: quı *M* hısdem *M* 30 ficulneus: ficus *M*

7 uetatque nouis insidere in hortis. *nouis hortis* ideo dixit, quod, cum Esquilina regio prius sepulcris et bustis uacaret, primus Maecenas salubritatem aeris ibi esse passus hortos constituit. potest nouis hortis accipi pro 'recens satis'. maxime enim aues tunc prohibendae ex hortis sunt, ne semina in terram missa colligant. 11 Pantolabo scurrae Nomentanoque nepoti mille pedes in fronte et reliqua. *commune sepulcrum* urbanissime dicitur haec regio, namque publicas ustrinas habebat. quare eleganter Pantolabo et Nomentano, qui bona sua comederant, lata monimenta praestare nunc dicitur, scilicet quia priuata habere non poterant. solet autem priuatis monimentis inscribi, quot pedes in fronte quot in agris habeant; item singularibus plerumque litteris notari solet Hoc monimentum heredes non sequetur, uidelicet ne qui ius habeat inferendis ibi reliquiis mortuorum [tuorum]. fuit autem Mallius uerna trans Tiberim ingenuis parentibus natus, qui quia a multis pecuniam mutuam erogabat, Pantolabos est cognominatus, sed quamuis aliquot uitiis teneretur, tamen propter scurrulitatem compluribus erat domestice notus. Cassi autem Nomentani huius, quem nepotem propter prodigam uitam appellauit, saepe meminit. 14 nunc licet Esquiliis habitare salubribus. scilicet, quia promotae longius ustrinae, salubres factae sunt Esquiliae. 16 albis informem

---

1 nouis hortis *addidi* 3 & bustıs *m. 2. i. marg. add. M* 4 passus: ritus (ratus?) ς potest et? 5 aues tunc (tc̄) *nos:* auestēm̈ *M* 6 ortı *M* ıntermıssa *M* 7 nomentaneque *M* 9 commune sep. *addidi*, dicitur. haec regio namque ς 10 puplıcas *M* quale *M* 12 nunc: non *M* 13 poterat, *m. 2.* n *add., M* 14 qđ *bis* pedıs, ı *in* e *corr. m. 2., M* 15 agro, o *in* ıs *corr. m. 1., M* plerum lıtterı, q; *et* s *add. m. 2, M* 16 sequetur *uel* sequitur ς: sequentur *M* 17 quıus *M* inferendi ibi relequias ς 18 mallıus *ex* uallıus *corr. et* uerna *s. l. add. m. 2. in M* 22 cumplurıbus *M* domestıcıs *M*, domestice *cod. γ. Acronis* 23 cuıusque *M* 24 prodıgnam . . apellauıt *M* 26 promote. longıuſtrıne *M*

spectabant ossibus agrum. manifestissima ἔλλειψις. ‘spectabant’ enim ‘non utique alii quam homines’ intellegendum. 21 simul ac uaga luna decorum protulit os quin ossa. bene ‘uaga’, sicut Uergilius: Errantemque lunam. 23 uidi egomet nigra succinctam uadere palla Canidiam. et alibi dictum est Gratidiam nomine fuisse Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat et ut ueneficam carpit, ut maxime in epodo carmine. 25 cum Sagana maiore ululantem. memini me legere apud Helenium Acronem Saganam nomine fuisse Horatii temporibus Pompei † sagana senatoris, qui a triumuiris proscriptus est. sed cum dicat maiorem, apparet aut sororem hanc habuisse minorem se aut fuisse et aliam Saganam illis temporibus minorem hac uel aetate uel natalibus uel censu. 27 et pullam diuellere mordicus agnam coeperunt. haec uidelicet. iam ad maleficia ueneficiorum haec pertinent. pullam autem nigram accipere debemus, ut et Uergilius ait Ne maculis infuscet uellera pullis nascentum. 28 ut inde manes elicerent animas responsa daturas. mire dictum est ‘manes animas’ hoc est: quae animae manes sunt, ut si diceret: manes mortuorum. 30 lanea et effigies erat altera cerea. ordo est: lanea effigies erat *et* altera cerea. 30 maior lanea quae poenis conpesceret inferiorem. sic figuratas dicit fuisse has duas effigies, ut lanea supplicium de cerea sumere uideretur. 34 serpentes atque uideres infernas

---

4 Aen. 1, 742 9 Epo. 5 20 Georg. 3, 389

---

1 ·en· ΛΙΨΕΙC· *M* 3 uana *M* 6 pallam *M* 8 apellat *M* 9 epodon? 10 maiorem *M* 11 helenemcronem *M* 12 temporibus libertam Pompei senatoris ς 13 prescriptus *M* 15 fuisse: habuisse *M* 16 hac: hanc *M* 18 haec = hae ueneficiorum *nos:* ueleficiarum *M* 21 manibus . . daturus *M* 22 manibus animas *M* 24 effugies *M* 25 et *add. Hauthal* 26 que penis *M* 27 figurata *M* 28 effugias *M*

errare canes. sic fere instruit Horatius ut coniunctiones non suo loco ponat. et est ordo: serpentes uideres errare atque infernas canes. sic et paulo supra dictum est lanea et effigies erat altera cerea.

39 Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus. Pediatius eques Romanus honesto patrimonio consumpto etiam [consumpti] castitatem moris amiserat et indulgentia parentum mollis euaserat, ut omnem libidinem cum uoluptate pateretur. propter quod eum Horatius feminino nomine 'Pediatiam' non 'Pediatium' appellauit; ob eandem causam et fragilem dixit id est mollem. Uoranus autem Quinti Lutati Catuli libertus omni loco omni tempore furacissimus fuisse dicitur. de quo etiam illud traditur: cum deprehensus a nummulario esset, cuius de mensa nummos subtractos in calceos sibi infarciuerat, quidam iocans in eum 'belle' inquit 'sic te nummularius ille excalciauerat' cum adspiratione secundae syllabae, ut simul et *χαλκὸν* [id est aes] ei ablatum excalciato obiceret. 43 et imagine cerea largior arserit. *ὑπέρμετρος* uersus, ut est ille Homericus: *Κύκλωψ τῆ πίε οἶνον ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα* et Uergilius: Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo et alibi Iamque iter emensi turres ac tecta Latinorum.

48 Canidiae dentes altum Saganae caliendrum excidere. iocatur in has, quasi altera dentibus adpositis uti solita sit, altera quod glabra fuerit caliendrum id est galericulum habere consuesset. caliendri meminit et Uarro in eo libro, qui inscribitur Uirgula diuina, dicens † Ego nunc postulem agamemnona meum tantis coturnis accepit cri-

21 Od. 9, 347 22 Aen. 10, 116 et 7, 160

5 foranus *M* 7 castıtatem ˙orıs *M* ς 8 ⟨tam⟩ mollis? 11 apellauıt *M* 17 sic *Hauthal:* sı *M* ς 18 sıllabę *M* chalchon *M* 19 ımagıgıne cereor *M* 21 KyKΛωΨ ce eıcT NONЄΠIЄΦδΓЄCC *M* 25 caleandrum *M* 26 as *M* 27 glabra ς: gappa *M* calua ς galıandrum *M* 28 galericulum ς: galerıcum *M recte?* calıandrı *M*

tonia caliandrum. 49 atque incantata lacertis uincula cum magno risuque iocoque uideres. ‘uideres’ uerbum reuocandum ad id quod dixerat excidere. sic enim coniungendum: excidere uideres.

## SERMO I, 9.

Ibam forte uia sacra sicut meus est mos. refert hac satura descendentem se uia sacra incidisse in hominem molestum et garrulum neque se ab eo auellere potuisse, nisi aduersarius superuenisset, a quo uadimonium sibi dictum sit. et totum hunc sermonem dramatico charactere alterno sermone uariat. 2 nescio quid meditans. sic uerecunde poetae nugas et risus solent appellare uersiculos suos. 3 occurrit quidam notus mihi nomine tantum hoc est: cuius nihil aliud noueram, quam nomen. 11 o te Bolane cerebri felicem aiebam tacitus. Bolanum nomine nescio quem fuisse dicit *adeo liberum*, ut nullius ineptias ferret, quin quod de eo sentiret statim in eum diceret. 16 nihil opus est *te* circumagi. hoc ex Horati persona intellegendum. 16 te circumagi: ‘mecum’ utique intellegendum. 19 nihil habeo quod agam et non sum piger. hoc ille molestus dicit. 22 si bene me noui et reliqua. et Uiscum et Uarium Horatius amicos habuit. de Uisco infra dicetur, Uarius tamen de doctissimis fuit et magnus his temporibus habitus est. nam et tragoedias fecit. 23 nam quis me scribere plures et reliqua. eleganter dicit eum his rebus sibi placere, quae ad doctrinam non attinent. ideo ostendit imperitum satis et inportunum hominem fuisse. 26 est tibi mater cognati. hoc Horatius interrogans illum dicit. 27 haut mihi quisquam omnes conposui.

2 uideris uerbis *M* 3 excidere *ante* uideres *m. 2. s. l. add. M* 5 EGLOGA · X · *M* 7 ac *M* 13 risus: lusus? *cf. ad O. 1, 32, 2 et S. 1, 10, 37* apellare *M* 14 mihi: sic *M* 16 agebam *M* 20 orati *M* 24 *cf. Weichert Poet. Lat. Rel. p. 221* 25 doctissimus *M* 31 oratius *M* 32 aut *M*

[felices]. ille molestus hoc dicit. 28 nunc ego resto. hoc Horatius tacitus apud se dicit. ait autem se superesse, quem ille occidat per inportunam garrulitatem. 29 confice namque instat fatum mihi triste Sabella quod puero cecinit. sibi dicit Horatius conficere fatum. significat autem Sabellam natione nutricem se habuisse sortilegam, quae urna sortes dicere solita esset. 31 hunc neque dira uenena neque hosticus auferet ensis. haec uerba sunt sortis ipsius ductae. 33 garrulus hunc quando consumet cumque. ordo est: quando cumque. 35 uentum erat ad Uestae. subaudiendum 'aedem' aut quid tale. † emant. nescio quomodo THЄ · ΛΛΙΨει Reılatıone sui loca sacra. sic [denique] et Terentius ait: Ubi ad Dianae ueneris. sic denique nos hodie 'in Claudi' uel 'in Telluris' dicimus nec addimus 'aedem' aut 'templum'. 37 quod ni fecisset perdere litem. et hic audiendum per zeugma: debebat. 38 interеam si aut ualeo stare. *hoc* Horatius dicens negat se posse eum expectare. 41 tene relinquam an rem. me sodes. rem pro lite dixit. sic denique et in legibus scriptum inueniri solet Rem siue litem. 42 ego ut contendere durum cum uictore sequor. ordo et sensus: ego sequor ut est durum contendere cum uictore id est pertinace. 43 Maecenas quo modo tecum. hinc repetit. *repetit*, inquit, mecum sermonem molestus ille. [mecenas quomodo tecum] et subaudiendum: agit. 44 paucorum hominum et mentis bene sanae. *hoc* Horatius dicit. 52 magnum narras. ne necesse sit frequenter ostendere

---

15 Ad. 4, 2, 43

---

2 oratıus *M* 5 cecını *M* 6 confici triste? uatum *M* 8 ducere ς 9 auferr& *M* 13 amant nescio quomodo ἔκλειψιν in relatione loci sacri ς 15 terrentıus *M* 18 perde *M* 19 debeat *M* 22 *cf. Brissonium De uerb. signif. 'lis'* 24 condere *M* et: est *M* 26 pestınace *M* matecenas *M* 28 *haec deleui* 30 hoc *addidi* 31 nenecessıt *M*

quis quae uerba habeat aut unde incipiat loqui, hoc obseruandum est: deinceps et supra et ubi duo puncta interposita sunt alteram personam loqui intellegas. certe iam sensus ipse docet quid Horatius quid ille molestus dicat. 60 ecce Fuscus Aristius occurrit mihi carus. Aristius Fuscus praestantissimus grammaticus illo tempore et amicus Horatii fuit. 62 unde uenis et quo tendis rogat et respondet uellere coepi. eleganter mixtum inter se et confusum *sermonem interrogandi ac* respondendi expressit. 64 et pressare manu lentissima brachia. [sed] lentissima nomen positum est pro aduerbio. non enim 'lentissima brachia', sed 'lentissime pressare brachia' intellegendum. 65 male salsus ridens dissimulare meum. 'male salsus' stolidus ac derisor hic intellegendum. 67 certe nescio quid secreto uelle loqui te aiebas mecum. hoc Horatius ad Fuscum dicit quaerens cum eo secedere, ut eum moneret tollere aliquid causae, quo citius se ab inportuno illo auelleret. 69 hodie tricesima sabbata. sabbata lunaria significat, quae uulgares homines ferias sibi adsumunt. 69 uin tu curtis Iudaeis oppedere. curtos Iudaeos dixit, quia uirile membrum uelut decurtatum habent recisa inde pellicula. oppedere Iudaeis autem quasi contempnere eos ac religiones eorum deridere significat. 71 at mihi sum paulo infirmior unus multorum. hoc Fuscus dicit stupore scilicet adhibito, ne Horatium cupientem auelli ab illo molesto liberaret. 72 hunccine solem tam nigrum surrexe mihi. Horatius dicit nigrum ac per hoc tristem diem sibi inluxisse, qui in istum molestissimum inciderit.

---

1 habebat *M* 5 fustus *M* 8 rogam & respondıt . . cepı *M* 12 sed *ex* sed lentissime *illatum est* 14 pressare bracchıa *M* 18 oratıus *M* sedere *uel* cedere *M* 19 aliquid causae quo citius se *nos:* alıquo. causequesıtıose *M* 20 eueller& *M* 21 quae *uel* quia ea ς: quıa *M* 23 ıudeıs *M bis* 23 ıudeos *M* 24 decuratum habeat *M* pelıcula oppendere *M* 26 derıdedere *M* 32 quo?

73 fugit i. ac. m. s. Fuscus scilicet. 75 et quo tu turpissime. aduersarius cum occurrisset illi inportuno hoc ei dicit. 76 et licet antestari. aduersarius molesti illius Horatium consulit, an permittat se antestari, iniecta manu extracturus ad praetorem, quod uadimonio non paruerit. de hoc autem lege Duodecim tabularum his uerbis cautum est: Si in ius uocat, ito. ni it, antestamino; igitur em capito. 'antestari' est ergo 'ante testari' scilicet 'ante quam manum iniciat'. 76 ego uero oppono auriculam. hoc Horatius dicit. porro autem qui antestabatur quem, auriculam ei tangebat atque dicebat Licet te antestari? si ille responderat Licet, [et] tum iniecta manu aduersarium suum extrahebat; nisi autem antestatus esset, qui iniecere manum aduersario uolebat, iniuriarum reus constitui poterat. 78 sic me seruauit Apollo. hoc de illo sensu Homerico sumpsit, quem et Lucilius in sexto saturarum repraesentauit sic dicens † ut discrepet hac *τόνδ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων.* quem rapuit apollo. fiat. ergo significat Horatius *se* sic liberatum ac recreatum, dum illum molestum aduersarius suus rapit Apollinem imitatus.

SERMO 1, 10.

Nempe incomposito dixi pede currere uersus. respondet his, a quibus inculpatus erat, quod

---

7 Lex XII tab. (Schoell) I, 1. coll. p. 76  18 Il. 20, 443  18 Lucil. fragm. VI, 26

---

1 *schol. u. 73 ante sch. u. 76* ego uero *in M positum transposui*  1. ac m. s. *nos:* lucıus *M*  tuscus *M*  2 turturpıssıme *M*  eum occurrısse *M*  4 molestıus *M*  7 Sı ın ıus uocatıonıtantestamInıgıtıur. en capıto *M;* uocat, ito. ni it *Schoell cum Heindorfio*  9 an ergo antestare *M*  10 iniciat: ıncıt& *M*  11 oratıus *M*  13 respondeat *M*  14 tum: tu *M*  tuum extrahebas *M*  17 hoc de: de hoc *M*  18 satyrarum *M*  19 Ut '*φύγε*' discrepat ac '*τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων*'! *L Müller;* quem rapuit Apollo *deleuit Lachmann*  20 eeΞΗΡ·ΠϹΕΝ  24 EGLOGA XI · *M*  26 hıc *M*

Lucilii uersus dampnasset in ea satura, quam supra habuit, quae sic incipit Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae. nam dixerat ibi Durus componere uersus; nam fuit hoc uitiosus. nunc autem dicit non se poetam inprobasse, sed uersus eius quos non suo uitio duros sed saeculi fecit. 3 at idem quod sale multo urbem defricuit charta laudatur. salem pro urbanitate posuit. sed sales in hac significatione pluraliter solent dici uerum quia defricuit dicturus erat, necesse habuit quasi de uero loqui et ideo singulari numero dixit. scimus autem Lucilium urbanis salibus multos Romanorum carpsisse.

5 nam sic et Laberi mimos. *Laberi mimos* negat magnopere mirandos esse, quamuis iocis et amaritudine abundantes sint, re uera humiles et in uerbis et in conceptionibus *et in* materia. 7 ergo non satis est risu diducere rictum auditoris. non satis est, inquit, tantum modo loqui, ut qui audiat rideat, quamuis non negauerim esse et in hoc non nullam uirtutem. 9 est breuitate opus ut currat sententia neu se. breuitate orationis utendum esse ait, ut cito sententia finiatur, ne defatigetur auditor. eloquentiae enim uirtus non tantum in eo est, ut pauca copiose, sed etiam ut breuiter multa dicantur. sic et Marcus Cato † Sallustius laudatur paucis absoluisse.

13 interdum urbani parcentis uiribus: qui alioqui parcit uiribus id est laborare non uult atque, etiam si quid roboris in corpore habet, uult data opera delicatus uideri. 14 ridiculum acri fortius et melius magnas plerumque secat res. interdum, inquit, uel uenuste magis mordent dicta, quam quae

---

1 satyra *M* 2 gratinus. aristofanes *M* 3 duros *M* 4 uitiosius *M* 7 salem . . carta *M* 8 urbanitete *M* 9 pruraliter *M* 10 habit *M* quasi de uero *nos:* quafideueno *M* 12 lucilianum *M* 13 Laberi mimos *addidi,* negat Lucilii uersus ς 15 habundantes *M* 16 conceptionionibus *M* 17 auditores *M* 18 qua *M* 25 a Sallustio *cod. Bamberg. cf. Kritz frag. Sall. I, 2.* : et Sallustius laudantur ς ⟨multa⟩ paucis ς 28 quis *M*

acriter et turbulenta oratione prompta sunt. 16 illi scripta quibus comoedia prisca uiris est. '*hoc*' absolute, hoc est: hac re, et stabant 'constabant ac ualebant' significat. ad id autem pertinet hoc stabant, quod dixerit ridiculum acri fortius ac melius magnas plerumque secat res. 18 neque simius iste. adnotandum. cum uulgo receptum sit, 'simiam' tantum dici debere, 'simium' dixit. Demetrium autem modulatorem propter maciem ac paruitatem corporis hoc nomine appellat. hos autem duos Hermogenen et Demetrium negat antiquas comoedias legere neque alios quam Licini Calui et Ualeri Catulli uersus modulari. itaque fastidiens eorum iudicium et infra Demetri teque Tigelli, ait, discipularum inter iubeo plorare cathedras. 20 at magnum fecit quod uerbis Graeca Latinis miscuit. castigat eos, qui mirantur Lucilium, quod inseruerit uerba Graeca orationi Latinae, cum id facere quiuis possit, sicut Pitholeo Rhodius, qui huius modi epigrammata effutiuit magis quam scripsit. etenim infirmitatis putatur esse orationem Latinam uerbis Graecis fulcire. 21 o seri studiorum: *ὀψιμαθεῖς* [id est qui uultu docti sint]. 21 quine putetis. qui: 'ne' adiectum, ut egone tune; abundat 'ne' syllaba. est sensus: o seri studiorum, qui putetis difficile et mirum esse *quod* Rhodio Pitholeonti contigit. hic autem perquam ridicule Graeca Latinis admiscuit. 24 ut Chio nota si commixta Falerni est. ironiam dicit. nam licet Chium uinum, quod est dulce, austerissimo Falerno mixtum suauem saporem faciat, non tamen intellegi uult, uerba Graeca ac Latina mixta eadem

---

1 promıta *M* 2 comedıa *M* 3 hac: ac *M* 4 sıgnıficant *M* 7 ⟨quod⟩ cum *Pauly, recte ut uidetur* 8 tantam *M* 9 matıem *M* 11 comedıas *M* 12 catulı *M* 13 ıudıum *M* 14 dem&rıtıgıllı *M* 17 ınseruer& *M* 19 modo *M* 22 ΟΨΙѠⲇΘΗϹ ıd est quı uultı doctı doctı *M*, *interpretationem deleui* 24 habundat *M* 25 mıserum *M* 26 esse · rodıopo&ae · leontı *M* 27 rıdıcula *M* 28 hıronıam *M* per ironiam? 31 eandem *M*

ratione concinnam reddere orationem. 25 cum uersus facias te ipsum percontor. eum qui uersus Lucilianos laudauerat, quod Graeca Latinis admixta habeant, reprehendens interrogat, utrum hoc ipse tunc tantum facturus sit, cum poema scribat, an etiam *cum* reum defendat. 25 an et cum dura tibi peragenda rei sit causa Petilli. maligne Petillium Capitolinum duram causam habere dixit, quamuis absolutus sit. hunc autem et supra rettulimus reum fuisse furtorum *in Capitolio*, cuius custos fuerat. 28 cum Pedius causas exudet Puplicola. Pedius Puplicola et Messala adeo curasse dicuntur, ne Graeca Latinis uerbis inmiscerent, ut Messala primus funambulum dixerit, ne σχοινοβάτην diceret. post hunc Terentius dixit: Funambuli eodem accessit expectatio. 30 Canusini more. bilinguis dixit, quoniam utraque lingua usi sunt, sicut per omnem illum tractum Italiae, quoniam ex maiore parte Graeci ibi incoluerunt, ex quo Magnae Graeciae nomen accepit. ideo ergo et Ennius et Lucilius 'Bruttace bilingui' dixerunt. 32 uetuit me tali uoce Quirinus post mediam noctem uisus cum somnia uera. eleganter a Quirino se prohibitum ait Graeca Latinae linguae admiscere, quoniam utique Romulus ut nominis ita etiam linguae Romanae auctor uidetur esse. ferunt autem post mediam noctem somnia ueriora esse, quia tunc etiam mens et a potu et a cibo

---

15 Hec. prol. 34  20 Ann. 488  Luc. fragm. III, 16

---

1 *schol. ad* cum uersus . . *in M est post schol. ad* an & 2 uersos lucilianus *M*  3 latinus *M*  13 funambulus *M*  14 CXyNOBATHN *M*  post . . expectatio *delenda uidentur*  15 terrentius *M* funambulum *M*  expectacio *M*  16 *schol. u. 30 post sch. u. 32 est in M*  19 magni grecie *M*  21 bilingues Bruttates *O. Müller ad Festum p. 35 et Etrus. rer. Intr. I, 6. T. I, p. 24* Brutaces bilingues *'ex uetusto codice' Scaliger ad Festum. Cum et in Guelf. codice Pauli et in Monacensi* Bruttaces (*non* Bruttates) *scriptum sit, censeo in Paulo* Bruttaces *et in Porph.* Bruttace *scribendum esse*  26 omnia *M*  27 etiam : iam ς *fort. recte*

purior est. 36 turgidus Alpinus iugulat dum Memnona: hexametris uersibus nimirum describit. et belle 'iugulat Memnona' dilogos ait. nam sub ea specie quasi dicat 'dum describit, quem ad modum Memnon iuguletur' intellegi uult ab ipso potius iugulari dum male scripsit. 36 dumque diffingit Rheni luteum caput. et hoc dilogos. nam in describendo Rheno, qui recte luteus dicitur, quod et turbida semper aqua et limosis ripis sit, quasi ab ipso poeta luteum fieri mala descriptione ostendit. diffingit autem 'figurat' ac per hoc 'describit' significat.

37 haec ego ludo quae neque in aede sonent. et supra diximus, uerecundos fere poetas uersus suos lusus dicere. 38 *quae neque in aede sonent et reliqua.* ait se id genus carminis scribere, quod Maeci Tarpae arbitrio non subiciatur. nam hi fere, qui scenae scribebant, ad Tarpam hunc uelut emendatorem ea adferebant. 38 quae neque in aede sonent: in aede Musarum, ubi poetae carmina sua recitabant.

40 arguta meretrice potes Dauoque Chremeta. solum illis temporibus Gaium Fundanium dicit comoediam bene scribere, at Pollionem tragoediam, quae trimetris uersibus fere texitur, epicum autem carmen ualidissime Uarium, molle uero ait et elegans Uergilium. sed apparet, cum hoc Horatius scriberet, sola adhuc Bucolica et Georgica Uergilii in notitia fuisse. 46 hoc erat experto frustra et reliqua. quum alii *alia* carminum genera consummate scriberent, quorum mentionem habuit, sermonum autem

---

13 S. 1, 9, 2

---

2 exametrıs *M, Memnona.* Cornelius Alpinus Memnona hexametris ς nımıum *M* 6 dıffinget *M* 10 dıffingat *M* 14 lusos *M* *lemma addidi* 15 mecı tarpe *M cf. Hermes 8, 89* 19 po&a *M* 20 potens clauoque oh Rem&a *M* 22 comedıarum *M,* comoëdias ς 25 oratıus scrıbere *M* 26 bubcolıta *in* bucolıca *corr. m. 1. M* uergıı Inoctıa *M,* uergilii nota? 27 frusta *M* 28 quum: qm̄ (quoniam) *M* comsummate *M* 29 sermonem *M*

frustra temptasset Terentius Uarro Narbonensis, qui Atacinus ab Atace fluuio dictus est, item Ennius, qui quattuor libros saturarum reliquit, et Pacuuius huic generi uersificationis non suffecissent, se id scribere ait ita, ut aliis maior sit, Lucilio minor. quem inuentorem huius operis merito dixit, quia primus Lucilius huius modi carmina scripsit. 50 at dixi fluere hunc lutulentum. supra dixerat Saepe ducentos ut magnum uersus dictabat stans pede *in* uno. cum flueret lutulentus. 51 plura quidem tollenda relinquendis age quaeso * *.

53 *nil comis tragici et reliqua. ordo est:* tragici Acci nihil mutat Lucilius? et hoc interrogatiua figura cum ironia quadam pronuntiandum, quia ex contrario intellegendum est. comis autem Lucilius propter urbanitatem dicitur, et 'mutat' pro eo quod est 'emendat' positum est. facit autem Lucilius *hoc* cum alias tum uel maxime in tertio libro; meminit VIIII et X. 54 non ridet uersus Enni grauitate minores. eadem qua supra figura et hoc dicitur. sensus autem est: non ergo etiam Enni uersus ridet, qui minores sunt, † quam quam dignitatem eius possit? 55 cum de se loquitur non ut maiore reprehensis hoc est: cum ita sua ostentat scripta et Enniana reprehendit, ut non tamen se Ennio praeponat. per quae uult intellegi Horatius et sese ita Lucili uersus reprehendisse, ut non tamen se ei anteponat.

57 num illius num rerum dura negarit et reliqua. sensus est: num illius natura aut numquid magis rerum earum quas scripsit negarit ei uersus molliores. 61 Etrusci quale fuit Cassi rapido

2 Vahl. Quaest. Enn. p. LXXXIV 17 Lucil. fragm. III, 46

1 temptasse *M* narbonensius *M* 4 sufficessent *M* se id *nos:* ei. de *M,* idem se *Hauthal* 10 cuma *et* lutulentos *M* 11 quero *M* 12 traici *M* 14 hironia *M* 15 comes *M* 16 ditiiur *M* emandat *M* 17 facit id autem *L. Müller* 18 meminit est ς 20 sessus *M* 22 quam dignitas eius poscit? quamquam dignitatem eius ⟨non⟩ possit adsequi ς 26 uul *M* 29 numquit *M* 30 quascripsit *M*

feruentius amni. Cassi Etrusci Parmensis dicit, cuius tragoedia [haec est] Thyestes exstat. 63 capsis quem fama est esse librisque ambustum propriis. aspere quasi tam uerbosa aut ita scripserit, ut, cum non uiderentur legi digna, illis ipsis mortuus exustus sit. 66 et Graecis intacti carminis auctor. hoc ideo dictum, quia nulli Graecorum hexametris uersibus hoc genus operis scripserunt. 71 saepe caput scaberet uiuos et roderet ungues. hinc Persius Flaccus illud sumpsit Nec pluteum caedit *nec* demorsos sapit unguis. non cessat autem Lucilium tangere quasi incuriose scripserit. 75 uilibus in ludis dictari carmina malis. ludis litterariis dicit, in quibus carmina uulgata pueris adhuc rudibus dictari solent. 76 ut audax contemptis aliis explosa Arbuscula dixit. Arbuscula mima fuisse traditur, quae cum ab irato populo exploderetur, ab equite tamen laudaretur, ait se contentam esse honestorum testimonio. quid autem per haec de se intellegi uelit Horatius, manifestum est. 84 ambitione relegata. id est 'remota ambitione' ac per hoc 'non timide nec latenter loquens'. 90 Demetri teque Tigelli. de Demetrio et paulo supra dictum est, de Tigellio Hermogene saepe. 91 discipularum inter iubeo plorare cathedras. eleganter haec in modulatores dicuntur, quia puellae maxime docentur huius modi delicias. 92 i, puer atque meo citus haec subscribe libello. eleganter, quasi hoc ex tempore dixerit, praecipit puero, ut *in* librum suum illud conferat, ne pereat tam oportunum et congruens in modulatores dictum.

---

10 sat. 1, 106

---

1 permessı *M* 2 thıestes *M* *fort. etiam* Thyestes *ex epist. 1, 4, 3 illatum est* 4 ita *nos:* ta *M*, tam multa ς scrıbserıt *M* 5 uıderetur *M* 7 actor *M* exam&rıs *M* 9 scalperet *M* 10 neapluteum cedıt · demorsos *M* 18 equite tamen *nos* equıtateenım *M*, equite autem ς contentum *M* 22 tumıde *M* 23 dem&rıque tıgıllı *M* 24 d&ıllıgıo *M* 27 ıı *M* 30 illuc *M*

# SERMONUM LIBER II.

Sunt quibus in satura uidear nimis acer. [Qm̄.] hos duos libros cum Sermonum inscripserit, tamen de his sic loquitur quasi satura Lucilium sequens. 1 sunt quibus in satura nimis acer et ultra. ad Trebatium scribit equitem Romanum. hic est Trebatius iuris peritus, qui locum obtinuit et aliquot libros de ciuili iure conposuit et de religionibus nouem. [6 omnino uersus aio.] 8 transnanto Tiberim. hoc fuisse in consuetudine ueteribus alio loco significat dicens Te per gramina Martii Campi, te per aquas, dure, uolubiles. uide ut directis uerbis utitur propter iuris peritos. 13 neque enim quiuis horrentia pilis. eleganter in ipsa excusatione posse *se* scribere ostendit. 14 nec fracta pereuntis cuspide Gallos. fracta dixit ut Uergilius: Ibique frangitur. aut de historia est; nam Marius aduersus Santonas talia tela commentus est, ut fracta mitterentur, ne remitti ab hostibus possent. 16 attamen et iustum poteras et scribere fortem Scipiadam: si non potes gesta Caesaris scribere, at potes iustitiam et fortitudinem, ut Lucilius Scipioni fecit, qui uitam illius priuatam

---

11 od. 4, 1, 39   17 Aen. 9, 412   23 Lucil. ed. Müller p. 172

---

1 HORATIFLACCISERMONUM LIBER · I · EXPLICIT INCIPIT EIUSDEM LIBER · II ·   2 *primum sch. post sch. u. 26 est in M*   sut . . satyra nımıs · u · acer *M*   3 quoniam *deleui*   sermonem *M*   4 quasytyra *M,* quasi de satira ς Saturarum?   5 satyra *M*   7 *cf.* locum habere *uel* locum esse alicui; locum obtinuit inter poetas ς   9 *at Macrobius sat. 3, 3, 5* decimum *laudat*   *sch. u. 6 excidisse putat Pauly*   transnato *M*   10 consu&udınem *M*   11 martıs, a *ex* o *corr.*, *M*   13 derectıs *M*   15 scrıbenter *M*   17 ıstorıa *M*   19 missa frangerentur *Hauthal*   21 gestıscesarıs *M*   23 scıpıonıs *M, interpretationem uerbi* illius *esse putans del. L. Müller*

descripsit, Ennius uero bella. [fecit qui uitam illius pro bella.] Scipiadam. adnotandum, quod non Scipionem *ait.* 16 et scribere fortem. ὑποστιγμὴ ponenda, ut sit sensus: fortem animo et iustum, quatenus res gestas bello exponere non potes. 19 per attentam non ibunt Caesaris aurem. attentam: maioribus expeditionibus intentam. 20 cui male si palpere. metaphoricos: cui si adularis, offenditur. palpari proprie: manu mulcere. 20 undique tutus. tutus: inaccessibilis, ut Uergilius: Tuta lacu nigro. et sensus: non audit adulantem, quia sapientia undique munitur id est in omni rerum studio, hoc est omnia nouit. 22 Nomentanumue nepotem. hunc Nomentanum quasi luxuriosum tangit. sensus: Nomentanum quotiens luxuriosum compellas, necesse est, qui eodem uitio laborant, sub persona admoniti timeant et oderint compellatorem huius modi. 24 saltat Millonius. Millonius scurra illorum temporum, qui simul ebrius fuisset statim saltare incipiebat. sensus: ita scribendo me abstinere non possum, ut Millonius ebrius a saltando. 25 numerusque lucernis. Lucretius: Lucernarum florentia lumina flammis. ebrii enim duplicia uident. 26 ouo prognatus eodem. dicit, quot homines tot esse sententias. nam Castor et Pollux diuersa secuti utique communi omnium uarietate ducti sunt. 29 nostrum melioris utroque: mei et tui. soloecon erit; debebat enim dicere 'nobis'. sed censu et ingenio melioris. 30 uelut fidis arcana sodalibus.

---

10 Aen. 6, 236 22 Lucretius 4, 450

---

1 Ennius uero bella *et re falsa et uerbis parum apta sententia delenda uidetur; qui addidit, cogitauit fort. de Ennii Scipione. cf. L. Müller testimonia de Lucilio no. XI* 3 ẏNOΠΤΙΓΜΗ *M* 5 potest *M* 8 palpebrẹ *M* m&aforıcos *M* 9 palpere *M* 13 nepoten *M* 15 compellat *M* 18 saltant mıllonıus · mılonıus *M* 19 salterre *M* 26 hominum ς 27 m& *M ut uidetur* 28 censu *nos:* sensu *M* 29 arana *M*

Aristoxeni sententia est. ille enim in suis scriptis ostendit Sapphonem et Alcaeum uolumina sua loco sodalium habuisse. 33 uotiua pateat ueluti descripta tabella: ita fit, ut Lucili uita tam clara sit per libros, quam si in tabula uotiua ostendatur. 35 *anceps* nam Uenusinus arat.. sub .. c: non ego dubius sum, sed incertum est. nam Uenusini Lucanis sunt affines et Apulis. 39 sed hic stilus hau petet ultro: dicit sua scripta, quod nulli nisi merito detrahat. 42 o pater et rex Iuppiter ut pereat positum. tractum ex Graeco hoc: ὡς ἀπόλοιτο. id enim significat hic 'ut', quod illic 'ὡς' id est: utinam.

47 Ceruius iratus. hunc Ceruium uult uideri accusatorem, quia de malo iudice postea loquitur.

48 Canidia Albuci. amphibolice posuit. scilicet aut Canidia *Albuci filia* uenenum minitatur aut Albuci uenenum. hic enim Albucius ueneno uxorem suam dicitur peremisse. 49 Turius si quid [de] se iudice certes. Gaius Turius hic praetor fuit, quem apud accusatus est a Cicerone Uerres Hortensio defendente. hic dicitur centumuiris dedisse tabulas aliis nigras aliis rubras cerae et adnotasse quas cuique dedisset, ut sciret, a quibus postea pecuniam peteret uel linqueret. nam omnes corruperat. 51 sic collige mecum: sic quem ad modum haec res naturaliter hominibus data sit audi. 53 Scaeuae uiuacem crede nepoti. ironicos dictum totum hoc.

56 sed mala tollet anum uitiato melle cicuta. hoc παρὰ προσδοκίαν dixit. Scaeua autem matrem suam ueneno extinxit. et est sensus Ciceronis

30 cf. Cic. fragm. orat. Scaur. (A. Peyron) p. 76

1 Aristoxeni *Hauthal (Com. Cruquius):* aristoxenis *M* ς 3 p&eat *M* 7 uenusinis *M* 11 ωαπο · λλοιτο *M* 12 hic: luc *M* ὡς: coc *M* 14 quia de *nos:* quieodem *M,* qui eodem modo ut de ς 15 amfibolicepossunt *M* scilicet (scil.) *nos:* sed *M* 16 *sententiam expleui* uenenum Imitatur *M* 17 albutius *M* 20 apud quem ς acusatus *M* 22 nigris *M* 26 sceue *M* 27 hironicos *M* 28 male *M* 29 sceuola *M*

pro Scauro Libertus patronam non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit. 62 frigore te feriat id est horrore mortis. 68 famosisque Lupo cooperto uersibus. Rutilium Lupum dicit. 69 populumque tributim: singulas tribus, quia de tribubus † facta. 75 infra Lucilii censum. hoc ait: etsi non sum eorum natalium, quorum Lucilius. constat enim Lucilium *auunculum* maiorem Pompei fuisse. etenim auia Pompei Lucilii soror fuerat. 79 equidem nihil hinc diffindere possum. haec Trebatius. diffingere: legitur diffindere possum. 81 incutiat tibi. quia lege cautum erat, ne quis in quemquam maledicum carmen scriberet. eleganter iuris peritus de lege loquitur. 81 sanctarum: sacratarum, ut foedus sanciri dicitur. 83 *si quis mala.* aliter Horatius accepit mala pro 'non bona', cum ille famosa uellet intellegi. 86 soluentur risu tabulae. pro: subsellia.

## SERMO 2, 2.

Quae uirtus et quanta boni sit. in hac ecloga sub persona Ofelli luxuriosos carpit. 4 discite non inter lances: haec omnia discite sed alio tempore, non cum fulgore argenti auocati fueritis. 9 corruptus iudex. sicut iudex pretio corruptus falsum iudicat, ita animus corruptus uera non peruidet. 11 militia adsuetum graecari: aut luxuriari aut Graeco more ludere. 12 molliter. ait studio ipso effici, ne labor sentiatur. 15 sperne cibum uilem. uolo uidere, si potes spernere. 18 latrantem stomachum. mire latrantem pro 'esurientem' ut in sequentibus iratum uentrem. 20 tu

---

31 sermo 2, 8, 5

---

2 gylam *M* 3 fereat *M* 6 constat? 8 lucılucılıum *M* 10 dıffidere *M bis* haec *Pauly:* hıc *M* 13 maledıctum *M* 17 tum *M* 18 subselıa *M* 20 Queuertus *M* sıt bonıs *M* 21 egloga *M* 25 falso? peruidet *nos*: prouıd& *M* 26 egregarı *M* 27 utgreco *M* 28 studio ipso *nos:* studıum ıpsum *M* 29 uole *M*

pulmentaria quaere sudando: per laborem cibum exquire. hoc autem Socrates primus ait, qui, cum in nocte ipsa spatiaretur, interrogatus a quodam cur hoc faceret, respondit Ὄψον συνάγω significans se ideo deambulare ut cibum libenti animo adpeteret. 21 albumque neque ostrea. album: pallidum, ut Persius: Albus sede legens *celsa* liquido cum plasmate. 22 peregrina iuuare lagois. auis leporini coloris. 25 uanis rerum quia ueneat. pro: uanis rebus. 25 quia ueneat auro id est pro magno pretio. 28 cocto num adest honor idem: plumarum scilicet. 29 carne tamen quamuis. τὸ ἑξῆς: carne tamen hac magis illam petere *te* deceptum inparibus formis, quamuis nihil distet, esto. 30 inparibus formis: inpari magnitudine. 32 pontisne inter iactatus. quidam Propontias insulas acceperunt, male. pontes enim Tiberini dicti. 35 uideo quo pertinet ergo. si magnitudinem laudas, cur inmensos lupos non adpetis? 36 *proceros odisse lupos et reliqua. sic magnum adpetit* mullum, ut lupos prolixos in conparationem eius oderit, quia promisce grandes nascuntur. 37 his: mullis scilicet. 38 ieiunus raro stomachus. sensus: rare ieiunus inuenitur, qui contemnat res uulgares.

40 at uos praesentes Austri. bene 'praesentes', sicut deos praesentes † quim uocare dicitur.

44 atque acidas mauult inulas. inula dicitur herba, quae incocta aceto conditur *et* fastidium decutit. 47 Galloni praeconis erat acipensere

---

7 Persius 1, 16

---

2 exquere *M* in noctem usque ς 4 CINΔΓω *M*, κυναγῶ? 6 pauidum *M* 8 lagonis *M* 10 prouarıis *M* 13 hanc *M* 15 ınparia *M* 15 *sch. u. 32 ante sch. u. 29 est in M* 16 actatus *M* Pontias ς 18 uide *M* 20 in tantum adpetis *uulgo addunt* 21 multum *M* oderis ς 22 quia *nos:* qua *M* 23 raris *M* 24 ieiunus: animus *M* 26 qui inuocare dicitur? 27 accidas mala uult *M* 28 discutit?

mensa. Gallonius hic est qui primus acipenserem conuiuis adposuit. 48 infamis quid tum. figura nota apud Horatium transeundi ad aliam rem ita tamen ut intellegatur ab acipensere *transire* ad rhombum. ut: Caecubum et prelo domitam Caleno tum bibes uuam. mea nec Falernae temperant uites. 50 donec uos uictor docuit. Plotius Plancus praetorius. uictor: legitur et auctor. 50 *donec uos*..ergo si quis *nunc* mergos suauis edixerit assos. Rufus praetorius instituisse traditur, ut ciconiarum pulli manducarentur. isque cum repulsam praeturae tulisset, tale epigramma meruit:

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic e duobus elegantior Plancis
Suffragiorum puncta non tulit septem.
Ciconiarum populus ultus est mortem.

53 Sordidus a tenui. in sordidos incipit haec ecloga. 55 Auidienus. hic nimium parcus sed diues fuit. et est sensus: . . [uano luxuriam. ex altera auaritiam inminere]. 60 ille repotia. repotia dicebatur dies post nuptias. 62 non parcus aceti. *παρὰ προσδοκίαν*. 64 . . hac canis aiunt, hac lupus urguet. per lupum et canem significat ex una parte luxuriam ex altera auaritiam inminere. 65 qua non offendat sordibus. sensus: uita beata erit, quae sordes excesserit. 66 in neutram partem cultus

---

5 od. 1, 20, 9 13 cf. Catull ed. L. Müller p. 94

---

1 gallonıs *M* accıpıens est conuıuıs *M* 3 transeundo *M* 4 accıpıense. readrombum *M*, transire *addidi* 5 cecubum. & proelo domıta. caleno tu *M*, tum *nos, quod ea, quae Porph. de figura in transeundo dicit, ad hanc particulam pertinere uidentur* 6 eanecfalerno *M* 7 plocıus *M* 11 ıdque *M* itaque? 12 praeturae *nos:* preturam *M* talı *M* 14 hic e *nos cum M (ita ut ei* Plotius Plancus Rufus *nomen fuerit):* hic est ς 17 *haec non uidentur Pphnis esse* 18 egloga *M* 19 *haec uerba ex sch. u. 64 illata mihi uidentur atque scholion u. 55 excidisse* 20 reportıa *M bis* 21 parcus non *M* 22 *lemma et* prouerbialiter *addenda uidentur* ac lupus *M* 24 altera *nos ex superioribus:* ılıa *M* alia ς

miser. cultus *τῶν μέσων* est, unde et alibi Qui feros cultus hominum; Uergilius: Cultus, *agricolae, fructusque* feros mollite colendo; Gaius Sallustius: Atque ipse cultu rei. 67 Albuci senis. hic est Albucius, qui et auarus et elegans conuiuiorum apparator est habitus in seruos saeuus, qui ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem suam ueneno necauit. 70 accipe nunc uictus tenuis quae. dicit quae bona conferat tenuis uictus, quae mala copiosus. 77 cena de surgat dubia: lauta, sicut Terentius in Phormione: Cena dubia apponitur. 79 diuinae particulam aurae. † te id est animum dicit. sic et Uergilius: Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem. 80 alter ubi dicto citius. ait: is uero, qui citius conquiescit nec diu uigilat ob longam cenam. 80 curata sopori membra dedit: cibo modeste fota. 81 uegetus praescripta ad munia surgit: is, qui dicto citius membra quieti dedit, ualens ad sua officia surgit. 82 hic tamen ad melius. melius lautius significat. 82 quondam de futuro ut Uergilius: Nec Romula quondam ullo se tantum tellus iactabit alumno et alibi: [Ast ubi digressum Siculae te admouerit. v.]. 86 tibi quidnam accedet ad istam. hoc ait: licet uelis ad istas tuas delicias adicere, profecto non possis; tantae sunt enim, ut addi eis nihil possit. 89 rancidum aprum antiqui laudabant. *ἀντὶ τοῦ*: dum seruatur rancidum factum. 94 quae

---

1 od. 1, 10, 2 2 Uerg. Georg. 2, 36 4 fragm. hist. inc. 47 (Kritz) 11 u. 342 13 Aen. 6, 743 21 Aen. 6, 874 23 Aen. 3, 410

---

1 ΜЄϹΜΝ· *M* 3 molıte calendo *M* Gaius: g. *M* 4 cultus ς 5 albutıus *M* 6 saeuos *M* 11 terrentıus ın formıone *M* 12 te id est *om.* ς 13 uergıllıus. &herıum *M* 15 tocıtıus *M* tıtıus *M* 16 caenam *M* curatı *M* 18 dıcıto cıcıus *M* 22 tantur *M* 23 *cum neque in 410. uersu* quondam *sit et in 414. uersu ad tempus praeteritum pertineat, haec uerba delenda uidentur* sıcul&e admomerınt, m *sec. in* v *corr.*, *M* 25 dılıcıas *M* 26 eis *com. Cruq.*: es *M* 27 atı. quı *M*

carmine gratior aurem occupat. hoc Antisthenes dixisse traditur. is enim cum uidisset adulescentem luxuriosum acroamatibus deditum, ait: miserum te, adulescens, qui nunquam audisti summum acroama id est laudem tuam. 97 te tibi iniquum: ineptum.

99 as laquei pretium. Plautus in Pseudulo: Sed quid ea drachma facere uis? — Restim *uolo* mihi emere .. qui me faciam pendulum. 99 iure inquit Trauius istis. Trauius pauper sed luxuriosus fuit. uerum in sequenti uectigalia quod ait, reditus priuatos significat, cum tamen publicos tantum alii posuerint. 103 cur eget indignus. sensus: cur te diuite aliquis pauper est? 106 uni nimirum recte *tibi* semper erunt res. sensus: parcendo prospicis, ne umquam tibi desit, † q☨egenterepı. contingere tibi non possit. 108 ad casus dubios fidet sibi certius. hoc ait: quis magis uidetur tutus aduersum fortunae incommoda, utrum qui lautis epulis semper usus est an qui simplici uictu? 109 pluribus adsuerit pro: adsuefecerit. 112 quo magis his credas. bene quasi persuaserit iam. 116 edi luce profesta id est: non sacra. 123 post hoc ludus erat. si quando libere potare uolebant antiqui id est sine archiposia, dicebant se magistram facere culpam. 124 ac uenerata Ceres: rogata deinde Ceres, ut perseueraret in fructibus ita ut se ostenderat, tristitiam explicuit uino. et uenerata passiua significatione posuit, ut Uergilius: Cursusque dabit uenerata secundos. 127 uos o pueri nituistis ut huc nouus incola. Um-

---

6 Pseud. 1, 1, 86 28 Aen. 3, 460

---

3 luxorıosum *M* 4 audıtıs *M* 5 te: re *M* 6 laque *M* platus *et* quıadracma *M* 7 restım mıemere *M* 8 *post* emere *Plautus:* quam ob rem? facıem. pendulum *M*, faciam pensilem *codd. Plauti* 10 pauper sed *Hauthal:* pauperıs & *M* 14 tres *M* 15 parendo prıspıcıs *M* 16 quod egente re publica ς 20 adsue fecıt *M* 21 hıc *M* 22 edulce profesta *M* 30 purı ınstıtuıstıs *M*

brenus. nouus, mora; deinde: incola uenit. non *enim* dominus talis est. in superioribus: Quid tu? nullane habes uitia? Immo alia et fortasse minora. 131 aut uafri inscitia iuris. uafri: astuti iuris. 136 fortiaque aduersis pro: fortes estote aduersum fortunae incommoda.

## SERMO 2, 3.

Sic raro scribis ut toto non quater anno. in hac introducit Damasippum corripientem se tamquam desidiosum. 3 iratus *tibi* quod uini somnique benignus. ipse sibi iratus, quod uino somnoque indulgeat. 7 culpantur frus. frustra: quia non mereantur. 8 iratis natus paries. incerare parietes soliti erant poetae et ibi scribere, si quid noctu in mentem uenisset. 13 inuidiam placare paras. sensus: si uirtutem reliqueris propter inuidiam, incipies contemni. nam ita est natura hominum, ut potentioribus inuideant humiliores spernant. 17 uerum ob consilium donent tonsores. iocatur in barbatum. 18 postquam omnis res mea Ianum. hoc ideo quia omnes ad Ianum in basilica consistebant feneratores. 19 ad medium fracta est. fracta est: minuta est. 21 quo uafer ille. uafer: astutus. 21 lauisset Sisyphus aere. per hoc *significat* Corinthiorum uasorum se amatorem fuisse. 25 unde frequentia Mercuriale inposuere mihi. Mercurialem quasi lucrosum, quia Coctio appellabatur. omnes enim coctiones lucro student. item compita

---

2 serm. 1, 3, 19

---

1 mora *cf. Diomedis a. gram. p. 438, 13 Keil* 2 enim *addidi; nisi forte cum ς interpungendum est:* uenit, non dominus. talis est (sc. sensus) in . . 3 *post* alia *Porph. moram mihi uidetur statuisse* 4 fafrı ınsıtıa *M* fafrı astutı ıurıs *s. l. m. 2 in M* 8 scrıbes *M* 9 hac ecloga ς 10 uısı *M* ıratus *M* 15 placere *M* 22 medıum facta *M* 24 sysyphus. aeree *M* 25 uasorem *M* 26 mercuRıale l *supra* R *scr. M* 27 cotıo, c *supra* t *scr., et* cotıones *M*

sunt loca, in quae multae uiae competunt. 29 traiecto lateris. proprie. ita enim medici dicunt *μεταλαμβάνει θώρακα.* 30 hic cum fit pugil. pugilem posuit pro phrenetico. 31 dum ne quid simile huic. sensus: dum ne et tu tundere me incipias. 32 fustrere insanis: quia Stoici omnes homines insanos et stultos esse dicunt excepto sapiente. Stertinius autem unus e Stoicis fuit. 35 iussit sapientem pascere barbam. sapientem non quasi ipsum sapientem, sed barbam sapientem iussit me pascere id est nutrire. 36 atque a Fabricio n. t. p. r. pons dicitur, qui est insulae illius, quae in medio Tiberi posita est, ideo Fabricius, quia *a* Fabricio factus. 38 in flumen dexter stetit. dexter aut dextera parte aut bono omine. et Uergilius sic Et sidera caelo dextra feras et Persius: Dextro Hercule pro: bono. 41 primum nam inquiram. ostendit, quid sit furor ut Lucilius ** 53 qui te deridet caudam trahat: ut pecus id est stultus; aut ex consuetudine puerorum sumptum est pro: derideatur. solent enim pueri deridentes nescientibus *quid* suspendere, ut uelut pecus caudam trahant. 56 alterum et huic uarum. uarum diuersum ac distortum ac per hoc a re diuersum. 57 amica mater honesta soror. melius est sic accipi 'amica mater', ut sit ex Graeco tractum φίλη μήτηρ, quam per se 'amica', per se deinde 'mater', quia mentionem uxoris facit in sequentibus. 60 non magis audierit quam Fufius ebrius olim. hic Fufius Phocaeus tragoediarum actor fuit. qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exurgeret uocem, in scena obdormiit. et edormit pro praeterito accipi,

---

15 Aen. 4, 578. 16 Pers. 2, 11 18 Lucil. incert. 104

---

4 fen&ıco *M* 5 ne: mͤ *M* 12 ınsula *M* quem medıum tıberım *M* 15 homıne *M* celo *M* 20 sumptus *et* derıd&ur *M*, derideatur *nos* 21 suppendere *M* 22 trahat *M* 25 sı *M* grego *M* 26 MNTHP *M* 29 focaeus *M* 31 Deiphili *scribendum fuisse monuit Heindorf* exurg&R& *M* 32 scenā *M*

non praesenti debet. 60 non magis audierit . . *mater, te appello:* hoc uersu clamitabant, qui est Pacuuii: Mater, te adpello; tu, quae curam somno suspensam leuas. 61 Catienis mille ducentis. Catienis: cantoribus a Catieno nobili cantatore dictis. 69 scribe decem a Nerio. quidam 'Anerio' ὑφ᾽ ἕν legunt. uerum et hic et Cicuta iuris studiosi fuerunt, quos quasi auaros tangit. sensus: pecunia a feneratore accepta lege decem tabularum, quas Nerio instituit, et aliis centum, quas Perellius Cicuta auarissimus, consignatores frustrabitur. 69 scribe decem a Nerio. iuris uerbo 'scribere' est mutuum 'sumere', 'rescribere': restituere. 72 cum rapies in ius malis ridentem alienis. Graecus est sensus οἵ δ᾽ ἤδη γνάθοισι γελοίων ἀλλοτρίοισι, quod significat: *si* in ius rapere coeperis, non ex animo ridebit. 73 fiet aper modo auis modo saxum. et Uergilius: Fiet enim subito sus horridus. 75 mihi crede Perelli. Perellius fenerator fuit et iuris peritus. et *quod* ait putidius, magis, inquit, insanus est. et dictantis pro: dantis; est enim sensus: id credentis, quod recepturus non est. 76 rescribere: reddere. 77 atque togam iubeo componere quisquis ambitione. sensus: iubeo audire et ad praecepta nostra auaros intentos esse bene tectos. nam qui dissoluto pallio audiunt, neglegentes iudicantur et minime ad uirtutis honorem accensi. ideo ait

---

2 Pac. Iliona IV (Ribbeck) 14 Odys. 20, 347 18 Georg. 4, 407

---

1 presentı dedıt *M* 2 *lemma addidi* pacuum *M* 3 apollotu que coram *M* tu *ad* surge et sepeli natum *referendum uidetur.* coeram? 4 cacıenıs *M bis* 5 catıeno *M* cantore ς 7 ΥΦΗΝ· *M* 8 pecunıam . . acceptam *M* 10 alıus *M* 13 resscrıbere *M* 14 ΟΔΕΓΝẚ ΘΟΙϹΙΓ ΕΛΩΝẚΛΛΟΤΡΙΟΙϹ *M quod uulgo non mutant* 16 rıdebebıt *M* 17 *sch. u. 73 ante sch. u. 72 est in M* 17 fict *M* 18 fit *M* 19 parellı parellıus *M* 20 quod *addidi* 22 *glossa u. 76 delenda uidetur coll. sch. u. 69* resscrıbere *M* 27 accessı *M* accensi ad uirtutis amorem Acr.

togam iubeo componere, quia hi diligentius audiunt, qui cultu concinni sunt. allegoricos totum. 83 nescio an Anticyram. Anticyra oppidum et insula hoc nomine, sicut Claranus testatur, in qua elleborum plurimum nascitur. et alibi Nauiget Anticyram. et est Propontidis insula. 84 heredes Staberi summam incidere. Staberius homo auarissimus fuit. eo usque magnitudine pecuniae delectatus est, ut, cum finem uitae intellexisset, [et] testamento ita inscriberet, ut heredes sui sepulcro eius insculperent, quis quantum in partem sumpserit. quod si in aliquo mentiti essent, dampnationis nomine paria centum gladiatorum populo exhiberent et epulum ad Arri uoluntatem, qui luxuriosus fuit. dampnati pro addicti. 94 ipse uideretur sibi. nequior pro luxuriosior ut et supra Illum aut [et] nequities.

97 clarus erit iustus fortis sapiens. haec ironicos dixit. 100 Graecus Aristippus. uult et hunc Aristippum insanum uideri, qui pecuniam, cuius usus esset necessarius, abiecerit. 103 nihil agit exemplum litem quod lite resoluit. sensus is est: exemplum, quod in se quaestionem et litem habet, non est uerum. intellego, inquit, me contraria exempla posuisse. quoniam argumentatus non erat, uter ex his insanus esset, nunc ait se probaturum. 141 quod splendida bilis. *κατὰ ἀντίφρασιν* 'atra' uel 'flaua'. 142 pauper Opimius. sic dicitur Magnas inter opes inops et hac figura dictum est qua diues opum pro 'opibus'. 143 qui Ueientanum. pes-

5 infra u. 166 16 serm. 2, 2, 131 27 od. 3, 16, 28 28 Uerg. Aen. 2, 22

4 *cf. O. Jahn Mus. Rhen. 9 (1854), 627* 6 heres *M* 9 uitae adesse ς 11 quantum quisque ς patrem *M* 14 dampnati pro addicti *in M sunt post* exhiberent. *glossa transposita cetera iunxi.* 15 uıdetur *M* 16 ıllud *M* 17 ıustıs *M* 18 hıronıcos *M* 19 arıptıspum *M* conıussus ess& *M*, cuius usus est *P. Daniel*, cum usus esset *Pauly* 21 lıtte *M* is est *nos:* ıdem *M* est: idem ς 25 ıs, s *in* ı *corr.*, *M* 26 ulıs *M* 27 opımus *M* 28 est quıa *M* 29 Vegentanum *M*

simum uinum *in* Ueienti nascitur. et Persius: Ueientanumque rubellum. 153 deficient inopem sic ait, ut inopia aliquem defecisse dicimus. et Uergilius: Tuque o dubiis ne defice rebus. 158 quisnam igitur sanus. incipit de Stoicis disputare.

161 Craterum dixisse putato. Craterus nobilis medicus Augusti temporibus fuit. de hoc Persius: Quid opus Cratero magnos promittere montes. 163 morbo temptentur acuto. Graece *ὀξὺ πάθος*. 166 quid enim differt Baratrone. Baratro luxuriosus. uerum quidam legunt barathro, ut ueniat a nominatiuo barathrum. 168 Seruius Oppidius Canusi duo praedia diues *antiquo censu:* hoc est: paruo censu diues. 175 tu ne sequerere Cicutam: ne tu luxuriosus, tu auarus euaderes. Nomentanus enim luxuriosus, Cicuta auarus. 181 is intestabilis et sacer esto. antiqui eos, quos in testimonium nolebant admitti, intestabiles uocabant, scilicet quorum testimonium malum et exsecrandum esset. 182 in cicere atque faba. antiqui aediles huius modi res populo Floralibus spargebant. inde et Persius: Uigila et cicer ingere large rixanti populo. pauperes enim fuerunt.

187 ne quis humasse uelit. adnotandum, quod dialogicon fecit. introduxit enim quendam altercantem cum Agamemnone, ut doceret saniores esse eos qui insani uidentur, his quos sanos putamus. dogma autem Stoicorum quoddam *πραγματικόν*, quo continetur omnes homines insanos esse. 188 rex sum nihil ultra.

---

1 Pers. 5, 147 3 Aen. 6, 194 7 Pers. 3, 65

---

1 Ueienti *nos:* ueiento, o *in ras., M* uegentanum *M* o *om. M* 12 barathrum *nos:* baratrhus *M* 14 hoc *nos:* hic *M* dicens *M* 15 citam *M* tu . . tu *nos:* aut . . aut *M* 18 testimonium nolebant admitti *auct. comm. Cruquii:* testamto nolebant dimitti *M,* testamento nolebant admitti ς 20 cicera *M* 21 ediles huis *M* 23 large *Persius:* uulgo *M* 24 uell& *M* 25 dialogi confecit *M:* dialogum fecit *uel* confecit ς 26 agamemnon *M* seniores *M* 28 continentur *M*

per hoc illud prouerbium uult interpretari *μωρῷ καὶ βασιλεῖ νόμος ἄγραφος.* 191 di tibi dent capta classem deducere Troia. Homericum est:

*Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες*
*ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.*

196 per quem tot iuuenes patrio. Troiani scilicet. 197 mille ouium insanus. ut duo milia hominum dicimus. 201 quorum insanus quid enim. inter quos, inquit, insanus est? utrum inter luxuriosos et auaros an inter ambitiosos? 204 aut ipsum uiolauit Ulixen. ipsum subaudiamus: inimicum suum. 208 qui species alias ueri scelerisque: qui concipit animo suspiciones falsas et uera non uidet, is demens est. 212 ob titulos committis inanis. subaudiendum: non est insanus. 217 interdicto huic omne adimat ius. insani solent accipere a praetore curatores bonorum suorum, ita ut illis uti non liceat nisi ad arbitrium alienum, scilicet ne perdant. 222 quem cepit uitrea fama: aut fragilis aut splendida. 224 nunc age luxuriam et Nomentanum. nunc luxuriosos insanos probat, supra auaros et ambitiosos. 228 ac Tusci turba inpia uici. lenones dicit. ibi enim commanent. Tuscus dicitur uicus, qua itur ad Uelabrum, ubi harum rerum mercatores id est unguentarii consistunt. turba impia, quia in patriam Tusci redire noluerunt.

229 cum scurris fartor nunc auium, alias nomenclator. 233 responderit aequos. ironicos. 238 nocte citata. legitur et uocata. 239 filius Aesopi detractam ex aure Metellae. Aesopus tragicus magnas opes M. Aesopo filio luxurioso reliquit. hic cum uellet patrimonium animo euincere,

4 Il. 1, 18

4 ΥΜeΙΝ· *et* o·ΛΙΜ·ΠΙᾶ· *et* εΚΠεΡ·CETIPIᾶ· MOIOΠO· ΛΙ εΙΤΙΟΙΚᾶΔ *M* 6 pem quem *M* 7 sanus *M* 11 subaudiamus *nos:* subaudımus *M* 12 scelerıque *M* 13 suscıpıones *M* 14 comıttıt *M* 25 id est unguentarii *delenda uidentur* 28 hıronıcos *M*

dicitur decies sestertium concupisse una hora absumere atque ita bacas detractas uxori Metellae in aceto diluisse. de hoc Maeuius poeta scribit, de quo Uergilius: Amet tua carmina Maeui. 240 scilicet ut deciens solidum absorberet aceto. solidum: integrum. 244 et amore gemellum pro: gemellorum. 245 inpenso prandere coemptas. inpenso pro magno posuit. 246 quorsum abeant sani. quorsum: in quam partem discedant. 247 de amatoribus. 247 aedificare casas. haec omnia infantes faciunt. 248 ludere par inpar. uni duo.

249 amentia uerset: alio nomine amentiam suam appellet. 250 si puerilius his ratio esse. si optinere potuerit puerilius esse amare quam ludere puerili ratione † editam esset id est amentiam suam tum excuset. 254 mutatus Polemon. Polemon fuit Atheniensis iuuenis luxuriosus et perditus. qui cum comisabundus incederet per urbem, audisse fertur e proximo Xenocratis uocem disputantis· deinde introisse ad deridendum, ut erat coronatus unguentatusque. quo uiso senex perseuerauit et inuectus in luxuriam coegit Polemonem paenitere sui et coronas abicere sumptoque philosophi habitu tantus uir postea fuit, ut dignus existimatus sit, qui Xenocrati succederet. 255 fasciolas cubital focalia. aut allegoricos tamquam de aegro haec aut quia solent amantes talia insignia gestare, ut mulierculis placeant.

262 nec nunc cum me uocet ultro. totus hic locus de Eunucho Terentii est. 272 quid cum Picenis excerpens. solent amantes semina ex malis

3 Buc. 3, 90 29 Eun. 1

2 deluisse *M* 3 de quo *etc. haec parum apta sententia fort. illata est ex Epo. 10, 1* 5 absorder& *M* 9 insani *M* 10 de amatoribus *hic posui: post. sch. u. 245 est in M, om.* ς 11 dui *M* uni dui *fort. erat sermonis uulgaris rusticique* 12 *Porph.* uerset *insequentibus iunxit* 13 bis . . ess& *M* 15 ratione, id tamen uerset id est *nos* 18 com *M* 21 que *om. M* 22 luxurium *M* 24 socrati *M* 29 eunocho *M* qui *M* 30 exerc& *M*

orbiculatis duobus primis compressa digitis mittere in cameram, uelut augurantes, si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci, quod animo conceperunt. 274 quid cum balba feris annoso uerba palato: quid, cum per delicias balbutire adfectas senex et puerilia imitaris? 276 atque ignem gladio. *Πυθαγορικὸν* est *Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν.* 277 cum praecipitat se cerritus fuit. cerritus: furiosus. commotae mentis id est insanus. 281 libertinus erat qui circum compita. hic incipit de superstitiosis et religiosis loqui. 281 qui circum compita siccus. ab Augusto enim lares id est dii domestici in compitis positi sunt et libertini sacerdotes dati, qui Augustales appellati *sunt.* 284 sanus utrisque auribus atque oculis mentem nisi litigiosus. quia hi qui uendunt mancipia solent hoc adicere sanum corpore et animo putes. hunc superstitiosum negat sanae mentis fuisse et dicit allegorice sanum esse omni corpore. 285 nisi litigiosus dominus exciperet. id est: interposita fide adseueraret. 287 Chrysippus ponit. hoc ait: eius modi stultorum copiam et multitudinem Chrysippus philosophus inter Menenios haberi dicit. Menenius autem fuit illis temporibus insanus. uel certe plebeios uult uideri a Menenio, qui senatum et populum in gratiam reduxit. sed Menenium melius furiosum accipimus uel potius stultum, unde Meneniae stultitiae uel ineptiae. et mire fecundam gentem stultorum ait id est multiplicem. Chry-

---

1 sorbıculatıs *M* compressa *nos:* compressare *M*, compressare . . et *uel* comprensa ς 5 quı *M* balbuttıre *M* 7 MAXEPH *M cf. Gesta Romanorum c. 34* 10 ınsanos, o *m. r. in* v *corr.*, *M* 10 lıburtınus *M* 18 putes *hic posui: post 20* corpore *est in M*, animo, hunc . . corpore putes ς 22 modo *M* 23 maenenıos *et* maenenıus *M* 25 plebeios *nos:* plebeıus *M cf.* Liuium 2, 32 placuit ad plebem mitti Menenium Agrippam . . quod inde oriundus erat, plebi carum. 25 menıo *M* 28 menię, ne *s. l. m. r.*, *M* *uerba* et mire . . stoicus fuit *hic posui: post* 26 reduxit *sunt in M* ς 29 mentem *M*

sippus Stoicus fuit. 290 illo mane die quo tu indicis: die Iouis. 296 sapientum octauus amico, quia Graeci septem sapientes dicunt, quibus hunc addit.

Ἑπτὰ σοφοὶ χαίροιτε, τὸν ὄγδοον ὥςτε Κόροιβον
οὐ συναριθμέομεν.

299 discet pendentia tergo. hoc ideo, quia Aesopus tradit homines duas manticas habere, unam ante se, aliam retro. in priorem aliena uitia mittimus, ideo et uidemus facile; in posteriorem nostra, quae abscondimus et uidere nolumus. hoc Catullus meminit Uidemus manticae quod in tergo est. ait et Persius: Spectatur mantica tergo. 300 post damnum sic uendas omnia pluris. bene, quia ille bonis suis uenditis philosophari coepit; et dicit hoc Damasippo. 302 insanire putas. interrogatiue dicit. 308 hoc est longos imitaris. longos diuites significat. 310 rides Turbonis in armis. Turbo gladiator fuit paruo corpore, sed animosus in pugna. quid rides, si Turbo cum longioribus certat, cum tu te diuitibus compares? et fuit Threx Turbo. 312 te quoque uerum est. uerum est pro: aequum est. et Uergilius: Me uerius unum pro uobis foedus l. e. f. 316 belua cognatos eliserit. adnotandum, quod hoc loco cognatos pro fratribus posuit id est secum natos id est congeneratos. 317 num tantum sufflans. adnotandum tantum pro 'tam' positum id est: tam magna. 321 adde poemata nunc. sensus: adde illud, quod poeta es, id est: praeter reliquum errorem poetarum

4 Callim. fr. 307 6 Phaedrus 4, 9 10 Catull. 18, 21 12 Pers. 4, 24 22 Aen. 12, 694

2 octauos *M* 4 *sic constituit uersus O. Jahn, (Hermes II p. 249) ex Suida Κόροιβος* 'Τὸν ὄγδοον ὥςτε Κόροιβον': ЄΠΤΑCΟΦΟΙΧΑΙΡЄΤΑΙΤΟΝΟΥΚΑΓΑΘΟΝΟΠΙΚΟΡΥΒΟΝΟΥCΥΝΑ-ΡΙΘΜЄΟΝЄΝ *M* 7 mandıcas *M* 8 prıore *M* 10 Catullus *cod. P. Danielis:* tullımus (m *expuncta*) *M* 19 turba *M* 20 comparares *M* 23 belba *M* 24 delıserıt *M* 25 fratribus *cod. 2:* filıs *M* 26 tantum: tandem *M bis* 28 adte *M* 29 poetam ıure *M,* more *nos*

more insanis. et usus *est* uulgari prouerbio oleum in incendium. 322 sanus facis et tu [non dico inquit sanus] non dico horrendam rabiem: ut tibi parcam, non dico poeticam rabiem esse. 326 o maior tandem parcas insane minori. uehementer furiose *ne* te tuis uitiis redde, quibus te liberatum dicis. cum superior insanus sis, parce minori insano.

## SERMO 2, 4.

Catium interrogat cenarum auctorem cenae praecepta. unde et quo Catius. Catius Epicureus fuit, qui scripsit quattuor libros de rerum natura et de summo bono. sub eius nomine quo modo in proxima Stoicos, ita in hac Epicureos inrisurus est, qui dicunt summum bonum ἡδονήν, sed rerum honestarum; unde Stoici hanc gulae et corporis libidinem criminantes *aiunt* τὴν ἀταραξίαν τῆς ψυχῆς hoc est nihil timere nec cupere summum bonum esse. unde Uarro dicit λογομαχίαν inter illos esse. ergo Catium interrogat philosophum Epicureum de cenarum ordinatione et uoluptate, quia Epicurei summum bonum uoluptatem dicunt. 2 ponere signa nouis. ponere: conscribere, consignare noua praecepta. 3 Anyti reum. Socratem significat, quem Anytus accusauit et Meletus, quod iuraret μὰ τὸν κύνα καὶ μὰ τὸν χῆνα, quo ostendebat deum omnibus animalibus iunctum. huic quoque obiecerant et stupra puerorum et quod noua prodigia pro diis haberet, quae nulla maiorum religio meminisset. 6 quod si interciderit tibi nunc aliquid. interciderit pro: exciderit. 7 siue est

---

1 sanıs *M* 2 *delere malui quam scribere:* non dico, inquit, insanis 4 poedıcam *M* 6 ne *addidi, quidam* reddis *scripserunt* 9 *haec delenda uidentur, cum repugnent inferioribus* Catius Epicureus *etc.* 10 epıcurus *M. fort. hic et infra* Epicurius 15 guıle̜ *M* criminantes aiunt *nos:* crımınanτ’ *M* 16 ΑΤΑΡΑΧΙΑΝ *M Porph.* ἀταραξίαν *Epicureorum et* ἀπαθίαν *Stoicorum miscuisse uidetur* 17 barro *M*

19 epıcurum *et* 20 epıcurı *M* 22 *sch. u. 3 post sch. u. 12 est in M* 23 meletes *M*

naturae hoc siue artis: siue e morali siue naturali philosophia descendit uel siue doctrina siue ingenio. ironia. 10 ede hominis nomen: praeceptoris tui.

12 longa quibus facies ouis erit. bene ab initio cenae. alibi ideo ait Ab ouo usque ad mala.

14 ponere. namque marem: apponere aut existimare. 14 cohibent callosa uitellum. uitellum. oui pars media. et nota, quod, cum hic masculino genere dicat, alibi feminino sic Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus. et anaphora ad pullum. 20 pratensibus optima fungis *natura est; aliis male creditur:* propter uenenum. dulces sunt enim de prato. 28 mitulus et uiles pellent. mitulus piscis uel concha maris. 29 non sine Coo. uinum a Coo insula. 29 breuis herba. significat ‘non diu uigens’, ut Uergilius * * Breue lilium.

30 implent conchylia lunae. dicuntur enim crescente luna inpleri, minui decrescente. 32 Lucrina peloris. non dicit ‘melior est Lucrina peloris quam murex Baianus’, sed dicit † quam murex Baianus melior peloris, sed ita Lucrina peloris est melior muricibus. 34 pectinibus patulis. natura patulis, ut Uergilius: Patulae sub tegmine fagi. 37 piscis auerrere mensa. mensam piscatoriam dicit. auerrere: abstrahere, auferre. 39 languidus in cubitum iam se conuiua reponit id est: qui iam ebrius iterum eorum sapore inductus cenare uelit. ut alibi Et cubito remanete presso. 41 carnem uitantes inertem. pinguem. 43 non semper edulis.

---

5 serm. 1, 3, 6 9 serm. 2, 4, 57 16 Hor. od. 1, 36, 16 23 Buc. 1, 1 28 od. 1, 27, 8

---

1 sıue moralıs sıue naturalıs *M;* siue e rationali siue naturali *Pauly* 3 IPωNIα *M* 4 bene ⟨ab ouis incepit id est⟩ ab initio cenae *secundum Acronem scribam* 6 morem *M* 9 petunt *M* 10 est ς anafora *M* 14 maris *Hauthal:* magıs *M* 15 herba: supra *M* 17 conchılıa *M* 20 *ante* ed dıcıt *deletum* ‘melior’ (r *in* s *correcta*) *in M* sed dicit, ‘melior peloris quam murex’, sed ita ‘Lucrina peloris est melior murice Baiano’, *nos* 28 remanente *M* carmen *M*

edulis: quas edere uelis. capreas pro aedis. et est amphibolia: aut ‘non semper summittit’ aut ‘non semper edulis’. 44 fecundi leporis sapiens. fecundum leporem ait ideo, quia semper praegnans dicitur. sapiens hic a sapore, non a sapientia. 47 crustula promit. opus dulciarii. 51 Massica si caelo suppones: quae cras poturus es. et ostendit actionis genus. 53 odor neruis inimicus: quia si inmaturum fuerit, neruis nocet. 54 lino uitiata saporem: per saccum colata. 59 lactuca innatat acri. hinc apparet apud ueteres ultimis mensis lactucam dari solitam. 65 pingui miscere mero muriaque. pingui mero: musto. miscere: temperare. 68 Corycioque croco sparsum stetit. aut proprie ‘croco’ aut pro uino crocum posuit, ut Uergilius: Croceos ut Tmolus odores. 73 et allec. nota, *quod* allec neutro genere dixit. faecem. condimenti genus sic appellatur. 75 incretum: non cretum. 81 uilibus in scopis in mappis. mappas antiqui dicebant, quae nunc mantelia. Lucilius: Et uelli mappas. et ait: quanto in his exiguus est sumptus, tanto culpandi facilis offensus.

83 lapides uarios. marmora dicit. 95 queam uitae praecepta. ironicos totum.

## SERMO 2, 5.

Hoc quoque Teresia. in hac introduxit Ulixem quaerentem apud inferos a Teresia, quem ad modum possit rem familiarem reparare. hoc fuit apud ueteres

---

16 Georg. 1, 56  21 Lucil. 5, 21

---

4 pregnans *M*  5 sapore, a *ex* o *a. m. r., M*  6 promunt *M*  7 suppones si celo *M*  es, t *post* s *erasa, M*  9 neruos *M*  11 agri *M*  12 misceri . . murtaque *M*  13 misceri temperari *M*  16 croceus ut molos *M*  17 quod *Pauly add.*  21 luciliais (s *m. 2*) &uellisnappas (sn *in* m *corr. m. 1.*) *M*  quanto ⟨magis⟩ . . facilior ς  23 quam *M*  24 hironicos *M*  26 introducit ς

moris, ne praesentes suggillarent aut saeculi praesentis lacerarent mores. 8 et genus et uirtus. dicit: tametsi qui sit generosus et fortis, tamen, si rem non habet, uilior est alga. 11 siue aliud priuum. priuum: priuatum. 14 ante Larem gustet. prius diuiti quam Lari ponas primitias. consuetudo fuit, ut rerum primitias Laribus ponerent. 15 sine gente cruentus. sine gente: ignobilis aut peregrinus. 22 diuitias aerisque ruam. ruam: eruam. 36 contemptum quassa nuce. hoc ex consuetudine. ‘ne quis tibi minimum quid auferat aut te contempnat.’

39 Canicula findet. pro sole ardenti. 40 infantis statuas. quae fari non possint. 41 Furius hibernas cana niue. hic uersus Furi Bibaculi est. ille enim cum uellet Alpes niuibus plenas describere, ait Iuppiter hibernas cana niue conspuit Alpes. ergo tumidum est et *κακόζηλον*. 53 quid prima secundo. bene hoc et iuxta ordinem, quia prius testatoris nomen, secundum heredis. 55 plerumque recoctus. recoctus: iterum scriba factus. 56 coruum deludet hiantem captatorque dabit. hoc allegorice posuit ex fabula Aesopi, in qua scriptum est, ut uulpis coruum inluserit, cum eum uidisset caseum ferentem, dicens se esse ab illo meliore uoce et prouocans, ut clamaret. quod cum facere uoluisset, caseum demisit ac perdidit. 82 partita lucellum. *ὑποκοριστικῶς* lucrum. 83 ut canis a corio numquam absterrebitur uncto. prouerbialiter. ‘numquam deerit hoc facere.’ 92 stes capite obstipo: tristi ac seuero. Scaurus ‘inclinato’ dicit. 95 aurem substringe loquaci: loquaci aurem intende, cum loquitur. 98 ser-

---

22 Babrius 77

---

1 aut . . lacerarent *m. 2. in mg. M* 6 portas *M* portes ς 9 aeris quaeruam *M* 13 possunt ς 15 niuibus: nubibus *M* 16 consuit *M* 17 KAKOZIΛON *M* 19 secundum *nos:* sic *M* secundo ς 22 fabola *M* 25 prouocans *nos:* prouocauit *M*ς 31 loquacem *bis M*

monibus utrem: uelut utrem. 99 cum te seruitio longo hoc est: cum decesserit. 108 siue domus fit emptor. quia lege cautum erat, ne quis agrum uel domum alicuius in testamento donatum donaret, ut uiderentur emisse, nummum dabant, si cui donabatur.

SERMO 2, 6.

Laudat rus et securitatem eius exponit. per quod significat rus se habere et amare. 2 iugis aquae fons: qui cum sit iugis, domui sit proximus. 5 nisi ut propria mihi. propria: firma, ut Uergilius: Propria haec si dona fuissent. 9 denormat agellum. extra modum procedens denormem facit, uel: illum designat et uelut norma posita definit. 12 diues amico Hercule. ideo, quia thensauris praeest. et sunt qui eundem incubonem quoque esse uelint. unde putant et quod res rustica in tutela sit eius. nam illi sacrificia reddunt rustici, cum iuuencos domauerint. praeterea etiam traditur fabula, fuisse quendam mercennarium, qui semper Herculem deprecatus sit, ut sibi boni aliquid praestaret. quem Hercules ad Mercurium duxit et obsecratus thensaurum fecit ostendi. quo effosso ille eundem agrum, *in* quo operam mercennariam faciebat, comparauit et labori solito operam dedit; sicque probauit Mercurius quod de eo praedixerat Herculi, nulla re illum posse beatum uiuere, cum in eadem opera etiam post inuentionem thensauri perseuerauit. Persius: Dextro Hercule. pupillumue utinam, quem proximus heres Inpello, expungam. quia

12 Aen. 6, 871 28 Pers. 2, 11

1 uelut utrem: uelutrem *a m. 2. M fort. delenda sunt* 3 dominus *M* sit ς 6 donabatur *nos:* donabantur *M* 12 hec *M* 14 illum *H. Stephanus:* illud *M* uelud *M* 15 amicus *M* 17 putant, quod et ς unde putant? eo quod *nos* 22 obsecratur *M* obseratum ς 25 prouauit *M* 26 de eo *Hauthal:* deo *M* mercenarius, quod deus ς 30 expungas, u *in ras., M*

lucri deus est, thensauri dicitur. 16 et in arcem ex urbe remoui. belle dixit, uel ut rex in uillula mea uelut in arce positus eram, uel ideo quia in monte posita est. 18 nec plumbeus Auster id est: grauis. 30 tu pulses omne quod obstat. † pollo ualeas, caue ualeas et similia dictu. 32 et melli est non mentiar. pro: iucundum est. 36 de re communi scribae magna. hoc loco significat se Horatius decuriam habuisse. 46 et quae rimosa bene deponuntur in aure id est: ea dicebat, quae bene committuntur auribus rimosis, hoc est, quae facile proferantur in medium, nihil scilicet de secreto habendis. et hoc de Terentiano illo dicto sumptum est Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. 55 quid militibus promissa Triquetra. Triquetra praedia: Sicula, quod in tres partes id est promunturia diducta † sint et separatas uel quadras. 62 ducere sollicitae iucunda obliuia uitae id est: potare, quia uina sepeliunt omnem sollicitudinem. 63 Pythagorae cognata simulque. ideo ait Pythagorae cognata, quia traditur inflare praecordia. quo argumento Pythagoras spiritalem adseuerans uelut a cognata abstinebat. Pythagorei enim nullo animali aluntur; quos inridet hic. 72 nec male necne Lepos saltet. Lepos nomen archimimi, qui eo quod iucunde et molliter et saltaret et eloqueretur, sic appellatus est.

## SERMO 2, 7.

Iam dudum ausculto. haec per *διάλογον* habet. loquitur enim cum seruo Horatius. 4 ut uitale

---

14 Eun. 1, 2, 25

---

2 uel ut: uelut ς 3 ıdem *M* 6 porro *Holder*, ut: uolo *nos* 7 melıus *M* 10 dıcebant *M* 13 habentia ς, *iunge:* nihil de habendis secreto 17 sit et separata uel quadra ς, in tres partes separatas uel quadras id est promunturia diducta sit *nos* 18 ducera *M* 29 per *διάλογον Hauthal:* perıdıalogon *M* *περίοδον λόγων Pauly*

putes. ideo hoc ait, quia ferme citius moriuntur serui, qui frugi sunt. 17 mitteret in phimum. phimum: quod nos fritillum dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittuntur. 25 quod clamas rectius esse. duas causas inscitiae proposuit, uel quia rectum uides et non intellegis, uel quia in defendendo rectum non es firmus. 28 Romae rus optas. et in epistularum primo Romae Tibur amem uenturus Tibure Romam. 35 magno blateras clamore furisque. blateras: latras uel furiose clamas. 37 dixerit ille. hoc seruus dicit sed ex Horatii persona. 38 duci uentre leuem nasum. nasum pro derisore posuit, nidorem pro risu, a quo uerbum fit 'renideo'. supino: fastidio. 58 quid refert uri uirgis. hoc ius in gladiatorem est constitutum. 64 peccatne superne: quasi superior peccat. 72 non sum moechus ais. hic sensus est: non es moechus non magis quam ego fur, quia ut fur non sim metu, non uoluntate cogor. 95 uel cum Pausiaca. Pausias pictor nobilis fuit. 97 aut Placideiani contento. optimi gladiatores fuerunt. 102 nihil ego si ducor. sensus: ego nihil dicor id est nullius pretii, si libum adpeto. 103 *responsat:* ut supra responsare cupidinibus. 104 obsequium uentris mihi. percontatiue legendum.

SERMO 2, 8.

Ut Nasidieni. hanc ad Fundanium scribit. 6 leni fuit Austro. hoc ideo, quia adfirmant lassam carnem apri id est requietam meliorem esse. 8 rapula lactucae. neutro genere dixit pro rapa. 13 ut Attica uirgo. illas dicit, quas Tullius in Uer-

8 ep. 1, 8, 12 24 u. 85 31 Act. II, 4, 5

2 fımum *M bis* 8 tıburım uenturus *M* 14 uerbo *M* fastidioso? 15 refertur uırgıs *M* 17 aıt *M* 18 non magis quam = eadem ratione qua 20 pausıus *M* 21 pacıdeıanı *M* 22 si: se *M* 23 dicor: ducor *M* 24 responsat *addidi. sch. u. 103 post sch. u. 104 in M* ς

rinis Canephoras ait. 14 fuscus Hydaspes. fuscus colore. 15 Alcon Chium maris expers. quia in Chium uinum marina non additur. inde institutum tradit Uarro, ut delphini circa Liberum pingerentur. 19 nosse laboro. nosse pro: scire. 22 Uibidius quos Maecenas adduxerat. quos potest referri ad superiora, potest et ad Seruilium et Uibidium. 24 absorbere placentas pro: absorbendo. 26 indice monstraret digito. hoc ideo, quia certis nominibus singuli digiti appellantur. et sunt haec nomina: pollex index famosus medicus minimus. 39 inuertunt Allifanis. genus poculi. 47 uerum citra mare nato. Italicum uinum dicit. 54 interea suspensa grauis. quia consuetudo apud antiquos fuit, ut aulaea sub cameras tenderent, ut si quid pulueris caderet ab ipsis exciperetur. 57 nos maius ueriti. ueram ruinam timentes. 61 tolleret: † peritu tolleret. 72 si patinam pede lapsus frangat agaso. serui nomen. ceterum proprie agasones dicuntur, qui equos agunt. 86 mazonomo. genus lancis est nunc.

---

1 canoeforas *M* 3 non *del. Heindorf fort. recte* 4 delfını *M* 5 pınguerentur *M* 7 quas potest *M* 9 absorbendo *nos:* absorbendam *M* absorbendas ς 12 alıı fanıs *M* 18 pro: adtolleret *uel* per id: attolleret *nos* 21 nunc *M*: magnum ς HORATI FLACCI SERMONVM LIBER · II · EXPLICIT INCIP · EPISTULARUM LIB · I · *M*

## EPISTULARUM LIBER PRIMUS.

Prima dicte mihi summa dicende camena. Flacci epistularum libri titulo tantum dissimiles a sermonum sunt. nam et metrum et materia uerborum et communis adsumptio eadem est. quos operis sui ultimos esse ipse testatur Maecenati, cum dicit finire se operam uelle et philosophiae malle inseruire. 4 Ueianius armis. Ueianius nobilis gladiator post multas palmas consecratis Herculi Fundano armis suis in agellum se contulit. cuius exemplo dicit aetatem suam et propositum inpedire, ne in scribendis carminibus perseueret. 10 et cetera ludicra pono. ait se depositis leuibus fomentis animi id est iocis ac uersibus transisse ad studium philosophiae et praecepta animo sapientium condere, quae postea in usum rectae uitae proferre possit. 13 quo me duce quo lare tuter. nulli se sectae addictum ait, sed ex omnibus quidquid optimum sit electurum esse promittit.

16 et mersor ciuilibus undis. inter Stoicam et Epicuream iactari se ait et ideo se undis ciuilibus mergi dixit, quia Stoici administrationem rei publicae probant, Epicurei uoluptatem, unde furtim relabi se ad eam ait. 17 rigidusque satelles. bene rigidus secundum Stoicen. 18 nunc in Aristippi, quia Aristippus Epicureae princeps. 20 nox longa quibus mentitur amica: sicut longa nox est his

---

1 INCĪP EPISTULARUN LĪB ·I· *M*   2 dıcendı *M*   3 lıbru *M*   4 materia et uerborum communis *Pauly*   8 ueıanus *M bis*   15 sapientium animo *Hauthal*   23 *sch. u. 17 post sch. u. 18 est in M*   25 epıcuraeae *M*   longa nox *M*   26 quıbeıs *M*

qui amicae aduentum falsi expectant, uel qui per diem operantur ut illis dies longus est. 28 non possis oculo quantum contendere. his respondet, qui a studio sapientiae deterrentes negant perfectam sapientiam quemquam adsecutum, dicens contentos nos esse debere quantulocumque adfectu, quo carentes utique deteriores erimus. 36 laudis amore tumes. ait inanis gloriae cupiditatem ut perniciosum uitium expiationibus quibusdam sanari posse; itaque decenter subicit ‘ter pure lecto libello’, uelut ad sacrificandum caste ac lotis manibus accedendum putant. 45 inpiger extremos curris mercator ad Indos. hoc loco Theognidis uersus imitatus est, qui ait

*Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον*
*Φεύγειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.*

49 et circum compita pugnax. similitudine admonet, ut a paruis ad maiora bona cupiditates conferamus. 53 o ciues ciues quaerenda pecunia primum est. ad Ianos eos, qui sunt in regione basilicae Pauli, faeneratores consistunt, a quibus uult tamquam a magistris doceri populum, ne quid pluris pecunia habeant. unus enim illic Ianus in summo, alius in imo est, quos haec iuducit monere. 55 haec recinunt iuuenes. recinunt: adsentiuntur et quasi respondent.

62 Roscia dic sodes. lex Roscia est, qua cauetur, ut proximis ab orchestra XIIII gradibus spectent, quibus census est ~~SS~~ $\overline{\text{CCCC}}$. in hoc ergo ait unum quemque elaborare, ut amplius patrimonium habeat, ut in quattuordecim ordinibus sedens propius spectet Puppi poemata. contra pueri lusu cantare solent Réx erit qui récte faciet, quí non faciet

---

13 Theognis 175

---

5 adsecuturum? 9 expiationibus *Petr. Daniel:* exspectatıonıb; *M* aıt ıtaque *M* 10 ter pure: supere *M* 11 putant *nos:* putat *M* 14 ΦΕΥΓΟΝΤΑC *M* 15 ΦΕΥΓΕΙΝ *M: ῥιπτεῖν codd. Theogn. et scriptorum a quibus laudatur* ΚΥΡΗΝΙΕΚΑΤΗΛΑΒΑΤΩΝ· *M* 21 pecunıam *M* 26 horchestra *M* 27 $\overline{\text{ccc}}$ (c *add. m. rec.*) *M* 28 elaborare *nos:* laborare *M*

nón erit. quam neniam meliorem ait, quia non diuitiis sed uirtutibus honor habeatur. haec lex Roscia equitibus data est, ut in primis XIIII gradibus sederent eorum ii, qui SS CCCC haberent. 64 et maribus Curiis. mares nunc pro fortissimis posuit.

74 respondit referam quia me uestigia terrent. ad paradoxa Stoicorum descensum sibi facit et ostendit, quae sibi populus contraria faciat. Luciliana sunt haec. fabella ergo Aesopia arguit inter se repugnantiam hominum dicens beluam multorum capitum esse. 82 idem eadem possunt horam durare. utraque haec a Stoicis dicuntur in insaniam uulgi, primum quod inter se dissideant, deinde quod a semet ipsis mutent subinde proposita. 94 si curatus inaequali tonsore capillos. hoc ait: rides cum in me uides culpam aut tonsoris aut uestiarii, cum ego mihi ipse contraria facio non rides.

101 insanire putas sollemnia *me* neque rides. insaniam illam, quam sustineo, credis mihi sollemnem factu et necessariam esse et ideo non rides.

103 rerum tutela mearum. Maecenati hoc ait. 108 praecipue sanus nisi cum pituita molesta est. in nouissimo seueritatem Stoicorum hic eludit, quasi furtim ad Aristippum relabens. praecipue sanus nisi cum pituita molesta est. nisi cum *κενοδοξία* inpedit.

## EPISTULA 1, 2.

Troiani belli scriptorem maxime Lolli. scribens Lollio ait lecto a se poemate Homeri manifestum sibi factum esse, melius exprimi ab eo philosophiae

---

9 Babrii fab. 95

---

1 meniam *M* 2 haec lex *etc. a Porphyrione aliena uidentur* 9 luciana *M* afabella *M, a deleui* 14 mutent *nos:* mutant *M* 15 sicccuratus *M* 19 credis *Hauthal:* credens *M* 20 factu *nos:* facio *M* facto *Hauthal* 26 *κενοδοξία cod. Petri Danielis:* KAINOΔOZIA *M*

praecepta, quam *ab* optimis eius professionis auctoribus Chrysippo et Crantore. in Iliade enim ostendit uitia hominum, *in* Odyssia per Ulixis personam uirtutes demonstrat. 20 et mores hominum inspexit. Homerus: *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη.* 27 nos numerus sumus et fruges consumere nati. eos qui absint a studio philosophiae ait numerum tantummodo explere hominum nec alii ulli rei esse natos, quam ut fruges et cibos consumerent. 41 incipe qui recte uiuendi prorogat horam. ait: qui rationem recte uiuendi per uitae tempus differt, similis est rustico uolenti flumen transire et expectanti, donec totum defluat. 52 tabulae fomenta podagram iuuant, non sanant. 58 inuidia Siculi non inuenere tyranni. hoc ait: ne Phalaris quidem Agrigentinorum tyrannus maius inuenit tormentum, quam per se animis hominum inuidia infert. 59 qui non moderabitur irae infectum uolet esse dolor. decenter paenitentiam descripsit, quae sequitur iracundos. 64 fingit equum tenera docilem ceruice magister. exemplo adhortatur iuuenem, cui scribit, ad studia. nam studiosum ipse ostendit, cum ait Dum tu declamas Romae.

## EPISTULA 1, 3.

Ad Iulium hanc Florum scribit, qui saturam scripsit. Iuli flore quibus terrarum militet oris. hic Florus scriba fuit saturarum scriptor, cuius sunt electae ex Ennio Lucilio Uarrone saturae. comes Tiberii Claudii is fuit, cuius frater Drusus, qui subactis

5 Odys. init.

2 cantore *M* 6 ΠἀΝΧΘΗ *M* 12 uitae *Hauthal:* uıdendę *M*, uiuendi ς 16 falarıs *M* 19 ırae: aeuum *M* 20 dolos *M* descrıbsıt *M* 21 ecum *M* 24 te *M* 27 militet: lıt *M* 29 uarronae *M* comes Tiberii Claudii is fuit *nos:* comıtıbus comęstıb: claudıus fuıt *M*

Germanis Germanicus dictus est. ipse Tiberius doctus et doctos comites habuit. 3 conpede uinctus, quia congelascit. 4 an freta uicinas inter currentia turris. presse. † inter currentia. turres Herus et Leandri. inter Seston et Abydon medium est Hellesponti fretum. uel ipsarum urbium turres. 6 quid studiosa cohors operum struit. cohors nunc amici. nam et Lucilius eos, qui cum praesidibus ad salarium eunt, † mercede meras legiones ait. 9 quid Titius Romana breui uenturus in ora. Titius poeta hic Pindarum Latino uoluit sermone uertere. deridet autem hunc Horatius, quod ausus sit sacrum opus attaminare. potest tamen et uere laudare. nam Tiberii comes et doctissimus fuit et lyrica conscripsit. 10 haustus: num 'haustu'? 13 Thebanos aptare modos: Pindaricos. ille enim Thebanus fuit. 15 quid mihi Celsus agit monitus multumque. Celsus hic *poeta* fuit, quem monet. qui solebat libros in bibliothecam Apollinis receptos excerpere et alienos uersus pro suis recitare. cui sub conuenienti cornicis fabella dicit, ut aliena sibi non uindicet, ne, si unusquisque sua tollat, ille suum nihil inueniat. 26 frigida curarum fomenta. poeticam significat, qua relicta ipse sapientiae studuit. 29 si patriae uolumus si nobis uiuere cari debes hoc. apte ab ipsa laude philosophiae descendit ad inhibendam eius iracundiam aduersus amicum. 30 sit tibi curae. deest 'an', ut sit sensus: an sit tibi curae Munatius. 32 gratia nequiquam coit et

---

9 Lucil. 1, 30

---

3 ac *M* 4 praesse *et* erus *et* ellesponte *M*, presse 'inter currentia turres' ⟨pro: inter turres⟩ Herus et Leandri uel ipsarum urbium turres. ⟨nam⟩ inter Seston *etc. nos* 9 merent *Ian. Dousa sec. Nonium 345, cui repugnat elocutio Porphyrionis* 10 arromana braeuı . . hora *M* 12 huno *M* 14 tıbı comes *M* 15 haustus: haustu *M* 18 celsıus *M* poeta *add. Acr.* quia? 19 solebat apollınıs receptos lıbros in bıblıothecas excıpere *M*, *corr. Hauthal* 21 conuenienti *Pauly:* conuenıentıs *M* fabellı *M* 24 *cf. ad E. 1, 1, 10*

rescindit. nequiquam pro 'non'. ut Uergilius: Et summo clipei nequiquam umbone pependit et Nunc nequiquam fallis dea.

## EPISTULA 1, 4.

Ad Albium. 2 in regione Pedana. Pedum oppidum haut longe ab Urbe fuit. nunc non est, uerum adhuc regio ipsa Pedana dicitur. 3 scribere quod Cassi Parmensis opus. hic est Cassius, qui in partibus Cassi et Bruti cum Horatio tribunus militum militauit. quibus uictis Athenas se contulit. Quintus Uarius ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem repperit et perempto eo scrinium cum libris tulit. unde multi crediderunt Thyesten Cassi Parmensis fuisse. scripserat enim multas alias tragoedias Cassius. 4 siluas inter reptare salubres. *salubres* siluas libros philosophumenos significat.

## EPISTULA 1, 5.

Torquatum inuitat ad conuiuium. si potes Archiacis conuiua recumbere lectis. Archias breues lectos fecit; inde Archiaci dicti sicut † a boeto oboeotos dicimus. 2 nec modica cenare times holus. dum dicit modica et times, breuitatem cenae ostendit. 3 supremo te sole domi. supremo: summo id est hora sexta. uerum quod ait Tauro iterum [iterum] diffusa, ostendit Tauro iterum consule lecta. 5 Sinuessanumque Petrinum. Petrinus uicus olim et locus in agro Falerno, ex quo intellegitur ad Falernum uinum Torquatum inuitare.

9 et Moschi causam cras nato. Moschus hic Pergamenus fuit rhetor notissimus. reus ueneficii

---

2 Aen. 2, 546 et 12, 634

---

5 pedıum *M* 9 horatıo trımıl. mılıtauıt *M* 11 *Porph.* Quintum Uarum *et* Lucium Uarium *conmiscuit* 15 salubres *addidi* 16 *φιλοσοφουμένους* ς 20 a Boeoto Boeotos? a Boetho Boethicos *Pauly* 22 cạenẹ *M* 29 cras: car *M* 30 pergamenos fuıt rehtor *M*

fuit, cuius causam ex primis tunc oratores egerunt, Torquatus hic, de quo nunc dicit, cuius exstat oratio, et Asinius Polio. 10 dat ueniam somnumque dies inpune licebit. diui Caesaris natalem significat; id esse ipse probat dicens 'aestiuam noctem', quia ille Idibus Iuliis celebrabatur. 16 quid non ebrietas designat. dissignat: aperit. 21 idoneus imperor. imperor sicut † iudicor dixit. 23 corruget naris ne non et cantha. corruget: contrahat, per quod non tantum sordidam, sed et olentem mappam significat. deinde luxuriose splendidum argentum significat quasi speculo ostendere se ipsum conuiuae id est imaginem suam. 29 sed nimis arta premunt. ait arte discumbentium molestum esse odorem alarum eorum, qui hirci dicuntur.
31 postico falle clientem. monet, ut silentio ueniat.

## EPISTULA 1, 6.

Scribit non amare se unam sectam plus alia. nihil admirari prope res. nullae sectae obligatum se ait ideo quia nulla res maiorem perturbationem animis parat, quam si quis alia tamquam bona concupiscit alia tamquam mala timet. eum ergo, qui se in rebus omnibus gratiae odioque exemerit, securum uiuere posse significat. 15 insani sapiens. perinde pronuntiandum, ac si per se dixisset. 17 et artes suspice. potest et *ad* suspice subdistingui. 19 gaude quod spectant oculi. hoc in gloriae cupiditatem dicit. 24 in apricum proferet aetas. in apricum: in apertum significat, hoc est: in lumen, in solem. 26 porticus Agrippae. in Agrippae enim porticu et Appia uia maxime conspicui uide-

1 prımı *M* 6 ıllı *M* 8 iubeor? inuideor *fort. Acr.* 14 discumbentium *M et Acr.*: discumbentibus? 16 pastıco *M* 21 nulla maıor res *M* 22 animi ς 26 per se *nos:* ferre *M* feret *uel* ferto ς 27 suscıpe *M bis* et ⟨ad⟩ *nos:* et post *C. Hermann apud Hauthalium.* cum gemmis *iungi posse superioribus Porph. dicit* 28 gaudes *M*

bantur. in his ergo conspicuo ait ad mortem eundum esse, quo peruenerunt etiam reges Romani. 28 si latus aut renes morbo temptantur acuto. ad recte uiuendum uirtutem solam proficere ait. alias deinde res si optat, quo modo consequatur, dicit: diuitias primum, deinde honorem et gratiam, deinde cenas, non inuenuste usus ad omnia despicienda rerum contumelia inlata mentione cenarum. 31 hoc age deliciis: si ita contemnis uirtutem, ut non summum bonum eam sed uerba existimes, si religione non mouearis, ut lucos sacros in hoc putes stare, ut ligna hominibus praestent, relinque haec et quae miraris sequere. 38 decorat Suadela Uenusque. ordo: et Uenus Suadela. Suadela autem epitheton est Ueneris, quae a Graecis *Πειθὼ* [a nobis Uenus] accipitur. 39 eget aeris Cappadocum rex. hoc ait: noli committere, ut egeas quod optimum ducis. 62 Caerite cera. hoc ideo, quia uictis Caeritibus Romani in percutiendo foedere non dederunt suffragii ferendi ius, quod ignominiosum fuit. 63 remigium uitiosum. remigium uitiosum Ulixis *συνεκδοχικῶς* socios eius dicit. quos uitiosos ideo ait, quia nec apud Circen poculis eius nec apud Sirenas cantibus sibi temperare potuerunt. 65 si Mimnermus uti censet. Mimnermus elegiarum scriptor fuit. † in quadam ecloga Hieronimi sectam commendans. qui summum bonum indolentiam, quam Graeci *ἀπονίαν* nominant, molestias amoris plus incommodi quam gaudii habere demonstrat.

---

5 si *nos:* sıc *M*  9 delıctıs *M*  11 moueris ς  putas *M*  15 ΠΘΟΙ *M,* a nobis uenus *deleui*  17 eges *M*  21 cyxεKaoχıKωc *M*  22 uıtıos *M*  23 syrenas *M*  26 quadam *corruptum* (*ex* prima iam?), *deinde* (*cum* ς) indolentiam ait *scribendum, postremo haec non ad Mimnermum, sed ad Horatium referenda uidentur*  egloga *M*

## EPISTULA 1, 7.

Quinque dies tibi pollicitus me. in hac ecloga Maecenati se excusat, quod diutius ruri moretur propter autumnum Romae suspectum. liberalitatem deinde Maecenatis repetens aetatem excusat et, si laboraturus acceperit, paratum se reponere ait exemplo uulpiculae, cuius fabellam refert. 14 non quo more piri uesci Calaber iubet hospes: non quia superuacuae tibi et inutiles diuitiae erant, ideo in me liberalis fuisti. hospitis deinde Calabri sermonem refert inuitantis se ad pira edenda, quae, si non edisset, subus abiceret. 30 repserat in cumeram. cumera uasi frumentarii genus factum ex uimine admodum obductum. 34 hac ego si compellor imagine. hoc ait, si cogatur contra commodum ualetudinis officium praestare ait se malle quae acceperit reddere. nec hoc ideo facere, quod iam saturatus opibus putet somno indulgendum; sed ait etiam in oblatione Arabum diuitiarum otium numquam uelle mutare uel posse. 41 non est aptus equis Ithace locus. Homericus uersus ex Odyssiae quarto. Telemachus offerenti sibi Menelao equos excusat accipere, quod equis minus apta et conueniens sit Ithaca et agri angusti et steriles sint eius. 42 prodigus herbae: nec largus nec qui multas herbas proferat. 46 strenuus et fortis. fabellam de Ulteio Maena praecone facetissime et dilucide exponit uel per se uel prioribus adnexam in exemplum sui, qui otium diuitiis praeferat. 48 distare Carinas.

---

21 Od. 4, 601

---

1 *scholia huius epistulae hoc ordine in M posita sunt: u. 1, 14, 30, 46, 41, 42, 48, 59, 73, 34, 92* 2 *ante* quinque *deleta sunt haec in M:* ın hac maecenatıs excusat quod moretur ın rure tam dıu 3 aegloga *M* 6 si *nos:* ac sı *M* 8 uestıca taberı *M* 9 ınutıle *M* 13 bası *M* 14 obducto ς haec *M* 16 quae *nos:* quam *M* 21 ıthacae *M* odıssıae *M* 23 quos *M* quode equıs *M* 26 sternuus *M* 27 facetıssımae *M*

Carinae locus in urbe, ubi et Pompeiana domus. Uergilius: Lautis mugire Carinis. foro distare: a foro longe esse. 59 et ludis et post decisa negotia campo. et hic subaudiendum: gaudentem. 73 tandem dormitum dimittitur *hic ubi saepe et reliqua.* allegoricos: postquam frequentibus cenis inescatus est. 92 pol me miserum. pol ius iurandum.

## EPISTULA 1, 8.

Ad Albinouanum Celsum, cui indicat animi se aegritudine laborare neque quicquam eorum, quae recta essent, sibi placere. 10 arcere ueterno: *ληθαργία.* 13 post haec ut ualeat. pro: quo modo. 14 utque cohorti: adsessoribus. 17 ut tu fortunam sic nos te Celse feremus. indicato ei, inquit, et insusurrato † futurum, ut ipse felicitatem suam et processum in amicitiam Claudi non insolenter tulerit, ita nos quoque tamquam non insolenti futuros amicos.

## EPISTULA 1, 9.

Ad Neronem. Septimius Claudi nimirum. Septimium amicum suum Neroni commendat, de quo et in carminum libris Septimi Gadis aditure mecum ait.

## EPISTULA 1, 10.

Urbis amatorem Fuscum. Ad Aristium Fuscum scriptorem comoediarum. 5 ueturi notique columbi, quia plurimus amor columbarum. 6 tu nidum seruas: domi manes ut auis in nido. 10 utque sacerdotis fugitiuus liba recuso. sic, in-

---

1 Aen. 8, 361   22 Od. 2, 6, 1

---

2 laudis *M*   5 *lemma ampliauit H Stephanus*   11 *sch. u. 10 post sch. u. 13 in M*   13 *sch. u. 14 delendum uidetur*   14 fortuna *M*   iudicato *M*   15 futurum *del. Hauthal; fort. gloss. ad insolitum imperatiuum futuri* indicato *est uel* in aurem *scrib.*   16 amicitia *cod. Bamb. Acr.*   25 *cf. ad serm. 1, 10, 60*   28 innidum *M*   29 fugitibus *M*

quit, fastidium me adsiduae urbis tenet et rus egeo et amo, quem ad modum fugitiuus sacerdotis qui liba sit edere consuetus. cum fugit; fastidio longo libaminum panem tantum desiderat et laudat; ita et ego rus ciuitatem neglegens. totum allegorice. 16 leniat et rabiem. dicit ruri homines non laedi uel Caniculae uel Leonis signo. 29 quam qui non poterit. hoc ait, simili genere et non minori damno adficietur quam negotiator, qui, *si* ueram Tyriam et fuco Aquinate tinctam discernere non potuerit, non tantum damni patietur, quam is qui uera bona *a* falsis discernere non ualebit. 40 dominum uehet inprobus atque. dicit non debere usque eo amore pecuniae conflagrare, ut in potestatem eius ueniat. illa enim homini subiecta esse debet, non homo illi. et supra hunc sensum Ac mihi res non me rebus subiungere conor. 49 fanum putre Uacunae. Uacuna in Sabinis dea, quae sub incerta specie est formata. hanc quidam Bellonam, alii Mineruam, alii Dianam *dicunt*.

EPISTULA 1, 11.

7 Gabiis desertior atque. Gabii uicus in Sabinis iuxta Lucretilem montem, unde et aqua Gabia.

11 * * quo colligit non debere nos totam odisse uitam propter interueniens incommodum. 12 aspersus uolet. et uouet. [feliciter].

---

16 E. 1, 1, 19

---

1 tenent *M* 3 consuetus, ⟨panem. ut is,⟩ cum? 7 quem *M* 9 si *addidi* aquınat& *M* 13 usque eo *nos:* usquam *M* 22 gabus uıcus *M* 26 uou& *uidetur uaria lectio pro* uolet, feliciter *scribentis clausula. post* feliciter *leguntur in M haec ex Diomedis arte gramm. (p. 485 Keil) illata:* DE SATYRA. Satura (u *in* y *corr. m. 2.*) dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum uitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius; at olim carmen, quod ex uariis poemathibus constabat, satura uocauatur, quale scripserunt Pacuuius et Ennius. saturam autem dictam siue a saturis, quod similiter in hoc carmine ridiculae res pu-

13 furnos et balnea. furnos hoc est *furuos* a nigro colore dicimus propter fuliginem uel obscuritatem, quam intus habent. 15 nec si te ualidus iactauerit Auster. sensus hic est: non, inquit, ea bona ducenda sunt, quae necessitate diligimus uel comparatione peiorum. 17 incolumi id est: nihil de statu suo requirenti et cui nihil desit ad uotum.

18 paenula solstitio. apparet et paenulam solstitio et cetera alia, quae per ordinem dicit, diuerso tempore superuacua pro illis tunc moribus fuisse. 19 per brumam Tiberis. quis enim tunc nataret?

19 Sextili mense: Augusto. 26 non locus effusi late maris arbiter. arbitrum pro remoto posuit, ut arbitros remoueri dicimus, hoc est alienos a negotio. maris [est] arbiter est locus, qui trans mare longe positus atque discretus *est*. potest arbiter et medius intellegi. 28 strenua inertia. cacozelon. Cicero: Cum tacent, *clamant*. Uergilius: Sequiturque sequentem. 30 est Ulubris a. Ulubrae locus in Italia, in quo nutritus est † a Caesare Augusto. propter quam causam ab Horatio nominatur, cum sit desertissimus uicus.

---

17 Cat. 1, 21 Aen. 11, 695

---

dendaeque dicuntur, quae uelut a saturis proferuntur; siue a satura lance, quae referta uariis multisque primitiis in sacro diis apud priscos inferebatur et a copia ac saturitate rei satura uocabatur. alii autem putant dictam a lege satura *(cf. Festum)*, quae uno rogatu multa simul conprobat, quod scilicet et in eius modi carmine multa simul poemata conpraehendantur. *similia leguntur in scholiis Persii et Iuuenalis. cf. Reifferscheid Sueton. p. 371 et Lucil. ed. L. Müller p. 185* 1 fornos *M* furuos *addidi*, nigros ς *add.* 2 fugılınem *M* 6 peiorum *nos:* peıorı *M* id est nihil *Petr. Daniel:* · ıd · mıhı *M* 7 requırentıs *M* ad uotum *cf. ad ep. 1, 12, 5* 8 paenula *M* 13 arbıtrıum pro moto *M, emend. Pauly* 14 alienos *nos* alienus ς: alıis *M* 16 potest: pre *M* 17 *haec nos:* cacozelon. sıc cum tacent. uergıl. *M* 20 Caesar Augustus ς, a Caesare Augustus? 21 oratıo *M*

## EPISTULA 1, 12.

Fructibus Agrippae Siculis. ad Iccium, quem etiam lyrico carmine inconstantiae reprehendit, quia per auaritiam philosophiae studium militia mutauit. hic autem nunc Iccius procurator Agrippae est constitutus, cui agrum eum commendauit. 5 si uentri bene: si praesto cibus et potio. lateri: si non desunt stramina dormienti. *pedibusque:* si habet equum, quo uehatur. et est explanatio superioris sententiae, qua dixit Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus, hoc est: cui nihil ad uitam deest. 7 abstemius: qui abstinet; an ut quidam putant abs temeto, id est: siccus ac sine uino et sobrius? 8 sic uiues p. ut te [ut] c. liquidus: sicut uiues, tantum frueris diuitiis, quantum Mida. 10 uel quia naturam m. p. n. hoc est: quia nihilo minus auarus est diues quam pauper fuit is, qui auarus natus est. 11 uel quia c. p. epitherapeusis, qua dicit illum philosophandi studio sordide uiuere. 12 miramur si D. p. e. a. hoc sensu dicit, mirum sublimiorum rem peiorem esse factam, dum illi philosophiae student, quando Iccius et pecuniae simul seruiat et sapientiae, qua ironia ostendit non posse utrumque fieri. constat autem Democritum apud Abderitas ciues suos causam dixisse amissi patrimonii sui et absolutum prolatis libris, quos de physica scripsit. Democriti pecus edit agellos. hoc est: pascuus et desertus ager Democriti factus est. 16 quae mare conpesc. c. hae quaestiones sunt pertinentes ad physicam philosophiae partem. 19 rerum concordia discors. cacozelon dicitur. tangit autem [partem] conpagem rerum ex elementis IIII diuersis aptam

---

2 ıaıum *M* 3 quia: quam *M* 4 mılıtıę *M* 6 agrum suum ς, Grosphum? 7 latera *M* 8 dormıentıs *M* 12 abste te meto *M* 14 c. liquidus *nos:* claudıus *M* 15 frueris *nos:* fruarıs *M* 16 nıhılhomınus *M* 20 censu *M* sublimiorum *nos:* sublımıo *M* 23 ïPωNIα *M* 29 fysıcam *M* 31 partem *illatum ex superioribus uidetur:* parem ς

atque conexam. 20 Stertinium acumen: (periphrasis tropus) hoc est: Stertinius. hunc et alibi tangit ut Stoicum, qui de paradoxis loquitur. 21 trucidas: exprimis, elidis et proteris. conuenit autem hoc uerbum huius modi pulmentis. 22 si quid petet. petet nunc uolet. Uergilius: Ne pete conubiis natam. quo modo ultro? ultro aut 'ultra' id est 'plus quam uolet', aut 'ante quam dicat'. 24 uilis amicorum est annona bonis. *nil*, inquit, tam uile pro amicitia dari potest, quam quod deest uiro bono obsecuturo scilicet si in tempore acceperit. nihil autem sapiens desiderabit, quod magni pretii sit. 27 ius imperiumque P. docet et in lyricis Redditum Cyri solio Prahaten dissidens plebi numero beatorum eximit uirtus. 28 Caesaris genibus minor. subtiliter dixit ad genua deuolutum.

## EPISTULA I, 13.

Ut proficiscentem docui te saepe diuque. *ad Uinnium* haec scribit, quibus docet Horatius, quem ad modum Augusto uelit exhiberi libellos suos. 6 * * sarcinae non oportune redduntur, quae sibi quisque mandauerit, sed ita inportune se offerunt, ut abicere uelle uideantur. 8 Asinaeque paternum. commode ostendit non aliquo uitio hoc cognomen Uinnio contigisse sed gentile. 10 lamas. lama est uorago *ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ*. nam *λαιμὸς* est ingluuies, unde Lamiae quoque dicuntur deuoratrices puerorum. 14 Purria. fictum aniculae nomen *ad* ancillae

6 Aen. 7, 96 13 Od. 2, 2, 17

1 perifrasis *M cf.* E. I, 18, 105 II, 2, 91 5 huius nondi plumentis *M* 6 ne pete conubiis natam *restitui ex* uere concubinis nam *M* 8 ante quam *nos:* ae quam *M* 9 bona *M* nil *addidi* 11 obsecuturus *M* 12 quod ς*:* quam *M* praedii *M* 13 docet: de hoc ς *recte?* 14 prahaten agens in disciplinam inbea sexus. *M, restituit Pauly* 21 <*sarcina chartae:* saepe a baiulis> *nos* 22 mundauerit *M* 23 paternum: p. *M* 24 commodo *M* 26 ΛЄΜΟΥ nam lemos *M* 2 8 purril. *M* ancillae <ad> ς

contemptum, ut ait Persius: Pannucia Baucis. 15 tribulis: unus ex eadem tribu ac plebeius ad conuiuium pergens. 17 morari: delectare. 19 mandataque f. mandata nunc participium est, non nomen. frangas autem bene quasi Asina ut supra Clitellas ferus inpingas.

## EPISTULA I, 14.

Uilice siluarum. ad uilicum suum scribit, in qua omnem hominem uitiosum paenitere ait uoluntatis suae; simul comparat se et illum satyrice quaerens, uter peior sit. 2 habitatum quinque focis: quinque uillis possessum. 3 quinque b. s. U. qui olim quinque senatorum fuit. Uaria autem est locus in Sabinis celeberrimus aliquando. 5 et melior sit Horatius an res. deest: Horati. 9 et amat spatiis id est: conatur erumpere uelut quibusdam carceribus inpedientis officii, ut cursum ad uillam confecturus inuadat. spatiis obstantia claustra sunt carceres, et translatio ab equis circensibus facta. 14 mediastinus: incola mediae ciuitatis; an in officio balneatoris mediastinus? 16 me constare mihi scis hoc est: eundem esse me; nosti me numquam de opere ruris mutare sententiam. 19 tesqua: loca aspera atque siluestria. 20 amoena uocat mecum qui sentit hoc est: quod tibi displicet, hoc alteri mecum placet. 21 uncta: opulenta. sic ipse alibi Accedes siccus ad unctum. 22 et quod angulus iste feret. per hoc ostendit angulum quendam

---

1 Pers. 4, 21 26 E 1, 17, 12

---

2 tribunus unus *M* ac *nos:* hoc *M,* homo *uel* hic ς 4 mandata nam percipiunt. est. n̄ omnem *M* 5 asinę *M* 9 paenitere ait *nos:* paenit& *M* 10 comparat se: comparare sic *M* 11 focis: f. *M* 14 est horat. an syes *M* 16 erumpere *M* 17 inpedientis *C. Hermann apud Hauth.:* inpendentes *M* 23 *sch. u. 19 post sch. u. 20 in M* 26 netum *M* 27 iunctum *M* 28 angèlum *M*

sui agri non esse aptum uitibus, quando dixit facilius illic piper et tus quam uuam posse progigni. sicut Uergilius: Maria ante exurere Turno quam sacras dabitur pinus. et est 'uua' septimus casus.

26 terrae grauis: ἄχθος ἀρούρης. urgues: quasi terrae grauis. 27 bouemque disiunctum curas: otiosum pascis. 30 multa mole doc. docet praefossis tramitibus. sic alibi ipse de fluuio Doctus iter melius. 32 quem tenues d. t. deest: *me*, ut sit ordo: me quem tenues decuere togae, cena breuis iuuat. 36 nec lusisse: uidetur amphibolon 'lusisse' utrum 'olim' *an* 'etiam nunc'. tamen modum ludo ponendum esse credamus. 38 limat: adtenuat inminuit adterit et inuido oculo † ori taceat oscinat.

40 cum seruis urbana diaria. non 'cum seruis mouentem', sed 'cum seruis rodere mauis'. ex ambiguo haec est eligenda distinctio. cum seruis urbana diaria. deest 'tu uero'. sic enim erit contexta sententia. 42 calo: uel ab eo quod frequenter uocetur dicitur calo, uel quia κᾶλα Graece ligna dicuntur et ille uadit saepe lignatum.

## EPISTULA 1, 15.

Quae sit hiemps Ueliae quod caelum. scribit satyrice de Baiis luxuriosis, tangit eos, qui *in* penuria philosophantur, idem uoluptatibus seruituri, si fruendi habeant potestatem. et est in hac epistula ὑπέρβατον longum, quod hoc ordine soluitur: quae

---

3 Aen. 9, 115 5 Il. 18, 104 et Od. 20, 379 8 A. p. 68

---

1 non esse: mones sic *M* facilius: peculius *M*, peculiarius *Hauthal* 5 ἀΡΟΥΡΗΤ· *M* 7 docetur effossis? 10 me *addidi et* me quem *scripsi pro* neque *quod est in M* cena breuis: uenabrae *M* 11 lusisse: iusserit *M* amfibolon iussisse *M* 14 * * fascinat ς 16 mouentem: nouem *M* ex ambiguo haec: & ambitio hec *M* 17 *post* distinctio *sch. u. 42 in M* 18 urbana diaria: subsidia *M* 19 quo *M* 20 uocetur *nos:* auocetur *M cf. S. 1, 2, 44* κᾶλα *om. M* 24 saturicae *M* Baiis luxuriosis *nos:* baia luxuriosi *M* paenuriam *M* 27 yperbaton *M*

sit hiemps Ueliae, quod caelum, Uala, Salerni, quorum hominum regio et qualis uia, tractus uter plures lepores uter educet apros, utra magis pisces et echinos aequora celent: scribere te nobis tibi nos adcredere par est. 2 nam mihi Baias Musa superuacuas. ne mihi quidem ut Baiis opus sit ad curam corporis facit Antonius Musa medicus. 3 illis me facit inuisum: consuetudo lauationis meae, quod mediis frigoribus ψυχϱολουσίᾳ utor. 5 myrteta. myrteta aquas, quas uulgo myrtarias dicunt. sane myrteta relinqui. sane, inquit, aquas frigidas petunt; propter quam rem gemit et irascitur per inuidiam uicus deseri sua murteta. 6 cessantem morbum. aut generaliter quemlibet morbum aut podagram et arthritin. 7 sulphura: sulphureas aquas et Baianos uapores. 8 audent. bene audent, utpote aegri ad aquas frigidas pergentes. 10 mutandus locus est. deest: ergo. mutandus locus est praesertim homini *qui* non tam medicum quam delicias petat. 10 deuersoria nota. *σύνλημψις* id est: mutanda. 11 quo tendis non mihi C. nunc hoc tamquam ad equum loquitur consuetudine uertentem. 13 sed equi frenato aur. in equi ore frenato est quaedam, inquit, auricula, qua captat famam locorum et, prout cognouerit, iter dirigit aut deuertit. est suauis allegoria, qua significat magis uoluptatem homines captare quam curam corporis. 14 utrum populum: utram ciuitatem, ut si diceret: utrum Cumas an Baias. sic Uergilius: Ac ueluti magno in populo. 16

---

29 Aen. 1, 148

---

1 sit: est *M* cęlum baıas. q. h. & q. u. tractus *M* 4 equora *M* 5 Baias: est *M* superuacua *M* 6 ut Baiis *nos:* ur banıs *M* 7 ımfacıtıs (= i. m. facit i.) *M* 8 maeae *M* 9 ψυχϱολουσίᾳ utor *nos:* expolusam *M* *sch. u. 5 post sch. u. 7 in M* 10 myrta relınquunt *M* 11 frıgıdus *M* 13 murteta *Christ:* mus. *M* 14 adtrıtı *M,* arthritidem ς 15 baıanas *M* 20 id est: deest? 22 consuetudınem *M* 27 utrum cıuıtatem *M* 28 gaıas *M*

nihil moror illius orae: non patior. [18 generosum et lene requiro.] 21 quod me Lucanae iuu. inter omnia quae ex uino accidunt, etiam illud est maximum, quod uires praestat in uenerem. hoc est ergo quod [uires] dixit, quod iuuenem commendet amicae id est fortem et amabilem amicae reddat ut iuuenem. 24 Phaeax: pinguis et uoluptarius ut alibi ait Nebulones Alcinoique in cute curanda plus aequo. p̄. ī. hanc enim opinionem de his Homerus in Odyssia *tradit.* 26 Maenius ut rebus maternis [m.] hic Maenius et alibi ab Horatio conpellatur ut scurra Maenius [et satyrice] absentem Nouium cum carperet. 28 praesepe. ταπείνωσις et satyrice pro mensa. sic Plautus in Curculione. 29 inpransus non. iratus scilicet ob hoc ipsum. 34 omasi: uisceris bubuli. 36 nepotum: nequam et luxuriosorum. 39 uerterat in fumum et cinerem: comederat atque absumpserat. 46 pecunia: res familiaris.

## EPISTULA 1, 16.

Ne perconteris fundus meus. id *est:* ne forte perconteris, uel προτατικῶς pronuntiatur, ut sit: ne perconteris, scribetur tibi forma loquaciter et situs agri. scribit autem Quintio de aequanimitate ac temperantia sua, qua se paruo contentum esse demonstrat

---

8 E. 1, 2, 29 10 Ody. 8, 248 12 S. 1, 3, 21 15 Curc. 2, 1, 13

---

3 ılhus *M* 6 · ıd · fortem *M* 7 fex *M* 8 aıt · Utebulotıs *M* 9 curam da *M* 11 alibi: abıa *M* 12 scurra: sıcuram *M* 13 caperes *M* 14 TαΠINωCIC · & saturıcae *M* 17 uertat *M* 18 comerat *M*

*commentarius ad epistulas I, 16—20 et II, 1 et 2 in codice Monacensi neglegentissime scriptus est. quare artis criticae ratione mutata non ea tantum, quae mihi uisus eram emendasse, sed etiam ea, quae coniecisse probabiliter, recepi.* 22 προτατικῶς *nos:* ΠΡΟCΤαΚΤΙΚωC *M* 23 forma: fama *M* 25 se: re *M*

arguens alios dissimulatis uitiis magis bonos uideri uelle quam fieri. 3 amicta: uestita, maritata. 4 loquaciter. bene loquaciter quasi curiose audituro et scire cupienti. 5 continui montes si dissocientur. deest 'quidem' et 'sed ita', ut sit: continui quidem dissocientur opaca ualle * *; unde intellegitur agrum suum uallemque inter continuos montes iacere. 6 dextrum latus uallis scilicet. dextrum dicit latus orienti soli obiectum, sinistrum occidenti.

8 temperiem laudes. hoc sic ait quasi diceret laude dignam esse temperiem regionis illius. 11 dicas adductum propius. et hoc facete. et nota Horatium in Italia nihil magis laudare quam Tibur et Tarentum. 12 fons etiam riuo dare. fons Bandusiae riuo qui Digentia dicitur. ergo magnus fons, si quidem ab illo riuo non sine nomine est. 16 Septembribus horis, quo tempore in urbe facile morbo corpora temptantur ex autumni aestu noxio.

17 tu recte uiuis si curas esse quod audis hoc est: talis esse, qualem te fama testatur, ac per hoc 'bonus'. 18 iactamus iam pridem omnes te. hic aperte ostendit, quid supra dixerit si curas esse quod audis. et est sensus: iam pridem omnes te iactamus beatum. quid est omnis Roma? [quid est] omnes Romani. et est figura per metonymiam.

19 sed uereor ne cui de te. hoc Persius aliter Nec te quaesiueris extra. 20 neue putes alium. et haec sententia, qua ostendit neminem beatum nisi solum sapientem. neue putes alium sapiente. deest 'excepto', ut sit: [me] neue putes alium beatum excepto sapiente bonoque. 21 neu

---

26 Pers. 1, 7

---

3 auditur *M* 5 *sic correxi:* ut si continui fidem sotientur opaca ualde *M* 8 scil. *M* 9 orientis *M* 11 regionionis *M* 15 blandusiae *M* 16 ab (= *prae*) illo riuo *nos:* ab illorum riuo *M,* ab illo riuus ς 18 ex: & *M* 20 talis esse *nos:* italicis es *M,* si talis es ς 25 romanos *M* 30 sapientem *M*

si te populus sanum. *tam* stultum est, inquit, alteri credere beatum [excepto sapiente] te dicenti quam populo fidem habere sanum te adseueranti, cum aegrum scias et tibi debeas temperare ab inportunis cibis. 25 si quis bella tibi terra pugnata: *si* quis pro tuis laudibus tibi dicat Caesaris laudes et addat hos uersus

Tene magis saluum populus uelit an populum tu,
Seruet in ambiguo, qui consulit et tibi et urbi,
Iuppiter,

qui sunt notissimo ex panegyrico Augusti, tu, cum possis adgnoscere et dicere ‘istae Caesaris laudes sunt, non meae’, patierisne te emendatum uocari sapientemque, quod ille est? et hoc ait tene magis saluum: utrum magis populus uelit te saluum [seruet Iuppiter qui consulit et tibi et urbi] an magis tu populum uelis saluum, seruet Iuppiter, q. c. e. t. ut, in ambiguo. *quo* sensu ostenditur tantum amorem Caesaris esse erga populum et contra populi erga Caesarem, ut in incerto sit uter alterum magis diligat. 29 Augusti laudes . . cum. ordo et sensus: cum possis agnoscere. et est figura ἀναστροφή.

31 respondesne. ordo et sensus: respondesne tu, dic sodes: nempe uir bonus et sapiens nomine dici ita delector ergo ac tu: hoc est ‘nempe tu, qui me reprehendis, in eodem uitio repperieris quo ego’, quod non negat Horatius, sed ostendit hoc ipsum non minus in se quam in altero stultum esse. nomine . . dici. ἀρχαισμὸς figura. Uergilius: Et te crudelem nomine dicit. 32 ego ac tu: atque tu, hoc est: et tu non minus quam ego. 33 qui

---

30 Georg. 4, 356

---

1 tam *addidi et 2* excepto sapiente *deleui* 2 quam *nos:* quia *M* 3 adseuerastı *M* 13 cōm *M* 14 patıaerısne *M* 19 quo sensu ostenditur *nos:* sensus tendıtur *M* 20 populıs *M* 21 ıncertum *M* 30 te*:* de *M*

dedit hoc hodie cras si u. a: si ideo sum sapiens, quia me dicit populus sapientem, sequitur, ut, cum non dixerit, non sim. 40 mendosum: uitiosum. medicandum hoc est: non sanum. 40 uir bonus est *quis?* qui consulta patrum. responsio est. totum per ironian. ostendit enim hoc ipsum non esse sed uideri bonum. 44 sed uidet hunc omnis domus, quam non est fallere. et deest: sua. 46 nec furtum feci. hoc contra eos, qui se putant dignos, quia non commiserint, cur damnarentur. 49 Sabellus hoc est: ego Horatius. sed in hoc nomine est quaedam facies integritatis. Uergilius: Curibusque seueris. 50 cautus enim metuit foueam. nimirum, inquit, si idem cauent etiam nequam bestiae. 52 oderunt peccare. signate locutus est; primum non ‘timent peccare’, sed ‘oderunt’, deinde non ‘*non* metu poenarum’, *sed* ‘amore uirtutis’. 53 formidine poenae. deest ‘sed’, ut sit: nihil quidem in te admittes, sed formidine poenae. 56 damnum est non. minus quia perdidit, cui furatus es, non minus fur es, quam si totum abstulisses. et hoc secundum Stoicos, qui dicunt paria esse peccata. 57 uir bonus omne: ironia. 60 Lauerna. laruearum dea, quae furibus praeest. 63 qui melior seruo. ordo: *qui* melior seruo sit auarus, non uideo. 69 uendere cum possis cap. hac comparatione uult ostendere ita nos per stultitiam seruire fortunae, ut captiui seruiunt dominis uictoribus, seruati scilicet non ex suo commodo sed ex eorum humilitate, qui parcunt hominibus seruituris sibi. 70 seruiet utiliter hoc est: ad omnia tibi dicto audiens erit, ut stultus cupiditatibus et fortunae obsequens facit et

12 Aen. 8, 638

1 sum: cum *M* 3 dixerim *M* 6 hironian *M* 8 deest *Hauthal:* de *M* 10 dignos laude ς *sch. u. 49 post sch. u. 50 in M* 13 enim m. f. *M* 17 non *addidi* 20 quia *nos:* quid *M* 24 praest *M* quin *M* 28 seruatis *M* 30 seruituri *M*

patitur uniuersa, quae dicit inferius. 73 uir bonus et sapiens audebit dicere Pentheu. hoc Euripidia de tragoedia est Bacchis, in qua inducitur Liber a rege Pentheo ligari iussus ipse *se* soluere; quod simile sapienti est, quem carere facultatibus et mori non metuentem nulla uis potest in seruitute retinere.

79 linea: finis uel pars. Terentius: Extrema linea [est] amare haud nihil est.

## EPISTULA 1, 17.

Quamuis Scaeua satis. *ad Scaeuam haec* scribitur, in qua dum arte obsequendi amicis maioribus ratio monstratur, Horatius satyrico charactere adstruit nihil esse aerumnosius et molestius obseruantia in potiorem libero homini. quamuis Scaeua satis. *προθεράπευσις.* 2 maioribus uti id est: amicis. sed in consuetudine maiores dicimus. 3 amiculus: *ὑποκόρισμα.* 3 ut si caecus iter. prouerbialiter, ut si sus Mineruam doceat. 5 quod cures proprium fecisse hoc est: quod eius modi sit, ut uelis hoc ipsum pro tuo habere. 6 si te grata quies. bene non ante monet *et* praecipit, quo pacto obseruandi colendique sunt potiores, nisi prius ostenderit colendos esse. et primum inquietam uitam praeponit gratiosorum hominum solitariae. sic probatur illos esse laudandos, qui amicitiam consectantur. si te grata quies. si otio delectaris, inquit, ex urbe proficiscere

---

7 Eun. 4, 2, 12

---

2 dıcere repente heu *M* *cf. Michael Petschenig, Zeitsch. f. österr. Gymn. 1868, p. 646* hoc Euripidia *nos:* haec praedıa *M* 5 carere facultatibus *nos:* carceres facultatıs *M,* carceris difficultates ς 7 terent *M* 10 quam *M* 12 ratıo *nos:* non *M* horat. satyrıco charactere *M* 13 nihil: mıhı *M* aerumnosius *nos:* seuerum nos ıus *M* obseruantia in *nos:* obseruantıam *M* 17 ut si sus *nos:* uısus *M,* ut sus ς 18 cuperes *M* 20 habere *nos:* haberı *M* 22 sint ς ostenderıs *M* 23 *haec nos:* Et prımum. r. q. ı. Et tam propon ut gratıosorum homınum solıtarı. c. r. probatur *M* 25 si: quı *M* 26 odıo *M*

atque in Ferentiam hoc est in desertum oppidum, quo dicto eum ostendit Romae aput aliquos amicos *esse*.

9 nam neque diuitibus. diuites modo pro gratiosis posuit ut Terentius: Omnia habeo nec quicquam habeo. nihil enim illis uidetur deesse per amicos. 10 nec uixit male qui natus moriensque fefellit: *homines fefellit.* fefellit igitur: ignoratus est, latuit. hoc autem Graecum prouerbium est *Λάθε βιώσας*. 11 si prodesse tuis. ordo est: si autem prodesse tuis uoles. 12 siccus ad unctum pro: ad opulentum. 13 si pranderet holus. hoc dictum Diogenis Cynici significat ad Aristippum Cyrenaicae sectae philosophum. sensus est autem [sit], si aequo animo paupertate utamur, numquam nos regibus obsecuturos; si regibus obsequi maluerimus, numquam nos paupertatis sordes aequo animo toleraturos esse. 14 si sciret regibus uti. astute, ut dignitatem huic sectae colendorum principum daret, inuertit, quod erat reciprocum hoc est ‘si patienter regibus uteretur’; sed sic maluit si sciret, ut uideretur in olere patiendo labor esse, in regibus ferendis ars non labor. 15 utrius horum: Diogenis an Aristippi.

16 uel iunior audi. quare audi? quia iunior. et hic ostendit, cur supra dixerit disce docendus adhuc. 18 mordacem Cynicum. facete mordacem dixit. hoc uere in Cynicum dicitur. eludebat. et hoc bene quasi iamque morsurum. 19 scurror ego ipse mihi: propter me. scurror: scurruliter obsequor. et haec uerba sunt Aristippi ad Diogenen.

---

4 Eun. 2, 2, 12

---

1 atque in Ferentiam *nos:* ad ınferentıam *M,* ad Ferentinum ς 2 eum . . aput *nos:* & . . aut *M* 4 terent. *M* 5 illis *nos:* mıhı *M* 7 hom. fef. *addidi* 9 ordo est: si *nos:* prodess& *M* 11 pro *nos:* ·p· *M,* pauper ς *fort. recte* prandet *M* 14 paupertatem *M* 15 maluerimus *nos:* muruerımus *M* 16 nos *ex* ıu *correxi* 21 more patıendo laborasse . . arsıt labor *M, emend. Meiser* 24 cum *M* 27 iam iamque? *uel* = *καὶ ἤδη*? 28 scurro scuralıter *M*

20 equos *ut* me portet alat rex. hinc *παροιμία Ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει.* 21 officium facio. modo honeste dixit quod supra humiliter scurror. 21 uerum dante minor. quantumuis, inquit, quod accipis paruum sit, minorem te facis tamen ab eo, qui tibi porrigit. quod si est, non es nullius egens, quod ipse de te iactas. 23 omnis Aristippum. dicunt Platonem hoc *ad* Aristippum dixisse, cum illum naufragum uidisset in pannis, *Ὦ Ἀρίστιππε, πάντα σοι πρέπει.* 24 praesentibus id est: paruis ac quae praesto esse possunt, *τοῖς παροῦσιν.* aequum: aequanimum et patientem. 25 duplici panno: uili ueste, quam diploidem ueteres dixerunt. 25 patientia uelat. *αἰνιγματοποιία.* 26 mirabor uitae uia. mirum est, inquit, si decebit splendor hominem adsuetum sordidis rebus, ac per hoc: non decebit. 27 alter purpureum non ex. ille scilicet, qui utrumque habitum consueuerit sumere ut Aristippus. 30 alter Mileti textam c. p. *qui* panno duplici tegitur, ut Cynicus Diogenes diploide. Mileti textam c. p. laneae uestes Milesiae pretiosae sunt. 30 cane peius et angue uitabit. facete locutus est in stultitiam hominis, qui pretiosam uestem non iam despicere sed timere uideatur. 31 morietur frigore. morietur ideo, inquit, *quia* uestiri nisi misere non potest. 32 refer et sine uiuat in. in stultum. totum facete, quamuis dicatur non hoc fingi ab Horatio, sed uere Aristippum Diogeni subducto pallio chlamydem subposuisse purpuream. 33 res gerere. deest: magnas. sed hoc exemplo ostendit non, si tutum sit quiescere, idcirco et gloriosum uideri, prae-

---

4 uerrum *M* 5 partuum *M* 6 ess& non est *M* 10 ɑPICTΠΙΠЄ *M* 11 ac quae *nos:* aeque *M* 12 aequanimum *nos:* aequam *M* 13 duploıdem *M* 14 ЄΝΙΓΜɑΤΟΠΟΙЄΙɑ *M* 15 fıde decebıt *M* 17 exıle *M* 19 mıllel&ı textam. p. *M* c. p.: p *M* qui *addidi* 20 comıcus dıogenıs *M* 21 tactam & lanea *M* 25 more deo ınquıt *M,* quia *addidi* mıscere *M* 26 sine: sı *M* stult. *M* 28 dıugenı *et* chlamıdem *M* 31 praesertim *nos:* pestem *M*

sertim cum sit [non] cessare nec homines colere sibi consulentis ac pigri, res uero maximas gerere et uigilare officium strenui hominis atque laudandi. 35 principibus placuisse. a maiore ad minus uenit. simile uideri gerere *res* bellicas et promereri principes ciuitatis. 36 non cuiuis homini c. a. C. et hoc exemplum est a similitudine. 37 sedit qui timuit. bene sedit, quo uerbo *significat* segnitiam, unde et sedes: requietio. qui timuit. non 'qui contempsit', ne noluisse se laudet. 38 quid qui peruenit fecitne uiriliter atque. hoc per interrogationem. quicum agit, uel *tarde* respondet uel inuertit orationem uel tacet. hic ergo dicendo atque hic est aut nusquam quod quaerimus quasi tergiuersantem urguet ad respondendum. 39 hic onus horret. hic eloquitur, quod sibi in fine uoluit responderi, illum esse timidum, qui officium fugiat, illum fortem, qui subeat perferatque, ac per hoc, hunc laudandum illum uituperandum. 41 aut uirtus nomen inane est. nomen inane uanumque esse uirtutem Epicurus dixit ad uoluptatem referens uniuersa, quae facimus. 42 aut decus et pretium. hoc Stoici dicunt ad honestatem et rectum hoc est ad uirtutem omnia reuocantes.
43 coram rege suo. iam praecipit dicens uerecundiam plus prodesse apud maiores amicos, quam procacem inpudentiam, praesertim cum tacentibus magis quam poscentibus largiantur. 46 indotata m. mimesis figura hoc est imitatio poscentis aliquid. 48 clamat uictum date hoc est: mendicat. succinit alter: subsequitur et canit id est sequitur alter ac petit. et bene cantilenam mendicorum dixit. 49 diuiduo findetur. tapinosis. nimirum satyrice

---

1 nec homines *nos:* ne hominem *M*  2 regere *M*  4 uenit *nos:* ueri *M*  5 principis *M*  6 cuius *M*  8 signitiam *M*  9 requitio *M*  *haec nos:* nonsi contempsit me noluisse si laudes *M*  10 quid quid *M*  12 tarde *addidi*
21 referens *nos:* referri *M,* ⟨et⟩ ad . . referri ς  22 et: aut *M*  23 reuocans *M*  27 mimes. fig. hoc *M*  30 alteras petit *M*  32 nimium saturicę *M*

'quadra panis' inquit 'quae uni tibi dari poterat, frangetur ac diuidetur duobus, hoc est: diuiti inportunus eris et displicebis, unde fiet, ut, etiam si quid solidum fuerat, cedat duobus. 50 sed tacitus pasci si posset *coruus.* amicum significat, qui si se pateretur ali a diuite tacitum, neque sibi aemulum conpararet neque minus acciperet. nam coruus cum accedit ad cibum, strepitu uocis alias aues arcessit, unde fit, ut solus pasci non possit. et subtilis figura ita diuitem peti ab amicis ut a coruis cadauera. alii putant a coruo et a uulpe hoc translatum, sed male. 52 Brundesium comes. idem, inquit, quod meretrix facit amatori suo, quem simulatis damnis plorabunde spoliat, facit etiam regi suo amicus minor, cum queritur semet in itinere, quo comes ducitur, aliquid uel perdidisse uel sensisse incommodi. 55 nota refert meretricis acumina. hic locus de Truculento est Plauti fabula, ubi adulescens dicit Aut perit aurum aut conscissa est pallula et cetera. catellam. catenam diminutiue. catena autem proprie dicta est, quod canem teneret. 56 periscelidem: ornamentum pedis circa crura. flentis mire non 'dicentis', sed 'flentis', ut fidem falsis lacrimis faciat. uti mox nulla fides. ita fit, inquit, ut postea etiam uera dicenti non habeatur fides. 58 nec semel inrisus triuiis. hoc [est] exemplo significat numquam postea crediturum quem esse etiam uera dicenti ei, qui falsis rebus omnia fidei argumenta consumpserit. hinc etiam prouerbium natum est Qui semel scurra, numquam

17 Truc. 1, 1, 32

3 displicebis *nos:* docebis *M* 4 *aut* fuerit *aut* soli dandum *scribendum uidetur* 5 amicum *nos:* nam cum *M* 6 diuide *M* 10 cadeuera *M* 13 plorabunda ς 14 rege *M* 15 uel *nos:* se *M; at fort.* sem& *corruptum est* 16 refer& . . cacumina *M* 18 aut perit aurum conscissa pallula est *codd. Truculenti* 20 diminudiue *M* propriae *M* 23 fatiant *M,* lacrimae faciant? *sch.* uti mox *in M post sch. u. 58* 27 quem *nos:* que *M*

pater familias. et est ordo: nec adtollere curat f. c. p. semel inrisus triuiis. nec si uere, inquit, crus fregerit planus, credet ei ulterius ille, qui ab illo inrisus est semel, et eum adtollet, quippe cum eadem faciat in uero dolore, quae iam pridem fecit in falso. planum autem scurram dicit. sic Cicero: Iste planus inprobissimus. 60 Osiris Aegyptiorum deus, ad quem illo tempore iuratum homines ducebantur. 61 credite non ludo. mimesis hoc est imitatio. 62 peregrinum. peregrinum pro ignoranti posuit. sicut Cicero: Uestrae peregrinantur aures. 62 uicinia rauca hoc est: uicini uociferantes.

## EPISTULA 1, 18.

Si bene te noui. aliud praeceptum, quo monet fugiendam esse uel leuitatem adsentatoris uel e contrario amaritudinem resistentis in omnibus. et dicit in utroque mediocritatem esse seruandam. 2 scurrantis: turpiter adulantis. amicum. amicum dicit grauitate ac dignitate beniuolum. 3 ut matrona meretrici dispar erit id est: dissimilis. 5 est huic diuersum uitio. dicitur quidam uitium fugiens adulatoris incidere in peius uitium inconcinni et odiosi et inhonesti hominis et incommodi. 6 inconcinna: insocialis. grauis: nunc molesta odiosa.

7 quae *se* commendat. mire stultitiam expressit commendat dicendo. nam ipsa odiosa est, cui commendari se putat. tonsa cute. bene non ‘coma tonsa’ sed ‘cute’, ut de capillis id uideatur re-

---

6 pro Cluent. 72 11 pro Mil. 33

---

1 fater *M* 2 triuiis nec relinquit *M* 3 planum *M* credet ei *nos:* creder&t *M* 5 quā iam pridem facit *M* 6 cic. iste *M;* ille *Ciceronis codd.* 9 memesis *M* 10 pereg. *hoc sch. ultimum est in M* 11 Cicero: uestrae *nos:* dextrę (= cIc ūrae?) *M* 12 uicini rauca *M* hoc est *nos:* Nē *M* 13 uociferantis *M* 15 tenui *M* 22 diuersus *M* fugientis *M* 25 insociabilis ς moleste *M* 27 ipsi *cod. Par.* 29 id *nos:* in *M*

manere, quod cutis est. dentibus a. sordidis scilicet ab incultu. 8 dum uult libertas. facete uult dixit, quia non sufficit, quod cupit. 7 tonsa cute dentibus a. characterismos hominis tristis et amari.

9 uirtus est medium uitiorum. Ἀρετὴ μετριότης. utrimque reductum. uirtus, inquit, inter contraria uitia ita debet in medio sita esse, ut ab utroque crimine tantundem remota sit. 10 alter in obsequium plus. descriptio adsentatoris scurraeque. et imi derisor lecti. ordo: et imi lecti *derisor. imi lecti* accubitor est semper derisor amici sui. derisor autem dicitur, qui ex obsequio laudat contra quam sentit. sic alibi Derisor *uero* plus laudatore mouetur. *sic* ego melius intellego ab his, qui putant metonymicos dictum imi lecti derisorem pro eorum derisorem, qui in imo lecto accumbant, id est, dominorum conuiuii. nam in summo et in medio amici, in imo rex ipse discumbit. 11 sic nutum diuitis. hic characterismos adulatorum est. 12 iterat uoces et uerba hoc est: etiam quod leue dictum est, repetit et omnia uerba colligit, ne sine laude sint dicta, ac per hoc: dicit eadem quae ille dixerit et nullum uerbum non admiratur, quamuis interdum eius modi sit, ut ciciderit ore potius quam sit meditate sapienterque prolatum. 13 ut puerum saeuo credas. mirum et facetum exemplum. 14 uel partis mimum tract. s. recte; secundarum enim partium actores omnia summisse agunt; sic *Cicero:* Ut in actoribus Graecis fieri uidemus, saepe

---

13 A. p. 433  28 Diu. in Q. Caecilium § 45

---

5 uitiorum: utı *M*  9 scurraeque *nos:* curare *M*  10 derısorem *M*  *haec nos:* lectı accubıtores semper derısor amıcıs uıderıs autem, *et* & obsequıum *M*  13 laudore *M*  14 sic *addidi;* ego .. (18) discumbit *post sch. u. 8 sunt in M*  17 conuıuııs *M*  18 dıscumbıt ħ d̄. *(hic deest) M*  19 dıuıdıtıs *M*  20 uerbıs *M*  23 dixit *Pauly*  admıramur *M*  24 sit ut exciderit *liber Petri Danielis:* sıtunc cecıderıt *M*  26 faceum *M*  27 anımum *M*  28 Cicero (cıc.) *addidi*

illum, qui est secundarum ac tertiarum partium et cetera. 15 alter rixatur de lana. descriptio tristis et duri. de lana *saepe* caprina: de nihilo aut, ut quidam dicunt, caprorum pilos non saetam dicens esse sed lanam. 16 pro pugnat nugis. ordo: pro nugis pugnat. ut non sit mihi prima f. q. mimesis, id est imitatio. ordo est: ut ea, quae uere mihi placent, non omni libertate defendam, [non] deseram alteram uitam, quo significat non tanti facere inmortalitatem, ut quod senserit non defendat. 18 elatrem: omni rabie uociferer ac defendam. pretium: commutatio pro acri liberalitate scilicet. aetas altera: instauratio uitae ut Uirbio contigit. sordet: uilis est. et sensus: ut ego adsenter alicui, pro pretio mihi si altera aetas adtribuatur, neglegam ac sordidam ducam. 19 ambigitur quid enim. bono stomacho satyricos respondet ad haec, quae a tristi et amaro dicta sunt. 'quid enim agitur', inquit, 'quare tu insanias uel facias inimicum'. 19 Castor sciat an Docilis plus. hoc sic pronuntiandum est, ut ostendatur leue ac neglegendum. Castor autem et Docilis ut alii dicunt histriones tunc temporis, ut alii gladiatores fuerunt. 20 Brundisium Minuci m. Brundisium et Minucia et Appia uia peruenire potest qui uoluerit. 21 quem damnosa uenus .. nudat: luxuriosum significat. quem praeceps a. nudat. aleatorem significat. 24 diues amicus saepe decem uitiis. hoc dicit: uitiosum amicum quamuis sit uitiosior diues tamen se habere non patitur; credit enim uitia sua ob diuitias debere tolerari, uitia uero pauperis sustineri non posse, cum inferior facultatibus uirtute debeat conpensare fortunam. 25 saepe decem uitiis instructior hoc est: decem

---

1 ac *M;* aut *Cic. codd.* tertıum *M* 2 descrıbıt *M* 7 *haec nos:* ımıtatıo odorıs &dege uerum placent *M* 9 non *deleui* 11 *schol. ad* elatrem *post schol. ad* pretium *est in M* 11 & latrem *M* 12 scıl. *M* 14 adsenter *nos:* absente *M* 17 saturıcos *M* 20 scıt *M* 31 sustınere *M*

uitiis auctior ad peccandum quam amicus minor.

26 ac ueluti pia mater. mire superbiam diuitis pio mitigauit exemplo. *id*, inquit, potior amicus te uult esse quod mater filium, hoc est, integriorem a se magisque sapientem. 28 et ait prope uera. bene, quod stulte diues de se cogitat, id tamen in paupere uerum esse demonstrat; simul per mimesin loquentem diuitem facit. 29 stultitiam patiuntur opes. opibus, inquit, conpenso, cum stultus sum. simile illud est Sallustii: Quia secundae res mire sunt uitiis obtentui. 30 arta decet sanum toga. arta toga, quae bis *ter* ulnarum non sit, ut in epodis dixit. pro opibus enim ueteres magnas uel paruas habuerunt togas. Cicero: Uelis amictos, non togis. 31 Eutrapelus cuicumque nocere. Eutrapelus hic, ut apparet, corrumpendorum hominum callidus fuit adeo, ut sciret cum habitu et cultu solere stultis animum quoque mutari. cui cumque nocere uolebat: quemcumque corrumpere uoluisset.

32 beatus enim iam. beatus non uere, sed qui sibi beatus uidetur ex pulchris uestibus. 33 sumet noua consilia et spes. perturbabitur scilicet et ex habitu mores ducet fietque delicatus. 34 dormiet in lucem hoc est: non euigilabit nec elucubrabit. 34 scorto postp. h. carius illi erit scortum et dulcius honestate. 35 nummos alienos pascet: faenerabitur et faciet aes alienum usuris crescere.

35 ad imum: ad postremum. 36 Thrax erit: auctorabitur se in ludum, ut gladiator sit. 36 aut holitoris aget. satyrice inuenit sordidissima futuro mercennario post beatum incessum cultumque laetantem. et utrumque tale est, quod sit spectaculum

10 Hist. fragm. 1, 45, 24 12 Epo. 4, 8 14 Cat. 2, 22

1 amicum *M* 3 id *addidi* 4 integriorem *nos:* interiorem *M* 6 id tamen *nos:* adtamen *M* 8 patiantur *M* 10 sall. . . mirę *M* mire ς 12 ter *addidi* 13 expodis *M* 14 cic. *M* 28 trax *M* 31 lactantem *M* 32 &uerum que tale est quod sit peculum *M*, *corr. Orelli*

populo. 37 arcanum neque tu s. bene. mox enim dicet eiusdem esse prodere commissa, cuius et arcana perquirere ac scire uelle. 38 et uino tortus et ira, quia uinum et ira tormenta sunt, quibus multi etiam inuiti secreta fuderunt. 39 nec tua [qui] hoc uitium iactantiae est. aliena reprendes. uitium obtrectatoris est. 40 nec cum uenari uol. odiosum enim facit inportunitas uoluntatis et diuersitas studiorum. 41 gratia sic fratrum. dum alter alterum sequitur studium. quod si fratrum et geminorum gratia sic dissiluit, quid te futurum est, adsectator? 42 donec suspecta seuero. Zethum dicit osorem lyrae. *si Amphion* * * *lyrae* studiumque proiecit, tanto magis te conuenit potiori amico consentire atque *idem* uelle. 45 lenibus imperiis quam πειϑανάγκην Graeci uocant, cum qui potest imperare blanditur. 45 quoties. quoties, inquit, parauerit ire uenatum. 46 Calydonium aprum nobilis uenator excepit; inde ergo epitheton fecit Horatius, ut Aetolis retibus 'ad apros factis' intellegamus. 47 surge et inhumanae senium. inhumanae Camenae non est perpetuum epitheton, sed inhumane cum aspicit iam laedit. 48 pulmenta laboribus empta. suauiter significat cibos et praedam ex uenatu. 49 Romanis solemne. ab honesto uult persuadere laborem uenaticum non detrectandum. 50 uitaeque et membris. hoc ab utili sumptum est. 50 praesertim cum ualeas: a possibili. 52 adde uirilia quod speciosius. hic ostendit turpe esse cessare

---

5 etiam *nos:* enım *M* ınuıta *M* quı *deleui cf. E. 2, 1, 110* 6 iactantiae est *nos:* ıacentem ẽ *M* reprehendıs *M* uitium: uınum *M* 7 uener. a. *M* 9 alterum: utrum *M cf. E. 2, 1, 59. 1, 18, 61* 10 genıorum *M* 11 quod . . es *M* 12 beatum dıcıto sororem *M* 14 potıor *M* 15 idem *addidi,* atque belle 'lenibus *etc. Hauthal* 16 ΠΙΘΑΝΑCΚΗΝ *M* cum qui *nos:* qui cum *M;* post *M* 22 sed inhumane eum aspicit, qui eam laedit ς 24 cıuos expraedam exsenatu *M;* et *nos,* esse *Christ;* uenatu *nos* 25 honeste *M* 28 ual. *M*

firmiorem etiam infirmioribus laborantibus. et hoc a persona sumptum est. 53 scis quo clamore coronae: suffragio coronae id est multitudinis spectatricis in campo Martio exerceri soleas; quod argumentum a minore ad maius dicitur. nam si hoc facis ludi causa tantum, quanto magis facies propter amicitias et utilitatem tuam. 54 denique saeuam mil. occasio laudis iniciendae et ipsius ad quem scribit et Caesaris Augusti. 56 sub duce qui templis. sub Caesare, inquit, olim in Cantabria militasti, qui nunc Parthis eripit signa Romana quondam capta cum Crasso. 57 adiudicat: adiungit. 58 ac ne te retrahas et inexcusabilis ab. sensus hic est: noli, inquit, te retrahere ac denegare ludenti amico. non enim excusare potes, quod ipse numquam luseris, praesertim qui in uilla tua cum tuis saepe nugeris ac ludas. 59 quamuis nihil extra. quamuis, inquit, sapiens sis et omnem curam tuam ad numerum hominum morumque redigas, hoc est, ad rationem ad sapientiam, interdum te tamen iocis ludoque delectas. sic alibi ait Dulce est desipere in loco. 61 partitur lyntres exercitus. in imaginem pugnae Actiacae, quae fuit inter Augustum et Antonium, *fratrem Antonium*, te Caesarem facis, lacus [hadria] nominatur Hadria et tamdiu nomina simulata seruantur, donec alteruter uincat. 62 hostili more refertur: agitur. translatio *a* fabula, quae, cum agitur denuo, referri *dicitur*. 65 *consentire . .: qui crediderit te* consentire studio suo, ille non solum studium laudabit,

21 O. 4, 12, 28

2 ⟨scis quo⟩ suffragio *Pauly* 5 a minore: animo *M* 8 iniciendae *nos:* inicienda *M* 9 templis: d *M* 11 eripit *nos:* scribit *M*, signat *M* 13 detrahas *M* 15 potest *M* 16 in uilla: nulla *M* 17 laudas *M* 19 morem *uel* modum ς 21 ioco *M* partitor *M* 22 *cf. Mich. Petschenig, Zeitsch. f. österr. Gymn. 1868 p. 647* in *uel* ad *nos:* ut *M* 23 fratrem Antonium *addidi*, hadria *deleui*, nominatur *ex* nomina *(M) correxi* 26 nec alter utrum *M* fertur *M* 27 fabulae que *M* 28 *haec suppleui* 29 laudauit *M*

sed etiam plaudet. 66 utroque pollice: utraque manu. tropos synecdoche: a parte totum. an quia, ut uehementius plaudat, manus iungens iungit pollicem cum proximo? 67 [protinus cum moneam.] protinus ut moneam. protinus modo ‘subinde’ significat. et est ἐπιδιόρθωσις. 68 quid de quoque uiro. tria dixit: quid dicas, de quo dicas, cui dicas.

69 percontatorem fugito. uera sententia est. eadem enim libidine prodit et audit et quae audire desiderat perscrutatur. 70 patulae aures: paratae ad audiendum. 71 et semel emissum u. ἐν ὑποκρίσει terribili pronuntiandum est. 72 non ancilla tuum iecur. non ames, inquit, seruum aut ancillam diuitis. 74 ne pueri dominus id est: diues. 75 incommodus angat. ne, inquit, aut munere accepto *laeteris, aut non accepto* contristeris, cum omne munus sapienti res parua sit. alii putant hoc dici: ne donans impotentem puerum puellamue beare te uideatur, ergo obnoxium faciat paruo munere hoc est mancipio donato, aut incommodum difficileque sit et te angat amatorem. *sic Uergilio amorem* suum per allegoriam confesso Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit. 76 qualem commendes etiam. monet, ne quem incognitum potiori amico temere commendet huius periculo peccaturum. 76 ne mox: ne postea.

77 incutiant aliena t. p. p. ne alio, inquit, peccante tu erubescas, qui eum commendaueris diuiti.

78 fallimur et quondam non. timet Horatius, ne sub hoc praecepto ipse maleuolus uideatur, qui dicat non temere quemquam diuitibus conciliari oportere, et ideo addidit: fallimur tamen et interdum tradimus

---

1 plaudet *nos:* laudat *M* 2 *haec nos:* quıaıehementıus laudat *M* 6 et, *scilicet*: si quid *et c.* quoque: co *M* 7 cuı dıcat *M* 11 ΥΠΟΚΡΙCΙ· *M;* terribili *nos:* terrıbılem *M,* terribiliter ς 14 ac dıuıtıs *M* domını ıd est dıuıtıs *M*

17 *haec nos:* dıcı mentıes amı potentem puerū puellanuel (*corr. in* puellaeuel) beare *M* 21 *haec addidi* 22 Alexandrı *M* domo *M* 24 ıncognıṭatum *M* 26 ıncutıat *M* 28 horat *M* 30 concılıare *M* 31 tradı *M*

parum dignum. quid igitur fiet, si peccauerit? minime defendendum. decepit enim ipsum commendatorem. 79 quem sua culpa premet: qui uere peccauerit et in offensionem uenerit sua culpa. 80 ut penitus notum si t. ne tu, inquit, in cassum effundas defensionem pro integro, qui, ut saepe fit, maledicorum criminatione cum laeditur, tu quoque labefactaris laudator commendatorque eius. 81 qui dente Theonino cum. hoc est: qui cum mordetur ab inuidis et obtrectatoribus, succurrendum tibi est, ne tu quoque laedaris. Theon autem quidam illo tempore rabiosae dicacitatis fuit. 82 ecquid ad te post paulo. ordo: ecquid sentis. 84 nam tua res agitur. sententia per allegoriam demonstrans uicinorum periculum nostrum esse. 86 dulcis inexpertis cultura. dulcem esse dicit amicitiam diuitis ei, qui *expertus* non sit. ceterum re ipsa plenam esse timoris *et* molestiae. 87 dum tua nauis in alto est: cum prosperum cursum amicitiae tenes; et est tropus allegoria. 88 ne *te* mutata. id est: ne ob aliquam offensionem merearis excludi. 88 aura: [uel] tenuis ac leuis culpa. 89 oderunt hilarem. hic ostendit, similem similibus delectari. 92 oderunt porrectan. hic ostendit, quid sit leuis aura, hoc est, parua causa, cur quis non ametur. † pocula res autem non amant etiam si tu malam ualetudinem ostendas ad excusationem non bibendi, negantem etiam mature causantur. 94 deme supercilio nubem. ne te, inquit, tristem praebeas aut nimis seuerum. nam propter haec multi odium contraxerunt. 94 plerumque modestus. deest

4 peccaue *(in fine lineae)* *M* 6 pro integro *nos:* protegere *M* 7 crımınatıonem *M* 9 tente *M* 12 fuıt & quıd *M* 13 est quıd *M* 16 ınexpertı *M* 17 amıtıtıam *M* 20 ne . . est *m. 3. recens in ras. M* 22 aura *etc. post sch. u. 89 in M* porrectam *M* 26 pocula recusantem non amant . . bibendi i. e. non amant negantem etiam si naturam causatur *Pauly.* potores autem non amant . . negantem et etiam dure causantur *nos* 30 hanc *M* 31 contraxerınt *M* modo *M*

'etiam', ut sit 'etiam modestus'. plerumque pendet a superiore [pendet], an per se intellegendum non esse satis, bonum esse nisi ita te compares, ut qualis es talis existimeris. 96 inter cuncta leges. et doctrinam esse necessariam *ait* ad commendationem amicitiarum. 97 qua ratione queas id est: quem ad modum possis suauiter uiuere. 98 inops cupido: auaritia. 99 num pauor et rerum m. [r. i.] recte dixit. utrumque enim stultitiae: uel pauere ne amittat, uel sperare cum uoto ingenti res mediocriter utiles. 100 uirtutem doctrina paret. hae omnes quaestiones de hac morali philosophia sumuntur. 101 quid te tibi reddat id est: uirtus, quae facit sapientem nihil stulte facere, per hoc se ipsum *non* laedere. 102 quid pure tranquillet h.: uere delectet. 103 an secretum iter. uidetur hoc probare quod ultimum posuit. nam et alibi dixit Nec uixit male, qui natus moriensque fefellit. 104 me quotiens ref. hoc est: quoties in rure meo sum. 104 Digentia nomen riui fluentis per agrum Horatii. 105 Mandela pagus est in Sabinis nimis algidus atque contrahens frigore et rugosa faciens hominum corpora. bibit pagus. tropus metonymia. hoc est: pagani bibunt. et hic est, de quo ait Fons etiam riuo dare nomen idoneus. 106 quid sentire putas. deest: nisi hoc. 107 etiam minus. paratus sum, inquit, etiam minus habere quam habeo, dum modo uiuam quem ad modum uolo. 109 sit bona librorum. studio prius librorum copiam

---

18 E. 1, 17, 10    24 E. 1, 16, 12

---

1 modestum *M*   2 perte *M*   3 esse nisi ita *nos:* accınıs ıta *M*   4 est talıs exımerıs *M*   5 ait *addidi*   10 ıngentı *in ras. m. 3. M*   12 morabılı *M*   20 *m. 3. in* dıgentıa g *ex* c *corr.*, nomen *et in uerbis* horatíí. mandela pagus *literas* tíí, la, g *in ras. scripsit M*   22 algidus atque contrahens *nos:* contrahens atque algıdus *M*   fatıens *M*   23 bıbıt *m. 3. in ras. M*   tropus *cf. E. 1, 12, 20*   24 paganı g *in maiore ras. m. 3. M*   29 studiose?

quam frugis uictusque est precatus. 110 ne fluitem dubiae spe id est: ne alieni conuiuii sub incerta inuitatione tempus exspectem. 111 sed satis est orare Iouem. haec a Ioue, inquit, petam quae ipse mihi praestare non possum. ceterum ut aequum animum geram in mea magis est potestate quam Iouis.

## EPISTULA 1, 19.

Prisco si credis Maecenas. hac epistula ad Maecenatem scripta pragmatiam suam uult in carminibus demonstrare. sed prius uituperat imitatores omnes et in primis poetas, qui uirtutes eorum, quos admirati sunt, non adsecuti continuo se his ipsis similes fore existimant, si ipsi sola illorum uitia consectentur, ueluti faciunt, *qui*, quod fama est Homerum uinosum fuisse, putant se bonos poetas reddi posse uinulentia. ergo hoc totum † religionum per inrisionem dicitur, non quod Horatius id ipsum uerum existimet uel [de] Cratini opinionem uel de Homero temulento aut Ennio opinionem. 3 ut male sanos adscripsit. ut temporis aduerbium est, quasi dicat 'exinde ut'. adscripsit bene, tamquam in legionem suam. nam hoc uerbum militare *est.* et est ordo: ut male s. a. L. S. F. q. p. uina fere dulces olu. m. C. et haec ironia est, ipsas quoque Musas etiam mane sobrias non fuisse, [laudibus arguitur uini] facete addito Homero tamquam *uinoso, quoniam* uinum et in Iliade et in Odyssia saepe laudauit. 7 Ennius ipse pater. hoc totum cum imitatione quadam

2 dubıa *M* spe. ı. ne *m. 3. in ras. M* 3 īuịtıone *M* (ī *m. 3. add.)* exspectē (ctē *m. 3. in ras.*) *M* 8 hac *Pauly:* haec *M* 9 maecenatā *M* 12 se: de *M* 13 existimant, si ipsi *nos:* exıstımans ıpsı *M* 14 faciunt, qui *Pauly:* fatıunt *M* fame *M* 15 uıtıosum *M* 16 uınulentı *M* per ironiam? ınrısorem (re *paene deletis*) *M* 18 de cratını opınıone *et* ennı opınıone *M, correxi* 20 adscrıbıt *M* 21 scrıpsıt *M* tamquam: tam *M* 23 uina *etc.* ς *lemma noui scholii. Porph.* uina *et c.* *ἀπόδοσιν esse mihi uidetur significasse* olu. m.: onom *M* 24 IPωNIა *M* 25 *lemma deleui; quo seruato uulgo:* addit Homerum, tamquam uina . . laudauerit uını *M* 28 hıc *M*

dicitur stultae persuasionis. pater autem Ennius ideo, quod ipse primus Latinorum ad heroici uersus imitationem adspirauerit. 7 ad arma: ad libros Annalium, quos Ennius scripsit. 8 forum. per forum causidicos et iuris consultos significat. 8 putealque Libonis. per puteal praetorem ac iudicem significat. puteal autem Libonis sedes praetoris fuit prope arcum Fabianum dictum, quod a Libone illic primum tribunal et subsellia collocata sunt. 9 mandabo siccis: sobriis tradam. 9 adimam cantare seueris. ut ineptum est, inquit, *iuris* dictionem non a sobriis geri, sic absurdum est cantare ieiunos. 10 hoc simul edixi non cessauere poetae. statim ut hoc, inquit, omnibus dixi, secuti stulti sunt ironiam. 11 nocturno certare mero hoc est: dies noctesque potare. 12 quid si quis uultu toruo: quid si aliqui, inquit, uestem uultumque Catonis imitetur, numquid continuo etiam uirtutibus Cato sit? 13 exiguaeque togae simulet t. c. metonymia: id quod fit pro eo qui facit. 15 rupit Iarbuthan T. exemplum stulti imitatoris interposuit. nam hic Iarbutha Maurus regio genere fuit ortus, qui, dum Timaginem imitatur post conuiuium et inter pocula declamantem, propter insolentiam faciendi quod conabatur ipse diruptus est. alii Timaginem ferunt multos [conabatur] adhibere solitum et cenae et declamationi suae dumque ab his multum laudatur, ad imitationem sui prouocasse Iarbuthan, qui sibi et stomacho suppe-

5 causı dıcus & ıurıs consulto sıgnıf. *M* 6 que *om. M* 7. sedıs *M* 8 ⟨sic⟩ dictum? 9 mandabo: amat dabo *M* 10 ımam *M* 12 ıunos *M* 14 dixi secuti *C. Hermann apud Hauthal:* dıxısse utı *M* 14 ironiam *nos:* heropam *M* 19 que *om. M* sım. &. t. c. *M* 20 *in hoc scholio quae ipse correxi repugnant maximam partem eis quae de Iarbita Timagenis aemulatore effudit Weichert Poet. Lat. Rel. p. 391—470* 22 barbutha *M* regio genere *nos:* regıone· me *M* ortus *nos:* cordus *M* Cordus *uel* Codrus ς quıdamımagınem *M* 25 alii Timaginem ferunt *nos:* magnı erunt *M* 26 caenę *M* declamatıone *M* 27 abımıtatıone *M* 28 barbuthan *M* *haec nos:* quı se & stomacho suppetı subrupıt dum tıbı mageu *M*

tias abrupit, dum Timaginem et dicendo et pascendo amicos conatur aequare. 17 decipit exemplar uitiis imitabile. decipiuntur, inquit, stulti, qui, cum proposuerint sibi bonorum exemplar, eosdem tantum uitiis imitantur, ut ille qui Catonem imitari se putat, si semper tristis ac sordidatus incedat. 17 quodsi pallerem casu b. e. c. si uitiose, inquit, pallidus ego essem, imitator meus medicaminibus uteretur, ut, cum cuminum potaret, sic pallidus factus mei similis crederetur. aiunt enim cuminum dilutum et potum pallidum facere. exsangue ergo: pallidum. 19 o imitatores. tam enim seruus ad alienum praescriptum uiuit, quam ille, qui est imitator alterius. 21 libera per uacuum. iam de se dicit ostendens et quae et quo modo carmina scripserit. sic enim incipit, quasi neminem fuerit secutus, sed libero consilio sua inuenta conscripserit. 21 per uacuum, quia nemo praecesserit. 22 qui. bene fidet. praecedere, inquit, solus audet, qui recte sibi confidit habetque alios pro examine regem apium sequenti. 23 Parios. ideo Parios, quia Archilochus Parius *primus* est iambici carminis scriptor. 25 non res. de Archilocho *nil*, inquit, transtuli praeter metrum. ceterum res et argumenta neglexi, quibus ille Lycambam persequitur, *a* quo repudiatus est gener. 26 ac ne me foliis ideo. timendum, [ac] ne me carpas, tamquam in metris nihil innouare ausum ac proferre pro meo. multa, inquit, ex diuersis auctoribus etiam ipse conposui; docetque, quem ad modum ipse conposuerit. 28 temperat Archilochi musam. et Archilochi,

2 exemplum *M* 6 sorditatus *M* 7 pallerent casu nec *M* uitiose . . ego essem *nos:* uitiosum . . egissem *M* 8 ut cum cuminum *nos:* utcum in *M,* et cuminum potaret, ut sic ς 10 cunimium *M* 11 ex sanguem *M* 12 imit tatores iam *M* 17 conscripsit *M* 20 examine *nos:* ea mihi *M;* appium *M;* sequenti *nos:* sequentibus *M* parius *bis M* 21 primus *addidi* 24 neglexit *M* 25 me ne folus *M* 26 carpas *nos:* parcius *M,* parcius laudes ς 27 nihil inquare *M* 28 conposuit *M* 29 docetque: doceat *M* 30 musas. et archilochi *m. 2. s. l. M*

inquit, utimur et Sapphicis uersibus. mascula autem Sappho, uel quia in poetico studio est, in quo saepius mares, uel quia tribas diffamatur fuisse. 29 temperat Alcaeus. miscemus, inquit, et Alcaei metrum, sed *neque isdem rebus* neque eodem ordine utimur uersuum. 30 nec socerum quaerit. socerum Lycambam, sponsam Νεοβουλήν dicit. hos enim ad laqueum dicitur Archilochus conpulisse infami carmine. 32 hunc ego: Archilochum scilicet. 32 non alio. inde hoc est, quod dicit nullius se imitatorem esse dumtaxat inter auctores *Latinos.* 33 inmemorata: a nullo Latini oris ante me dicta. 34 ingenuis. hoc uel ad Archilochum refertur multa obscena dicentem uel ad Lucilium, qui aeque multa inpudice spurceque conposuit. 35 scire uelis mea. deest ‘si’ et ‘audies’, ut sit: si uelis scire, audies. et hic se excusat, quod cum probetur a plurimis, non tamen habeat laudatores, uolens hanc causam esse, quod propter inuidiam, quae inimica uirtutis est, etiam ipsi sit ambiendum ad grammaticos cum suis auditoribus promerendos. 39 grammaticas tribus ipsam discipulorum multitudinem dicit, pulpita uero ipsos magistros. 41 hinc illae lacrimae. hinc illa causa est, inquit, propter quam et alii laudantur et ego non. 41 spissis indigna theatris scripta. haec quasi uerba sunt Horatii excusantis, cur non quod scripsit in publicum proferat.

---

14 De Lucilio testim. 33 (L. Müller)

---

1 saffıcıs *et* saffo *M* 2 uersata est ς *recte?* 3 marı *M* 5 neque isdem rebus *add. Pauly* 6 nec: et *M* 7 poscam · NEOBOYΛIN uıcıt. has *M* 9 ergo *M* 10 alio: inde *nos:* alıunde *M* 11 inter auctores Latinos *nos:* ın auctores *M* 12 Latini oris *nos:* se tımorıs *M* 14 lucılıum *M* inpudice spurceque *nos:* punıcespurcaea *M* spurca *L. Müller*, punıce *dittographiam uerbi* spurce *putans* 15 deest: decu *M* 16 sit: sı *M* 19 inimica: amıca *M* 20 *haec nos:* ıpse audıendam grammatıcos . . promerendo *M* 25 laudantur et ego *nos:* laudaturıtuge *M* 26 scrıbunt *M*

42 nugis addere pondus hoc est: pro re magna sua cum pondere pronuntiationis adferre et alioqui nugas peiores facere recitando. 43 rides ait. haec inuidi uerba sunt respondentis Horatio, ut si dicat: inrides, cum ais diffidentia te non recitare uulgo, cum superbe fastidiens ceterorum aures Caesari soli legas. 44 fidis enim. adhuc inuidi uerba sunt exprobrantis, quod Horatius multum sibi adroget de carminum suauitate. 45 tibi pulcher. iudicio tuo contemnis laudes. 45 ad haec. ordo: ad haec ego * * displicet iste locus, in quo palam recitatur. 45 naribus: sannis uituperantium. 46 et luctantis acuto ne secer ungui. per hoc significat multos aemulos omissa arte, de qua certamen est, aliter laedere non cauentem, ut qui in luctatione unguem inprimit ad lacerandum aduersarium. 47 diludia posco: intermissionem ludorum uel dilationem. 48 ludus enim genuit. haec causa est, cur diludia postulet.

## EPISTULA 1, 20.

Uortumnum Ianumque liber. mirum est hanc adlocutionem inter epistulas poni, cum neque ad absentem neque ad hominem scripta sit, nisi quia [et] receptum est et principia et fines in omnibus libris nullius legis formula contineri. unde sic Lucretius incipit primum Epicureae sectae librum, sic Uergilius finit in Georgicis quartum. haec itaque cum libro suo uidetur loqui, quem inpositum ante finem cupidum esse dicit in publicum prodeundi, cum domi continendus sit, ne in malignos lectores incidens uituperetur. Uortumnus autem deus est praeses uer-

---

1 magna sua cum (*antea:* magna nugas cum) *nos:* magnas uastum *M* 2 adferre et *nos:* adferrent *M* 4 horati *M* 5 inrid&cum ait diffidentiam *M* 6 superuo *M* fastidiens *Hauthal:* fastidus *M* caeterorum *M* 7 inuidi uerba *nos:* indiuersa uerba *M* 9 tuo: non *M* contemnis *nos:* contentus *M* 12 luctantibus *M* 15 luctationem *M* 20 uortumnia numquam *M* 21 adhanc locutionem *M* 24 silucr&ius *M* 27 ate fine *M* 28 prodeunti *M* 29 malignos *nos:* magnos *M* 30 esse pręsens uertandarum *M*

tendarum rerum hoc est emendarum ac uendendarum, qui in uico Turario sacellum habuit; Ianus quoque similiter uicus est ab Iano gemino sic appellatus, qui in eo arcum habet sibi consecratum; per quos deos loca significat, in quibus cum ceteris rebus etiam libri uenales erant. sane et ex his uersibus et in principio sequentis libri apparet Horatium hoc uolumen quasi nouissimum totius operis habuisse. nam secundum epistularum coactus adiecit. 2 scilicet. ἐν ὑποκρίσει, quasi magnae temeritatis sit hoc librum uoluisse. 2 prostes: proponaris uenalisque sis. 2 Sosiorum pumice mundus. Sosii illo tempore fratres erant bibliopolae celeberrimi. 3 odisti claues. odisti includi et sub sigillo esse, quod pudicis, inquit, gratum esse consueuit. 4 paucis ostendi gemis: doles, inquit, quod paucis recitem. 4 communia: conuentus publicos. 7 et scis in breue te cogi. hoc est: nec totum nec per ordinem recitari fastidio post cenam. 9 quodsi non odio peccant. sensus: quodsi ego, *qui* quasi augur tibi nunc peccanti futura praedico, non odio tui loquor, tam diu Romae carus eris, quam diu retinueris pulchritudinem noui libri, tempore uero *si* sordidior factus fueris, nemo te honorabit atque describet, sed aut carie consumeris aut fient ex te opistographae epistulae. 13 aut fugies Uticam. Uticam: Utica Africae, Ilerda Hispaniae est ciuitas. ac per hoc † propter haec bellorum ciuilium adhuc illic Romanum exercitum detineri. 14 ridebit monitor id est: ridebo. 17 hoc quoque te manet. satyrice omnia, quae detestatur, dicit in-

7 E. 2, 1, 1

6 uemale *M* 7 sequens *M* horat· *M* 9 ılıc& *M* 10 ΥΠΟΧΡΙCΕΙ *M* 12 punıce *M* sosı *M* 19 post cenam *nos:* poscentem *M* 20 ego qui quasi *nos:* ege quas *M* 21 loquor· Tam ς 23 si *addidi* honorabit *nos* ornauıt *M* ornabit ς 24 describıt *M* carie: chartę 2[illegible] hılerda *M* 27 per hoc ait propter metum *nos* 30 satırice *M* dıcıtq; *M*

minere libro suo. 17 pueros elementa docentem. quasi ipse liber pueros elementa docturus sit. 18 extremis in uicis. in ultima uicorum parte, ut Terentius: In ultima platea dicit. 18 balba senectus. balbus senex. 19 cum tibi sol tepidus. secundum morem librariorum locutus est, qui circum quartam uel quintam horam dictata pueris praebere consueuerint, quo tempore tractabiliores sunt.

20 me libertino natum patre. ipse enarrat uitam suam cynice non dissimulans humilitate generis se esse prouectum. 22 ut quantum generi demas. causa, cur sibi non tacendi sint parentes. 23 primis urbis belli p. d.: Augusto Maecenati Pollioni et ceteris. 23 belli domique. haec modo aduerbia sunt accipienda non nomina. 24 corporis exigui. haec descriptio characterismus dicitur. 24 praecanum: propera canitie et ante annos albo capillo. 24 solibus aptum: solitum iacere sub sole et chroma facere. 25 tamen ut placabilis essem. *ἐπιϑεράπευσις*, qua purgauit quod se confessus est iracundum. 26 forte meum si quis te. facete, quasi dicat: non omnes sciant, sed ille solus quicumque quaesiuerit. 27 quater undenos: annos quattuor et quadraginta dicit et simul ostendit, et quo mense natus et quo anno aetatis suae hunc perscripserit librum. 28 collegam Lepidum quo duxit Lollius. figurate uertit, quod est: quem annum Lollius duxit cum collega Lepido. et duxit 'sortitus est' accipiamus, quia sortem duci dicimus. etenim tam diu quis collegam dicit, quam diu ipse collega est, propter quod hoc 'nomen ad aliquid' dicitur.

---

4 Phorm. 1, 4, 37

---

1 *sch. u. 17* pueros *et c. post scholia u. 18 in M* 3 utıs *M* 4 terent· *M* 6 morem: nomen *M* 10 humılıtatē *M* 12 causa cur *nos:* causatur *M* tacentı *M* 15 accıpıendam *M* 17 canıtıem *M* 18 latere *M* 25 prȩscrıpserıt *M* 27 uertit *nos:* perıd *M, pro eo Pauly* 31 EPISTVLARVM LĪB· I· EXPLICIT INCIPIT· II· FELICITER *M*

# EPISTULARUM LIBER II.

Cum tot sustineas et tanta negotia solus. apparet hunc librum, ut supra diximus, hortatu Caesaris scriptum esse. cuius rei etiam Suetonius auctor est. nam apud eum epistula inuenitur Augusti increpantis in Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat. ergo hinc principium cum laude imperatoris et ab excusatione, quod illum nolit occupatum in re publica suis inpedire sermonibus. totaque sententia huius epistulae de poetis est ad hoc, ut subtiliter in eorum fauorem Caesarem moueat. dicit enim Horatius Augusto soli contigisse ut inuidiam uirtute uiuus euinceret. ceterum autem antiqua nouis melioribus anteponi. 1 cum tot sustineas. totus hic est sensus: Cum tantis rebus detinearis, o Caesar, rem publicam laedam, si tempora tua, quae omnium commodis inpendenda sunt, longo sermone morer et more uanitatis praeoccupem teneamque te, cuius omne tempus in publica commoda consumendum est. 3 in publica commoda. per hoc pulchrior est laus. et incerta distinctio est: *utrum* 'emendes *in publica*

---

3 E. 1, 20, 1 4 Suetonii uita Horatii

---

2 *cf. quae dixi ad ep. 1, 16, 1* 4 suetremıus *M* 6 in *om.* ς 7 hinc *nos:* hıc *M* 8 nob̉ıt *M,* noluit ς 9 rep. *M* 13 antiqua uouis *nos:* & ınquamuıs *M*, quamuis melioribus ς 14 *sic scholia constitui: in M mixta atque deprauata sunt sic*: cum tantıs rebus detınearıs ocaesar remp. laudares & tempora tua quę omnıum commodıs ınpendenda sunt longo sermone morarı· ınpublıca commoda· per hoc *etc. schol. u. 3*.. peccem. morem uanıtatıs· occupem teneamq; te· cuıus omne tempus ınpublıca commoda consumendum est Romulus & lıber *etc. sch. u. 5* . . homınumque · c· gıa. Ledere est tempora tua quae omnıum commodıs ınpenda sunt longo sermone morarı. morem ua· praeocupem teneamq; te· cuıus omne tempus ınpublıca commoda consumendum est. nam ıllı de quıbus *etc. sch. u. 5 ext.* 20 pulchrıorem laudem *M* 21 est· anemendes ınpublıca commoda peccem *M*

*commoda'* an 'in publica commoda peccem'. 5 Romulus et Liber. laudata uirtute Caesaris laudat etiam felicitatem, qui dicit, huic soli contigisse, ut inter homines etiam nunc posito iam diuini honores decernantur, quod nulli concessum sit horum, quos enumerat, hoc est, Romulo Libero Castori et Polluci et cum his Herculi. et est ordo: Romulus et Liber dum terras hominumque c. genus a. nam illi, de quibus supra dixit post ingentia facta deorum in templa recepti, sunt. 8 agros adsignant hoc est: colonias deducunt conduntque urbibus milites suos. 9 plorauere. plus dixit quam 'doluerunt'.

10 diram qui contudit Hydram. Hercules scilicet. et bene hoc elegit, quod inter labores eius uel maximum fuit. 11 nota portenta. quae sunt in XII Herculis laboribus diffamata. 11 fatali labore. utrum quem ad modum Uergilius dixit Ut duros mille labores rege sub Eurystheo fatis Iunonis, *an* fatali pro capitali ac molesto ut ipse alibi Ilion fatalis incestusque iudex. 12 supremo fine id est morte. et est sensus: expertus est inuidiam tunc finiri, cum etiam uita finitur. 13 urit enim fulgore suo. rationem exponit, propter quam minus coluntur uiui, qui uirtute ceteris antecellunt, post obitum diliguntur. grauis est enim, inquit, inferioribus et infra positis nocet, qui artibus bonis ceteros uincit; sed requiritur tamen ac desideratur extinctus. 13 urit enim *fulgore:* splendore quo fulget, et bene urit ad fulgorem retulit. 15 praesenti: uiuenti, sed splendidius hoc est quod glosse-

---

17 Aen. 8, 291 20 Od. 3, 3, 18

---

3 quia ς 8 genus: gı *M* nam illi *etc. haec fort. alio (cf. ad u. 39) transponenda sunt* 12 *post sch. u. 9 iteratur sch. u. 8 M* 13 dıcam quıscont. hı *M* 16 lıbero *M* 18 eurysteo *M* 20 Plınıon *et* ıncertusque *M* 27 uincit. sed: uıncıtıs· *M,* u. sed is? 29 fulgorem rem *M* praesens uıuendı *M* 30 quod glossematicon *nos:* quam glossematıcos *M*

maticon. 15 maturos: adceleratos uel oportunos meritis tuis atque maturos ait recte. aliis enim non maturi sed seri honores dati sunt. 16 iurandasque ac per hoc: diuinos tibi honores decernimus. 17 nil oriturum a. et hoc splendidius quam si 'nasci habere' uel 'natum esse' dixisset. oritur enim sol et oriri lux dicitur. 18 sed tuus hic populus: in hac sola re sapit, quod ad te adtinet, in ceteris autem peccat, qui nil optimum nisi antiquum putat et sui temporis uniuersa contemnit. 21 terris semota: uetera ac demortua. 21 suis temporibus defuncta: ea, quae sua tempora conpleuerint ac finierint. 22 fastidit et odit. auxesis; plus enim odit quam fastidit. 23 † sic fautor ueterum. usus. adeo ueteri|bus fauens. ut etiam legum. XII tabulas a decemuiris | scriptas et foedera sub regibus facta. quae nunc romani | uel cum sabinis uel cum sabinorum latinum esse uideatur | ob auferam et rancidam uetustatem. ita pulchrum | et extinctam in albam. Nunc teloquentibus dicat esse | pro latiuo. Ut non iam disertorum hominum sed | musarum etiam inuideatur oratio. 26 pontificum libros. utrum annales an ius pontificale significat. 26 annosa

---

2 ait *nos:* et *M* 3 sunt, *fort. addendus finis sch. u.* 5 6 nasci habere = natum iri, *cf. Herm. Roensch, Itala und Vulgata p. 447—449;* n. haberet ς 7 tutus *M* 8 ad te adtinet *nos:* ante nd& *M,* te antefert ceteris ς 9 quia ς

10 *scholia u. 21 post sch. u. 22 in M* terrısemotas *M* 12 defunctę ae aquae *M* temporıbus *et* adfinıerıt *M* 14 *duo scholia confusa uidentur, alterum:* usque adeo ueteribus fauens, ut etiam legum XII tabulas a decemuiris scriptas et foedera sub regibus facta uel cum Gabinis uel cum Sabinis ob austeram et rancidam uetustatem ita pulchra dicat esse, ut non iam disertorum hominum sed Musarum etiam uideatur oratio, *alterum quod ex fragmentis* quae nunc romanı . . orum latınum esse uideatur . . m& extınctam ın albam. Nunc te loquentıbus . . pro latıuo *ut restituerem non contigit, uidetur scholio u. 27 addendum esse atque hunc in modum conformandum:* an quod lingua, quae nunc Romana omnium Latinorum esse uideatur . . in Albano monte loquentes pro Latine loquentibus posuit 23 amıssa *M*

uolumina uatum: ueteris Marcii uatis Sibyllaeque est similium. 27 Albano monte. cur in Albano monte? utrum propter uetustatem, quod ante Romam Alba regnauit * * 28 si quia Graecorum sunt. haec tota sententia usque miratur nihil nisi quod Libitina sacrauit hunc sensum continet: si ideo carmina Latina antiquissima quaeque laudantur, quia antiquissimi quique [an] Graecorum optime scripserunt, eo res redit, ut secundum eandem aestimationem, in qua dotrina, non tempus quaeritur, [eandem] debeat et Romanus poeta statim placere, qui bonus est. quod si *est*, non est, quod multa mentiamur, ut illi, qui quae manifesta sunt negant. non solum enim adsecuti doctrina sumus uerum etiam Graecos uicimus. sin autem tempus *et* uetustas in carmine tamquam *in* uino sunt inquirenda, uelim scire, quotus annus probum carmen efficiat. quo ipso facile demonstratur stultitiae esse tempora in libris considerare, non meritum. 30 eadem trutina: eodem examine, eodem iudicio, eadem aestimatione. 31 nihil. *quae* sunt, negant. nam constat intra oleam et extra nucem esse duritiam. 32 uenimus ad summum fort. utrum 'imperio' an 'et ceteris rebus, quas enumerat. non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam praestet. ergo et perfecti poetae sumus. sed hoc intellegi quam dici se maluit. 36 qui decidit: qui defunctus est. 38 excludat iurgia finis. tamquam tacentem urguet ad numerum annorum significandum. pone, inquit, finem et iam nulla contentio est. 39 est uetus atque probus. hoc quasi ex

---

1 ueteres, e *in* ı *corr. m. 2.*, *M* sıbıllae *M* 3 utrumque *M* 4 qua *M* 5 hac *M* nıhıl mıhı quod lıbıta *M* 7 Latina *nos:* lacrımantı *M* 8 quı *M* 9 eos redıt *M* 11 et: ut *M* 12 est *add. Pauly* mentiamur, ut illi (*uel* mentiantur illi) *nos:* tamen &ıam ut ıllı *M* 13 adsecuti. *L. Spengel:* adsecundo *M* 17 probrum *M* 18 tempora *nos:* demonstratur *M* 19 exanıme *M* 20 quae *addidi* 21 ıntroleam et ex *M* 26 a se ς *non recte* 28 ad: an *M* 30 *sch. u. 39 et 40 post sch. u. 42 in M*

alia persona dicitur. 40 quid qui deperiit. hoc Horatius ex persona sua dicit. 41 ueteres: bonos. 42 an quos et praesens et postera r. ae. malos. 43 iste quidem ueteres. hoc ex alia persona. 45 utor permisso. ex sua. 45 caudae.. ut equinae id est: singulos. 47 dum cadat elusus. tam diu singulos annos detraham, donec paulatim subducto aceruo numeri decipiatur elusus, qui ad summam temporum uocat poetas. et hoc uincet uel in augendis uel in minuendis aceruis. 48 qui redit ad fastos: qui per consules annorum colligit numerum. 49 miratur: et qui nihil laudat nisi quod elatum fuerit et sepultum. mire ergo dictum et facete Libitina et sacrauit, quasi ab ipso feretro uenerationem acceperit poeta defunctus. 51 leuiter curare uidetur. securus iam de prouentu suae laudis est Ennius, propter quam ante sollicitus in principio Annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus uenisset. facete autem somnia Pythagorea dixit, ut ipsum etiam Pythagoram † sua sibimet metempsychosi uidere uideatur. 51 leuiter curare. securus esse. 52 quo cadant: quem successum habeant. ostendere autem uult sine difficultate poetas ueteres solere laudari. 52 † somnia pythagorũ libri annalium. 55 ambigitur.. aufert Pacuuius docti s. cum ambigitur, *uter* utro sit prior, ambo laudantur. nam Pacuuius famam docti aufert atque consequitur Sophoclis, Accius Aeschyli Euripidisque, qui dicendi sunt *alti*. alii sic accipiunt,

17 cf. Vahlen ad Ann. fragm. XIV.

2 oratıus *M* 5 cauda utıquınae *M* 7 dıȯ *M* 9 tempor· *M* 10 augendis: ıungendıs *M* 13 delatum *M* mırer *M* 14 sarauıt *M* 21 cum sua metempsychosi ridere ς 23 securos *M* 27 pacuıus *M* uter *et* laudantur *nos:* laudo *M*, laudat ς 28 pacuıus, u *m. 2. s. l.*, *M* doctıs *M* 29 accı̊ *M* 30 que *addidi* dıcendo sınt· alıı *M*

tamquam senilis doctrina et gloria adscribatur Pacuuio, Accio uero altitudo ingenii sublimitasque uerborum. an ambo senes gloriam consequuntur, alter docti *alter* alti tragoediographi. 57 dicitur Afrani toga. bene; togatas enim scripsit Afranius, in quibus Menandri stilum uidetur imitatus. 59 uincere Caecilius grauitate Terentius arte. utrum alter alterum uincit an ceteros uniuersos. 60 hos ediscit: in scholis. 60 et hos arto stipata: in spectaculis.

61 habet: credit ducit existimat. 62 ad nostrum tempus *L. s. a. a.* ordo est: ab aeuo Liui scriptoris usque ad nostrum tempus [l. s. a. a. ordo est ab aeuli scriptoris usque] quaedam recte, quaedam praue iudicat populus. Liuium autem dicit Andronicum, qui primus omnium Latinas fabulas scripsit. 64 si ueteres ita miratur. hoc peccat. 66 si quaedam nimis antique. hoc rectum. 67 ignaue: humiliter. 68 et Ioue iudicat aequo: propitio, si quidem Ioue irato fit, ut errent homines ac delirent.

69 non equidem insector: quod uitium est obtrectantis hominis. 69 delenda [*l. e. f.*] faceta subtilitas. non censeo, inquit, delendum Liuium, et hoc illi honoris causa defero, *non* propter uetustatem. *nam* ex libris eius saeuus, inquit, Orbilius quondam librarius magister mihi dictata praebebat. 70 plagosum: saeuum et saepe plagas inferentem. 71 sed emendata. non delendum puto Liuium, sed indignor illum pro perfecto et emendato auctore laudari.

72 et exactis m. d. m. examine uel agina,

---

1 selımıs adoctrına *M* pacuıo *M* 3 senes gloriam *nos:* fenestram *M* 4 aeranı *M* togato enım *M* 6 uıncer& accılıus grauıtatem ad. *M* 8 alterum: utrum *M* hoc edıcıt *M* 9 argos *M* 11 ab aeulı scrıptorıs *M* 13 raectae *M* 17 rectum *nos:* receptum *M* 18 *haec nos:* propıtıo & propıtıo & sıbı quıdem *M* 20 est &obtrectarıs ē homınıs, n *et* t *s. l.*, *M* 21 facete *M* 22 delegandam leuium *M* 23 non *et* nam *addidi* 26 aeuum *M* 27 emenda *M* leuıum *M* 28 ıllum profecto *M* 29 agina *nos,* exanımę uel pagınę quae pars ut ın e est *M*

quae pars trutinae est. 76 indignor quicquam re. deest: in meis carminibus. 78 nec ueniam .. posci. deest ‘modo’ ut sit: non modo ueniam, sed etiam honorem antiquis posci uideo. 78 posci. subaudiendum iterum est ‘indignor’, ut sit zeugma a superiore, aut deest ‘uideo’, ut sit ἔλλειψις. 79 recte necne crocum floresque. Atta togatarum scriptor est, qui in fabula, quae inscribitur Materterae, ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem. 80 si dubitem. plus dixit, quam si diceret ‘reprehendam’. 80 clament periisse p. non ‘dicant’, sed clament. et bene patres, quibus sola antiquitas placet. an patres hoc est: senatus. 81 ea cum reprehendere coner. * * *coner* inquit; non enim ‘reprehendam’. Aesopus autem et Roscius famosissimi comoedorum fuerunt. ac per hoc ostendit stultos homines, qui non merito ac uirtute stili sed tantum modo personarum auctoritate moueantur. 84 uel quia turpe p. p. m. nobis scilicet. et hoc uitium praui pudoris † est essent pueri male docti, dicerent. 86 iam Saliare Numae. quod Saliis Numa ipse conscripsit in templis canendum. 86 et illud quod m. i. s. u. s. u. qui me dicit nescire, quod et ipse nescit. 88 ingeniis non ille. hoc sensu uult ostendere huius modi homines, qui non merito ac uirtute stili sed tantum modo personarum auctoritate mortuis faueant, et, quod est peius, inuidos, qui uiuos contra meritum oderint. 90 quod si tam Graecis n. i. f. q. n. quod si ab initio idem Graeci facerent quod nunc Ro-

3 deest *nos:* nec *M* modo: non *M*; nec: non modo *Hirschfelder apud Hauth.* 4 antıquıtus *M* poscı ut audıendum *M* 6 ЄΛΛΙΨΙC, Ι *prius in* Ē *m. 2.* (= em?) *M* 7 Atta: ad *M* scrıptores quę *M* 8 materterȩ *M* 9 numerat *M* 12 perısse *M* 16 comoedorum *nos:* comod. . . . rum, *quattuor litterarum uestigia in M* 18 stili *Pauly cf. l. 26:* fısı *M* 19 moneantur *M* 20 paruı *M* est: *M* ne si *nos* 21 dıcti *M* 26 meritum *M* 27 et *nos:* sed *M* 28 uiuos (*uel* nouos) *nos:* uos *M*

mani, ut odissent nouos poetas, qui essent, inquit, hodie ueteres, aut quid ad nostra tempora perueniret, quod legere omnes et in manibus habere possemus?

93 ut primum positis. hic ostendit, quod fuerit initium poeticae professionis, ut probet, quod nunc inueteratum est, aliquando coepisse. 93 nugari: ludere, [enumerat] scribere, quia bella non nugae sunt. 94 et in uitium f. l. dicit *in* uitium facilitate prosperae fortunae isse delicias, in quas lapsa sit Graecia, postquam bella deposuit. 95 nunc athletarum. enumerat, quas artes Graecia per pacem *et* otium sit secuta. 99 sub nutrice puella. ita Graecia cupide adpetit studia, celeri satietate deseruit, ut si puella infans esset et sub nutrice agens etiam luderet. 100 plena: satiata. 101 quid placet aut odio. sententia est, qua ostendit Horatius nihil nos cupere uel odisse, quod non secuta satietate mutemus. 102 hoc paces habuere. hoc habuit, inquit, pacis otium, ut diuersis delectationibus animi hominum pascerentur. uentos autem secundos fortunam prosperam dicit. 103 Romae dulce diu. *a* Graecorum moribus transit ad consuetudinem ueterum Romanorum et dicit, quem ad modum maiorum *a* posteris consuetudo mutata sit in usum poeticae disciplinae. 103 sollemne, quia legitimum ac debitum. 104 clienti promere iura. respondere *de* iure aliquid consulenti. 105 cautos . . pecuniam commodare. cautos nummos dicit, uel qui per chirographum et cautionem crederentur, uel cautos nummos id est legibus hoc est non inlicitis usuris datos. 105 nominibus rectis. recta nomina: le-

---

2 quı ad *M* 3 leger& *M* 4 ostendere *M* 7 scrıbę *M* 8 in *addidi* facilitate *Hauth.*: facılıtatem *M* 9 isse *nos:* esse *M* qua lapsa sıt gręcıa sıpost *M* 14 ut & *M* 15 quı *M* 19 otium *nos:* uıtıum *M* pax uitium ς 23 malorum, l *in* ı *corr.*, *M* 25 debitum *nos:* debıtur *M* 30 numınos *M* 31 nomina: nulla de *M*

gibus facta in deferendis debitoribus. 106 maiores audire. in iure † offitium. 108 mutauit m. p. l. causa. cur mutauit mentem populus? quia leuis. 108 et calet uno. rebus omnibus positis poeticam solam multitudo delegit. 109 iuuenes p. c. hoc est: omnis aetas. et bene additum seueri, quod in re ludicra maior reprehensionis causa sit. 110 fronde comas uincti. [quod] fronte comas uincti: iactantiae, [quod] cenant et carmina dictant [cram. di.]: intemperantiae est. 111 ipse ego q. n. satyrice ne sibi quidem pepercit. 112 inuenior P. m. bene 'Parthis', qui perfidi sunt atque Romanos duces fraudibus saepe deceperunt. 112 prius orto sole. figurate pro: antequam sol oriatur. hinc ergo, inquit, hinc mendax sum, quod non solum scribo, quod nego facere, sed etiam studiosissime scribo. 113 scrinia capsas dicit, [inquit] in quibus scripta omnia reponantur. 114 nauem agere ignarus. haec exempla aduersus eos refert, qui ignari artis poetae haberi cupiunt, cum in ceteris professionibus nullus sit, qui disciplinae titulum non perdoctus inuadat. et mire dixit [nauis ut] non 'helleborum' sed 'habrotonum', quod minore periculo etiam indoctus miscere potest ac dare. 116 promittunt: profitentur. 116 fabrilia. absolute; non enim adiecit 'ferramenta' aut 'opera'. 117 scribimus indocti. hoc cum pronuntiatione inferendum est supra dictis. 118 hic error tamen. ἐπιθεράπευσις est. nam dicit hunc errorem, quod docti indoctique scribant. 119 uirtutes modo pro utilitatibus posuit. collige: intellige argumentare adsequere. 119 uatis auarus. non facile, inquit, auarum poetam repperias.

---

1 deferendis *Haüthal:* de ferandı *M* 2 muta. ut. m *M* mutauerit ς 8 *haec nos. cf. Ep. 1, 18, 39:* ıactat *M* 10 intemperantiae est ς: ıntemperantes *M* 11 p. ı. m. *M* 12 partıs *M* atque *Pauly:* ut quı *M* 13 fraudıbus duces *M* 14 ego ς 15 nego *C. Hermann apud Hauth.:* ego *M* 22 hec leborum sed abrotonum (on *in* an *corr.) M* 23 perıculum *M* 24 fabrıca *M* 25 absoluta *M* 28 quo *M* 29 uirtutes *nos:* hoc est *M*

et bono ordine secundum laudis praecepta ante ostendit, quibus malis careret, et sic uenit ad ea bona, quae habet. 123 uiuit siliquis hoc est: paruo uiuit, ideo auarus *non* est. siliquas autem aut specialiter dicit eas, quae in † uerbibus nascuntur. Omni legumine que hoc est asellis continetur. 124 militiae quamquam *piger et malus:* malum debilem inbellemque nunc dicit secundum Graecos, qui huius modi homines *κακόνους* nominant. 124 utilis urbi si das: *si das urbem* quae magna est, etiam a paruis rebus adiuuari posse, ut a poetica uel grammatica professione. 126 os tenerum. recte: os tenerum pueri poeta figurat. poeticis enim lectionibus os infantis adhuc debile balbumque corrigitur. 127 torquet ab obscenis iam nunc sermonibus aures: carminibus, ut auocet a turpibus dictis. 128 mox etiam pectus. uerum est. multae enim sunt in poetis utiles *βιωφελεῖσ*que sententiae. 128 amicis praeceptis hoc est: utilibus. 130 orientia tempora. proponens exempla multa efficit, ut orientia tempora, hoc est uenientia, cuius modi futura sint aestimemus et instruamur ex ante gestis. 131 inopem solatur uel delectamento sui uel praeceptis philosophorum. 132 castis cum pueris. infert per auxesin, quod quis per choros a dis impetrat puerorum ac uirginum, poetae adscribendum esse, qui carmina ipsa componit. 134 poscit opem chorus et p. n. s. ac per hoc: exauditur. hic autem significat carmina quibus dii placantur, hoc est: paeanas dithyrambos hymnos prosodia. 135 celestis inplorat. enumerat, quae et quanta dii pueris et puellis precantibus merito carminum praestent. 137 inpe-

---

5 herbis ς aut omne legumen *Hauthal* pro omni legumine *cod. Bφ* quo siliquae continentur *uel* quae siliquis cont. ς 10 *haec addidi* que *M* 13 figurat: sarmat *M* 16 *num addendum* aures: delectat aures? 18 ΒΙΩ ΦΕϹΕΙϹ: q. *M* 19 amıcı *M* 20 muta *M an* nota? 25 quıd *M* imperat *M* 32 carminum *Fabricius:* carmıne *M*

trat et pacem. utrum deorum pacem [uere] an pacem, id est, finem belli. 139 agricolae prisci. dicit usque adeo carmina ubique grata esse, ut etiam rustici ueteres carminibus se delectarent, cum diuinis rebus operarentur. 139 paruo beati. ita non auari, ut inter paruas opes beati uixerint. 140 condita post frumenta. post messem an post uindemiam. nam et autumni frumenta Sallustius dixit. 141 spe finis dura. uera sententia est tolerabilem fieri laborem laboris fine proposito. 143 tellurem porco pro porca. ut *e* contrario Uergilius: Et caesa iungebant foedera porca. 144 floribus et uino genium. recte dictum est, quia, qui indulgent genio suo, memores sunt uitam humanam non esse diuturnam. 145 Fescennina. per hunc, inquit, morem ueterum agricolarum etiam Fescennina inuenta sunt, in quibus exprimebantur iocosa conuicia. dicta autem Fescennina ab oppido Fescennino, unde primum processerunt. et Atellanica nominata sunt. 147 libertasque recurrentis. et licentia cantandi, libertas quae dicitur, iocolariter lusit saluo more per anniuersaria sacrorum; quamquam sunt, qui dicant per recurrentes annos libertatem † saturnalia anno significari. 148 donec iam saeuos apertam in ra. tam diu iocari per carmina licuit, donec per iocum multis inpune laceratis dedissent omnes operam, ut lege caueretur, ne quis carmen *infame* componeret. qua re constituta, silentium est inpositum archaeae comoediae, in qua nominatim uita ciuium carpebatur. 150 cruento dente:

---

11 Aen. 8, 641

---

1 an uere ς 2 prıcı *M* 8 sall.us *M* 19 acellanıca *M aut haec delenda uidentur aut scr.:* ut ab Atella At. 20 currentıs *M* 21 ıocularıum *M* more *C. Hermann:* amore *M* socrorum *M* 22 currentes *M* anno *M* 23 Saturnaliorum *uel* Saturnaliorum annorum *uel* Saturnali anno ς 24 ıra *M* diu iocari *nos:* dıuı orarı *M* 25 carmina licuit *Meiser:* carmına ınalıquıd *M* ınpone *M* 28 archaea comoedıa *M*

saeuo morsu. 154 uertere modum. ordo: uertere modum poetae ad bene dicendum ideo, quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. bene dicendum autem non ‘diserte dicendum’, sed ‘non male dicendum’ significat, hoc *est* ‘non lacerandum ac uituperandum’. et bene redacti, quia non uoluntate correcti, sed edocti malo.

156 Graecia capta ferum. capta uirtute militari cepit munditiis et arte liberalium studiorum. 157 agresti Latio: non semper sed tunc agresti.

157 sic horridus ille. Saturnio metro usi sunt Latini ueteres aurei saeculi sub Saturno, unde nomen est uersus. ‘defluxit’ autem mollitus est et iam cessauit ac desiit fluere. 158 et graue uirus, ac per hoc: cessit grauitas seueritasque deliciis. 160 uestigia *ruris:* rusticitatis. 161 serus enim Graecis. ratio *cur* Romanus non expoliuerit pristina rudimenta. 162 et post Punica bella quietus. ut † graeci a bellis coepit, quietus *id est* securus a metu Punico, scilicet Carthagine iam deleta, temptauit imitari. rem poema dicit. 164 uertere: transferre in Latinum stilum. 165 et placuit sibi. pro: se cognoscens probauit. 165 natura sub. e. a. ratio cur sibi placuerit. 166 feliciter audet: quod adgreditur conplet. 167 sed turpem: sed stulte et erubescit et timet emendare, quod scripserit. et haec causa est, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum uenire non possint. 168 creditur ex medio. creditur, inquit, quia comoedia communia sectatur atque de medio, minus habere difficultatis. † ex hoc autem

---

2 fufuarium *M* 4 diserte dicendum di autem non dicendum sed male *M* 6 redactum *M* 7 quia: quam *M* uoluntatem *M* 10 lati *M* 12 aurei saeculi (*uel* aurei) *nos:* aureis *M* 13 defluxit: dixit *M* 17 romanis *M* rudimentis *M* 18 ut recedi a? recedere *uel* cessare *Halm* 19 id est *addidi* 22 pro *nos:* prae *M* per ς 23 cognoscens *nos:* cognoscere *M* 29 comedia *M* 30 ex hoc: error?

grauis, quod non minus ignoscitur in comico charactere peccantibus. 171 quo pacto partis tutetur. hoc est: quam indecenter, incongrue. Dossennus et ipse grauis habetur ut Plautus. 175 gestit enim nummum in loculos. magis enim lucrum quam laudem adipisci gestit. *gestit:* cupit. post hoc securus: non curans, quid postea fiat comoediae suae.

177 quem tulit ad scenam. postquam auari poetae uitia ostendit, nunc transit ad gloriosum poetam, qui si non laudatur et animum et artem abicit, laudari se uidens fit temerarius ac tumescit. 178 lentus spectator: quem dicta non permouent, sedulus: qui amat et laudat. 179 sic leue sic paruum est a. q. l. a. s. id est: leuis res est laus uel subtracta a spectantibus uel praebita. 180 ualeat res ludicra si. m. n. m. d. r. hoc est: * * nihilque mihi cum ea sit, *si* propter palmae folia uel adflictus et macer sum uel opimus et crassus. res ludicra: comoedia a ludis dicta. 182 saepe etiam audacem. a glorioso poeta ad audacem perseuerantemque digressus dicit, quas iniurias patiatur, quibus ad postremum fugatur ex scaena. fugatur autem seditione, qua saepe apud inperitam multitudinem et locupletem in perniciem doctorum uulgus poetam fabulamque contempnit in medio actu comoediae uel ferarum spectaculum uel pugilum poscens. 183 numero plures ac per hoc:. plebei. 184 indocti stol. e. d. p. miro characterismo inperitam multitudinem ostendit. 185 si discordet eques: si equester ordo, hoc est, honestiorum aliud quam plebes uelint. media . . ursum. recte, quia adhuc amphitheatri usus non erat et in eadem cauea etiam ferarum gladiato-

---

1 non *fort. del.* in comico *nos:* mimico *M,* mimico ς 2 tuta *M* 3 incongruendo sensus *M,* Dossennus *Dillenburger* 5 in locum *M* 11 uidens *nos ex Acr.:* uider& *M* 14 uel: est *M* subtracta a spectantibus *nos:* subtractantibus *M* 16 ualeat nihilque *Halm* 18 comedia *M* 21 quas *nos:* quasi *M* 23 apud *nos:* quod *M* 27 sol. *M* 30 honestorum *et* uelit ς 31 rhedę *M*

rumque munera spectabantur. 187 uerum equitis quoque. quia dixerat his gaudet plebecula, addidit [per quaerellam] per ἐπιδιόρθωσιν, etiam locupletes et honestos iam ut uulgares musicam spernere.

188 incertos oculos. secundum Academicos, qui contendunt oculos nostros in multis falli et ideo uisibus non esse credendum, cum sit in pluribus rebus certius quod audiatur. 189 aulaea. per aulaea comoediam significat. tropos metonymia. premuntur: cessant, inpediuntur. 190 dum fugiunt equitum. * * impedire fabulam, ne agatur, dum spectantur † in uidia, hoc est dum populo bellorum simulacrum monstratur et ad postremum pompa ducitur triumphalis. 190 dum fugiunt: hic pugna ostenditur, mox trahitur: hic triumphus. 192 esseda sunt Gallorum uehicula, quibus tamquam uicti reges uehuntur; pilenta, quibus regina capta; petorrita, quibus familiae regum; naues, quibus hi qui nauali bello uicti. 193 captiua Corinthos. aut metonymicos Corinthus pro uasis Corinthiis, *aut* quia imagines oppidorum fabricabantur, ut in pompa triumphali transire possent. 194 si foret in terris. cum processissent in publicum Democritus et Heraclitus diuersa faciebant. Democritus * * quod rideret. nam quod stupere populum uidisset aspectu pantherae [camelo siue elefas albus], non tam ludis scaenicis delectaretur quam ipsius populi uanitate, in qua omni mimo et suauius et maius sibi spectaculum repperiret. 199 scriptores autem. magis, inquit, rideret Democritus,

---

2 quı *M* 3 per quaerellam *deleui* 4 uulgares *nos:* uulgarem *M* 5 adamıcos *M* 8 certıor *M* aulea per auleam *M* 11 impediri dicit? 12 inania *Halm*, inutilia *nos*, militaria *Pauly* 15 huc trıumphus *M* esseda sunt *nos:* essedas *M* 16 tantum *Fabricius* 17 torrıta *M* qua famılıae *M* 20 corinthus *nos:* corınthū *M* ımagını eıus *M* 22 possent *Pauly:* possınt *M* 23 fatıebant *M; excidit narratio de Democrito ridente et de flente Heraclito* 24 quod: si ς 25 panthera *M*; *quae sequuntur, deleui* 27 uanıtatem *M* 29 rıdere *M*

*si* a uultu populi uana mirantis oculos ad poetas scaenicos uertisset pronuntiantes comoediam spectatoribus, quorum nullus adtendat, ut audiat. 199 narrare putaret. multa dixit: fabellam et asello et surdo. 200 *peruincere: sic* Uincentem strepitus de iambico tragico. 202 Garganum mugire. tantus populi fragor est in deposcendis uanarum rerum spectaculis, ut Apuliae montis Gargani siluas mugire uel undas fremere putes Tusci maris, non auram uel suffragia spectatorum. 203 et artes diuitiaeque, non igitur comoediae. 204 oblitus: undique superfusus et ornatus. 205 laeuae. *it* populus in ipsum proscaenium ut paene occurrente sibi dextra laeuaque populo histrioni locus auferatur. 206 dixit adhuc aliquid. bono stomacho † quasi dixit. *ad* hoc enim processit, ut [si] diceret, non ut uideretur tantum. 206 nihil sane. respondentis est et iterum quid Horatius dicit. 207 lana Tarentino. non ergo, inquit, in scaenico ars sola, sed uestis placet. 208 ac ne forte putes: *ne putes* aliis recte facientibus id, quod ego non faciam, ludentem me uelle detrahere, ego et miror et praefero poetam tragicum uel comicum, etsi haec poemata ipse non facio. 210 ille per extentum: mihi uidetur rem difficillimam facere. et est ordo * *. 211 poeta meum qui pectus: qui potestate carminis moderatur adfectibus meis. 213 ut magus: recte magus, quia faciunt poetae

---

5 Ars p. 82

---

1 si *addidi et* poetas pronuntiantes spectatoribus *scripsi:* petasos pronuntıantıs spectatorıs *M, item ut nos correxit Petschenig Zeitsch. f. d. oesterr. Gymn. 1868, p. 649, sed* ante spectatores *maluit* 4 putat *M* surdum *M* 5 *haec addidi* 6 tantos populos *et* ıanuarum *M* 9 putes *nos:* & *M* 10 suffragia spectatorum *nos:* naufragıa peccaturum *M* 11 ıd. perfusus pernatus *M:* superfusus et *nos,* perornatus *Hauthal* 12 laeuus *M* it *addidi* 14 histrioni locus *nos:* hıstrıonıbus *M* 15 ad *addidi* 20 ne putes *addidi* 21 ludentem me *nos:* ludem *M,* laudi ς uelles retra$^{h}$ere *M* 27 fatıunt *M*

boni, quod magi promittunt, ut carmine conuertant sensus animosque cunctorum. modo me Thebis: in tragoedia, modo ponit Athenis: in comoedia. 214 uerum age et his. transit ad poetas, ex quibus Horatius quoque est, qui non dramata, hoc est fabulas scribunt, sed eius modi quae legantur, et hortatur Augustum, ut diligentius aestimet poetas dignos bibliotheca, quam in templo Apollinis faciat. 218 ut studio maiore, poetae scilicet. est allegoria pro eo quod est: ut studiose carmina scribant. 219 multa quidem nobis. accusato populo et auditoribus dicit non numquam in poetis culpam esse, propter quam carmina ipsorum patiantur iniuriam. 220 ut uineta egomet caedam mea hoc est: ut ipse me laedam et ipse me detraham. cum librum s. d. incipit enumerare, quam multa mala faciant poetae.

229 sed tamen est operae pretium cognoscere quales. bene, *postquam* subtiliter tetigit Caesarem quasi neglegentem poetarum, proximis uersibus addidit, sed tamen non usque quaque poetis fauendum, sed spectatis dignisque solis permittendum, ut res gestas Caesaris scribant. 230 aedituos habeat: enarratores atque indices; aeditui enim templorum ac numinum, quibus inseruiunt, sacra et originem aduenis et ignorantibus narrant. alii aedituos pro clientibus ac familiaribus dici putant ac per hoc laudatores poetasque significari. 231 uirtus indigno hoc est: ingens atque praeclara. significat autem Augusti res gestas. 232 gratus Alexandro. [praeclara signif.] † Caesar poeticis bonis, quando quibus Alexander Macedo Choerilum magni fecit malum poetam.

---

1 magnı *M* 3 comedıa *M* 8 bıblıothega *M* 9 scıl. & allegorıa *M* 10 studıosa carmıneͣ *M* 11 accusato *nos:* accusat *M* 14 uın& *M* 16 quam *Pauly:* quod *M* male faciant *uel* mala sibi f.? fatıant *M* 17 cognomınatos bene 18 postquam *addidi* 19 neglentem *M* 20 *haec nos:* fauentıs nısıpı& atıs. adsıgnısque *M* 24 sacra et *nos:* sacrae *M* 26 adıcı *M* 27 *et* 28 sıgnıf. 30 faueat, inquit, Caesar poetis bonis, quandoquidem? 31 caerıllum *M*

233 incultis qui uersibus: neque arte neque natura facientis ornatis. et deest ‘pro’, ut sit: pro incultis uersibus. 233 rettulit acceptos . . Philippos. quid? Philippos. ἐπεξήγησις: regale nomisma. *regale nomisma:* aureos. et mire rettulit acceptos, tamquam diceret: legitime uendidit. acceperat autem pro singulis uersibus singulos Philippos. 235 sed ueluti tractata n.: contacta. et est sensus: quem ad modum atramenta polluunt, quodcumque contigerint, ita mali poetae res splendidissimas obscurant sordibus ingenii sui. notam labemque. conmaculant, quidquid attigerint. 237 idem rex ille poema q. t. r. et cetera. ordo est: idem ille edicto uetuit. dicit autem in poetis tantum modo errasse regem, cum in pictoribus et plastis diligentissimus fuerit. 238 tam ridiculum. † haemiscil. tam care, utpote nummis aureis. 239 Apelles pictor inclytus fuit, Lysippus aerarius † signif ex insolos status ad mirabatur. 241 quodsi iudicium subtile uidendis. quodsi, inquit, hunc regem subtilis iudicii † ipse uidebatur ad examinanda poetarum carmina uocauisses, inuenisses hominem ita stultum, ut eum diceres in Boeotia, id est crassos et hebetes faciente *natum esse.* hoc autem dicit ad Caesaris laudem, de cuius iudicio singulari circa recipiendos poetas statim dicturus sit. 245 at neque dedecorant tua. ut Choerilus Alexandri. et est sensus, *non* eius modi poetas esse Uarium et Uergilium, et quod de illis bene iudicat Caesar quod his largitur plurima, non stulte uidetur hoc facere. 248 nec magis expressi uultus: nec magis uultus exprimuntur in statuis clarorum uirorum, quam in

---

2 f. ornatis *nos:* fatıentıs ornastı *M* 4 exegesıs *M* reg. nom. *addidi* 11 notam *etc. haec non uidentur Porphyrionis esse* 15 plaustıs *M* 16 emisse ς, Choerili scilicet? 18 signifex? 20 in iis quae uidebat? 21 uocauisses *nos:* uocacıssımıs *M* 22 ut: & *M* 23 fatıentes *M* 24 recipiendos *Hauthal:* decıpıendos *M* 26 coer ıllıus *M* 27 non *addidi* uergıl & quo *M,* ut quod . . uideatur ς 30 nec magıs expressı uultus *M bis*

poemate mores eorum atque animi. 250 nec sermones ego mallem. nunc Horatius, tamquam sibi aliqui dixisset ‘Cur igitur non res gestas Caesaris scribis’, dicit se petiuisse, si posset; non enim malle sermones, hoc est saturam scribere, si heroico coturno par habuisset ingenium. 251 repentis per humum, et per hoc: humiles. quam res componere. hoc est: conscribere poemata rerum sublime gestarum. 252 arces montibus inpositas. conditas a Caesare ciuitates dicit. 255 claustraque custodem .. Ianum. Iani gemini templum ac portas belli pacato orbe terrarum solus clauserat Caesar Augustus. de qua re Uergilius: Dirae ferro et conpagibus artis Claudentur belli portae et Mos erat Hesperio. 257 si quantum peteret. dicit se iudicio magis quam ingenio paratum. et hoc uetus esse dictum Aristarchi ferunt, qui cum multa reprehenderit et in Homero, aiebat neque se posse scribere quem ad modum uellet, neque uelle quem ad modum posset. 260 sedulitas autem stulte quem diligit ur. haec sententia generalis eos tenet, qui prauo obsequio laedunt, quos amant, ut si te amet medicus inperitus et nolit tibi alterius inponi medicamina nisi sua. sed translatio ab his facta est, qui conplexu nimio quem amant praefocant, ut satius sit *a* stulto minus diligi. urguet autem ‘premit’ significat. 261 praecipue cum se numeris c. om-

13 Aen. 1, 293 et 7, 601

1 poema *M* 2 oratıus *M* 4 scrıbıt *M* petiuisse si *nos:* potuıss& *M*, potius uelle si ς *cf. ad u. 257* mall& *et* satyram *M,* saturas *Hauthal* 5 heroico *Hauthal:* herbo *M* 7 componer& *M* 8 conscribere poemata *nos:* ınscrıbere poemate *M* 9 ınponıt *M* 12 claustare custodıen dasunt (= custodem Ianum) *M* 13 uergl. Dırae ferro &c. a. c. b. p. & mos erat hesp̄. *M* 15 *Porph.* peterem *pro* cuperem *legisse uidetur cf. ad u. 250* 20 sedutılıtas *M* 21 hec *M* generalis eos tenet qui (*uel* generalis in eos, qui) *nos:* generalıs eoste q̄uem dılıgıtur. ut quı *M* 25 sit a: est *M* 26 premit *nos:* rem *M*

nium quidem, inquit, adulatio odiosa est, sed maxime poetarum malorum. et subicit causam. dicit enim citius *et* maiore studio ridiculos uersus disci et teneri quam admirabiles. ergo in aeternam memoriam foedatus est, quem tale carmen polluerit. 264 nihil moror officium. quantum ad me, inquit, pertinet, nolo mihi fieri obsequium quo grauer, hoc est: in dedecus premar. 264 ac neque ficto in peius uultu: ut nolo ab imperito de cera fieri turpior. 267 ne rubeam pingui: ne erubescam muneris accepta foeditate. et pingui 'non subtili' scilicet. 267 et una cum scriptore meo. ideo quia in eodem libro et scriptoris nomen inest et eius de quo scribitur, ut Uergilii Aeneis, Homeri Odyssia. 268 capsa porrectus. bene porrectus et 'in capsa operta', quasi mortuus in feretro. 269 deferar in uicum: Turarium pro charta sola. 270 amicitur: inuoluitur.

## EPISTULA 2, 2.

Flore. apparet hunc Florum comitem et familiarem Neronis et efflagitasse ab Horatio carmina et non mittentem increpuisse. cui per allegoriam respondens hic significat, item illum iniuste irasci sibi, quem ab initio pigrum ad scribendum sciat, quam iniustam uenditori litem dat, qui fugitiuum seruum sciens emerit. et tota fere haec epistula sub hac sententia est, carmina se Romae non fiducia ingenii, sed penuria familiari scripsisse, quae scripserit, praesertim cum *in* turba *et* multis occupationibus poemata componi non possint, quae ut bona sint cum magno scriptoris cruciatu sint emendanda. ad postremum

---

1 adulatio *nos:* aestimatio *M* 3 uersus discit *M* 7 graues *M* 8 facto *M* 10 mulieris *M* 13 nomen inest *nos:* nomine est *M* 14 uergill. *M* 15 correptus . . correptus . . capso opertus *M* 17 scola *M* 21 oratio *M* 23 hic *nos:* hoc *M* itam, e *supra* a *scr.*, *M* 26 subahac *M* 29 et *addidi* 30 possunt *et* sunt *M* 31 crutiatu sint emendata *M*

dicit philosophandum esse potius quam carmina facienda. 2 si quis forte uelit. argumentum a comparatione minorum ad maiora, hoc est, seruorum ad amicos. 2 natum Tibure uel Gabiis. bene Tibure, ut se significet. 3 sic agat: sic loquatur. hic et candidus. uerba sunt uenditoris. 6 uerna: domi natus. 8 argilla. deest 'quasi', ut sit: quasi argilla. uda id est: mollis. 10 multa fidem promissa l. hoc Horatius ex sua persona dicit ostendens, multa promittentibus omnino non haberi fidem et maxime cum promittit, qui pretio et lucro studet id est uenditor. 11 laudat uenalis. deest: seruos.

12 res urget me nulla. deest 'sed' aut quid tale, ut sit: sed me nulla res urget, ut tibi mea laudem. meo sum pauper. pauper quidem sum, inquit, sed tamen in meo aere non alieno sum constitutus, id est, nulli quicquam debeo. 13 nemo hoc mangonum: neque quisquam mango tibi haec faceret, id est, tam simpliciter loqueretur, nec a me ipso quiuis alius hoc auferret, id est, hoc audiret. mango autem dicitur, quasi † manci ago uel manu ago. 14 semel hic cessauit. iam haec uerba sunt, quibus mango utitur, ut confiteatur, cessatorem esse quem uendit, hoc est, fugitiuum. et bene † nemo, quod leuius delictum est. 17 ille ferat pretium. opinor, inquit, qui emptori ante proposuerit et pretium acceperit, non subibit poenam, si fugerit uenditus. 18 prudens emisti uitiosum, cum non in fraudem inductus sis. dicta tibi est. illa cum conditione emisti. 19 insequeris tamen: uenditorem scilicet. ac per *hunc* se significat. 20 dixi me pigrum p.

---

4 abııs *M* 5 sıgnıf. *M* 8 nuda *M* molli ς 10 omnino *Pauly:* omnıa *M* 11 praetıo *M* 13 quıa *M* 14 mea *nos:* me *M* 19 loquetur *M* 20 audıre *M* 21 mancipi ago ς. *M in ima pagina:* mango cuıus &hımologıa haec ÷ *(est)* 23 confiteatur *nos:* non fatur *M* 24 nemo *M*, cessauit *nos*, semel *Pauly* quıd *M* 26 praetıum accıpe nonut ıbıt . . fugıerıt *M* 29 sis: est *M* 31 dıxıt *M*

t. ut mango uenalem. 21 talibus officiis p. m. hoc est: ad scribendum debilem. et bene mancum, quod uitium manus est. 23 quid tum profeci. quid profeci, inquit, praedicendo uitium meum? o iura mecum facientia id est: pro me. et est quasi exclamatio. 24 si tamen adtemptas: si modo adhuc sollicitas, ut scribam tibi. 26 Luculli miles. huius exempli narratione uult ostendere uehementer stultum, quem res non doceat, quid sit utile. Luculli miles. hoc factum est in bello, quod populus Romanus duce L. Lucullo cum Mithridate rege Pontico gessit. et Luculli miles Ualerianus et Seruilianus exercitus. 27 ad assem: usque ad assem, hoc est, tota uiatica. 28 uehemens lupus. bene 'lupus' miles Romanus, quia in tutela Martis est lupus. sibi et hosti. *sibi* quia potuit perdere, hosti quasi raptori. 30 praesidium regale d. ut a. ordo: praesidium regale deiecit loco summe munito. 31 et multarum d. r. hoc est: praesidium a Mithridate super thensauros eius positum. 32 donis ornatur. a Lucullo imperatore. 34 forte sub h. t. praetorem Lucullum significat. *ita* enim olim duces imperatoresque dicti [et praefectus praetorio]. 37 i bone quo uirtus tua. uerba Luculli militem hortantis. 39 post haec ille catus. post haec ille doctus, inquit, exemplo † ut si sit stultus sibi et dicit: ibit eo, quo uis, qui perdendo zonam didicit, unde sit lucrum. eo: illuc. catus: expertus et doctus. zonam: sumptus et uiaticum, quod in zona fere milites portant. his autem omnibus Horatius uult ostendere, primo dispendio rei familiaris se coactum, post

---

1 ut *nos:* ue *M* 5 facıentıa *M* pro: per *M* 7 lucıllı *M* 8 uehementer *nos:* uenıentes *M* 9 lucıllı *M* 10 in bello quod *nos:* bello ınquıt (pr̃.) *M* 11 mıthrıdatae *M* 15 tutelam *M* 16 sibi *add. nos et Mich. Petschenig Zeitsch. f. österr. Gymn. 1868 p. 650* 18 dıecıt *M* 19 mıthrıthate *M* 21 luculo *M* prętorum *M* 22 ita *addidi* 23 *haec deleui* 24 lucıllı *M* 28 illuc *nos:* ıllud *M* 29 ın zonam *M*

inuitatum donis ac lucro ad scribenda carmina deuenisse. 41 Romae nutriri. et discitur Achillis iracundia [omnibus] et quantum offuerit Graecis omnibus. et hic figurate saeuitiam Caesaris Augusti in aduersas partes uidetur ostendere. 43 adiecere bonae paulo plus a. dicit se etiam Athenis philosophiae operam dedisse. 44 curuo dinoscere rectum id est: per ethicam partem philosophiae discere, quid sit uitium quid sit uirtus. 45 atque inter siluas A. q. u. bene Academi siluas, uel quia contra omnium sectam Academici disputant, qui dicunt latere ueritatem et ideo semper esse quaerendum nihilque bel * *. 46 loco me t. excusatio, quod contra Augustum pro Bruto militauit. et bene aestus, non 'uoluntas'. 48 non responsura l.: inparia. Bruti autem arma significat. 49 me dimisere Philippi. Thessaliae campi, ubi uictus est Brutus. 50 decisis h. p. saepe hac translatione utitur Horatius, ut Maiores pinnas nido. significat autem proscriptum *se* fuisse. 51 paupertas inp. audax et cetera. carmina, inquit, quae ex me expetis, Flore, numquam scriberem, nisi [et] egestate conpulsus essem. nunc itaque, postquam habeo quod mihi satis sit, si non praepono somnum uersibus, insanio et nullo elleboro curari possum. 52 quod non desit: quod satis sit. 53 quae poterunt u. s. e. quod tandem, inquit, helleborum satis erit, ut expurget insaniam simque iam sanus. cicutam autem pro elleboro posuit, ni pro: si non. 54 ni melius dormire. legunt: *ne* melius. sed ni uerum est. 55 singula de nobis

19 E 1, 20, 21

1 ac: a *M* 3 iracundia quantum ς omnibus *ex iis quae sequuntur illatum uidetur* 4 figura *M* 6 dicit se *Hauthal:* dicitis & *M* philosopho *M* 10 bene aca. d. s. uel *M* 13 *haec nos:* bello comt. *M* 15 responsum *M* 16 dimisere *M* 19 nidos signif. *M* 29 *sch. u. 54 post sch. u. 51 in M* 29 ne *addidi et* sed uniuersumq: est *M correxi* 30 singulae *M*

a. p. e. a. Uergilius: Omnia fert aetas animum quoque. et est alia causa excusationis in aetate, cur iam non scribat. 57 quid faciam uis d. nunc deest: nisi ut non scribam poemata. 58 denique non omnes e. m. a. q. alia causa non scribendi, quia quid scribam potissimum nescio propterea quod non idem omnibus placet. 60 ille Bioneis s. Bion Aristophanis comici pater dicitur fuisse magnae dicacitatis, quam uult intellegi de nigro sale. an 'nigrum' malum intellegimus, 'salsum' autem facetum et iocularium? 63 renuis tu quod iubet alter. mire iam dramatico charactere tamquam ad ipsos conuiuas loquitur unum quemque eorum appellans id poscentem quod ceteris displicet. 65 praeter caetera. alia causa non scribendi, quod Romae *in* occupationibus nihil condignum memoria scribi potest. 66 inter tot curas q. l. hoc est quod dixit Romaene id est: in qua urbe tot curae sunt et tot labores. 67 sponsum uocat hoc est: ut pro se spondeam. 68 cubat: aegrotat. 70 interualla uides h. c. ironia, per quam ostendit [quam] 'uehementer esse incommoda' *id est* '*non* mediocriter magna'; nam antiqui pro magno commodum dicebant. 70 uerum purae sunt. interrogatiue pronuntiandum. 72 festinat calidus. festinat, inquit, properus redemptor et mulos agens et sarcinarium ad rhedam. [gerulisque] redemptorem autem cursus publici significat et animalium praebendorum. Sallustius: Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris. 73 torquet nunc lapidem. torquet: mouet trahit uel sustinet.

74 tristia robustis. hinc plaustrum hinc funus uenit, et obuia utraque neutro transeunte luctantur.

---

1 Buc. 9, 51 28 Sall. fragm. hist. 3, 5

---

1 uergıl. *M* 7 placent *M* 8 arıstofanıs *M* 9 uul *M* 10 facaetum *M* 11 ıubeat *M* 15 romę occupatıonıs *M* 20 IPωNIα *M* 21 *haec nos:* ostendıt quam uehementer & ıncommoda medıocrıter *M* 23 plurę *M* 26 sarcınarum ad redam *M* 28 sal. *M* 31 trıstıtıam *M*

funera autem dicit ipsam pompam et exsequias. 75 hac rabiosa fugit c. haec sunt quibus ostendit puras plateas non esse, in quibus cogitans poeta uelut securus incedat. 76 i nunc. oportune per epitropen ostendit fieri carmina Romae non posse. 77 scriptorum c. o. a. ad superius argumentum hoc pertinet, quo probat in frequentia urbis poetam scribere non posse. 78 rite cliens Bacchi. non mirum, inquit, si poetae siluas amant, quas amat Liber musicus deus, in cuius tutela poetae omnes constituti sunt. 80 et contacta s. u. u. legitur et contracta: caute inpressa, ut ea sequendo contigerit imitator. 81 ingenium sibi quod uacuas d. A. qui Athenis, inquit, multo tempore studuerunt et muti et ridiculi euadunt, nedum si Romae uelis aliquid discere, ubi nullum otium est. 81 uacuas Athenas. utrum ʽotiosas’ an per *ὑπαλλαγὴν* ʽipse uacuus’, ut Sallustius ait At Sertorius uacuus hieme copias augere. 82 insenuitque l. legitur et insonuit. sed si insenuit, ʽinpalluit et inmoratus est’ significat, si insonuit, ʽinstrepuit atque exercuit uocem’ intellegitur. 83 Curii statua t. exit. ingenium scilicet. *Curii* autem statuam pro qualibet dixit. an ideo † cur duplex sit plumbeus. nam Curius ob seueritatem taciturnissimus fuit. 84 risu populum quatit, ac per hoc: inridetur. 86 digner: condignum arbitrer, id est, uelim. 87 frater erat Romae. hanc fabulam ad hoc inducit, ut ostendat poetas se ipsos inuicem laudare non iudicio sed mutua adsentatione. † fratres miros eleuationes honores praefere-

18 Sallust fragm. hist. inc. 2

9 poetae siluas amant quas *nos:* po&as amant quos *M*, poetae amant nemus quod *Clm. 375* 14 athenas *M* multı et *M* 15 nedum *nos*: necenım *M* 17 ypallagen *M* 18 sall. *M* uacua? 22 curııs statuat t. *M* scıl. *M* 23 Curii *addidi* 24 cur: ut? 25 quatit: que *M* 28 hınc *et* hos *M* 29 iudıcio *nos:* lucıo *M* 30 miras eleuationes honoris proferebant ς

bant, cum alter iuris consultum Mucium Scaeuolam diceret, alter oratorem Tiberium Gracchum nominaret. nam apud ueteres tam primus iuris consultus Mucius Scaeuola extitit, quam orator Tiberius Gracchus. 90 qui minus argutos id est: qua re minus insani poetae sunt, cum se quoque inuicem laudent? argutos: canoros. 91 hic elegos: (ἐνέργεια) id est: alter. 92 caelatum: uariatum et quasi pictum. nouem Musis: omni genere metrorum. nam genera metrorum principalia nouem sunt. 93 quanto cum fastu quanto m. c. et cetera: nobis placeamus incedentes. circum spectemus: una pars orationis est diuisa in duos uersus Lucilii more et antiquorum.

94 uacuam Romanis: poetis deditam Latinis, id est, uacantem. significat autem aedem Musarum, in qua poetae recitabant. et hoc recte; nam Graeci poetae in Athenaeo consuerant. et ideo additum uacuam Romanis uatibus. 95 si forte uacas sequere. bene additum si forte uacas, tamquam et hoc ipsum facere superuacuum iudicandum sit. 96 quid ferat et quare. quid † esse praebeat tolleret uel quid adferat. 98 Samnites: tamquam Samnites, quorum pugna semper stataria est. uidetur autem haec metaphora uel a Samniticis gladiatoribus uel a bello acerrimo Samnitum aduersum Romanos esse translata. ad lum. p.: usque ad lucernam, id est, ad uesperam. duello: bello diuturno. 99 discedo Alcaeus puncto illius. iudicio illius, inquit, Alcaeo lyrico comparor et fio alter Alcaeus functus suffragio humili ac plebeio. 99 quis quis. singillatim pronuntianda sunt haec pronomina. *illum Cal-*

---

2 *et* 4 tib. *M* 5 arguto *M* id est *nos:* in *M* 6 laudent *nos:* laudarent *M* 7 canores *M* elogos *M* ЄNЄΡΓIΆ · id · alter *M* 8 *sch. ad* caelatum *post sch. ad* nouem *in M* 11 fastu que m. *M* cetera *nos:* ser *M*, sic ς 13 lucii *M* 16 quam *M* 17 atheneo *M* atthidum *M* 21 de se praebeat tollere ς 22 *sch. ad* samnites *post sch. ad* ad lum. *in M* 24 metafora *M* 29 comparar *M*

*limachum* uoco, ut me ille Alcaeum nominat. 100 si plus adposcere uisus: si hoc illi parum fuerit et plus a me exegerit laudis. et hic ostendit non pro merito poetas sed pro uoluntate laudari. 101 optiuo: adoptiuo et adscito. Alcaeus autem lyrici carminis, Callimachus elegiaci auctor est, Mimnermus duos libros luculentius scripsit. 102 multa fero. multa, inquit, patior, ne mihi poetae irascantur, sed tam diu quam ipse scribens laudari me exspecto. 102 inritabile: iracundum ac litigiosum. 104 finitis studiis. finitis, inquit, carminibus. et bene recepta mente, tamquam ex insania poeticae professionis ad me rediens. 105 obturem patulas. non solum non laudabo, sed etiam obcludam aures ne quem audiam recitantem. 106 ridentur. sensus: ridentur quidem, sed tamen delectantur uersibus suis. ostendit autem, quam laboriosum sit emendatissime scribere. 107 et se uenerantur: mirantur ac diuinos poetas se uocant. 108 laudant quidquid scripsere beati. subdistingue scripsere et sic infer beati. ‘stulti’ enim dicturus intulit beati ad intellegentis et cum iudicio scribentis tormenta respiciens. 109 at qui legitim. bonus scilicet poeta. 111 audebit quaecumque. proprie dixit audebit, ut ostendat magnam rem esse hoc facere. Uergilius: Aude hospes contemnere opes. 113 mouere loco: tollere atque mutare. inuita recedant. plerumque ita sunt uerba, quae prima posuerimus, ut etiam cum praua sint, tamen bene nobis posita uideantur. 114 et uersentur . . *penetralia Uestae*, id est: domi. per quam metaphoran ostendit, licet in animo nostro fixa uersentur, tamen excludenda esse,

---

25 Aen. 8, 364

---

2 plur *M* 6 mineruius *M* 7 luculentius *Hauthal:* luculentibus *M* 18 uenerantur *M* 20 scripsere: dixi *M;* subdistinguere dixere *M* 22 respicens *M* 27 recedunt *M* 28 uerba coniuncta *Acr.* 31 m&aforan *M*

quod fit etiam temere admissis hominibus. alii intellegunt: cum adhuc * *. 115 populo b. e. antiqua et obsoleta senio in consuetudinem reuocabit. et utrum ‘populo obscurata’ an ‘populo bonus’. 119 adsciscet n. utetur etiam nouis uerbis de usu nascentibus. [121 beabit d.] 123 tollet: aut ‘amputabit’ aut ‘extollet et ornabit’. 124 ludentis speciem dabit. ita [ne] carmen efficiet, ut auditori lusisse non laborasse uideatur, ita tamen torquebitur et fatigabitur, ut pantomimus qui nunc † totus Satyri nunc Polyphemi Cyclopis conatur imitari personam. 126 praetulerim scriptor. mallem, inquit, stultus esse, ut meis carminibus malis delectarer, quam intellegendo emendandoque cruciari. 128 fuit haut ignobilis Argis. uetuste pro: Argiuis. et facete simul adcommodatur exemplum, quo ostenditur, quam sit secura dementia. 129 qui se credebat. bene credebat; non enim audiebat. et pulchre additum miros, ut non in eo tantum error esset, quod audire se credebat, sed etiam quod ‘miros’. 131 cetera qui uitae seruaret munia. hoc dicit, in aliis rebus illum non fuisse dementem. 132 bonus sane uicinus. commoda occasione percurrit officia boni patris familias. 134 et signo laeso. satyrice tamquam hoc multi faciant. 135 posset qui rupem et puteum. superius quasi sanum describebat, hic ergo quasi leuiter insanum. 137 expulit elleboro . . meraco: multo et crasso, utpote contra tantam dementiam. 138 redit ad se: sanus factus est. 138 pol me occidistis amici non seruastis ait. ideo securius est insanire quam sapere. 139 cui sic ex-

---

1 etiam temere *nos:* nam demere *M* alii *nos:* alıs *M* 3 absoleta *M* reuocauit *et* obscurat *M* 5 nobıs *M* 6 tollıt *M* 7 extolletur *M* laudentıs *M* 8 ut: & *M* 10 panto mınus *M* motus? 11 polyfemı *M* 13 *haec nos:* delectarer legendo cruciandoque cruciarer *M* 14 aut *M* 15 Argus . . Argiuus? 20 se: s *M* 21 uıta seruare *M* dıcat *M* 23 occasıo *M* 27 extullıt *M* 30 ideo *nos:* adeo *M* 31 cui: quod *M*

torta uoluptas. mire non 'morbus' sed 'uoluptas'. 140 mentis gratissimus error: ille scilicet, quo malis suis homines non solum non dolent, sed etiam delectantur. unde illud Graecum est Ἀμαθία θράσος. 141 nimirum sapere est ab. commemoratis omnibus incommodis in arte poetica constitutis illud concludit, nihil esse melius studio sapientiae id est philosophiae. et est ordo: nimirum abiectis nugis utile est sapere et concedere pueris tempestiuum ludum id est artem poeticam. 142 tempestiuum: oportunum, congruum. pueris: puerili aetati. 143 ac non uerba sequi fid. ac non eam partem musicae sequi, qua cantilenae [uitae] modi numerique concordant; in his est enim altior quaedam scientia musicae disciplinae. 146 si tibi nulla sit. haec uerba Horatii sunt secum loquentis quasi cum alio. si tibi, inquit, grauior sitis bibendo fieret, referres ad medicos et indicares. sic et alibi Crescit indulgens sibi dirus hydrops. 149 si uulnus tibi monstrata. si quis, inquit, tibi herbam aut radicem ostendisset tamquam utilem uulneri tuo tuque eam expertus [me] inutilem conperisses, non utique *utereris*. cur igitur diuitias cupis, quas adquirendo didicisti nihil conferre ad sapienter beateque uiuendum, quandoquidem diues factus nihilo minus stultus es, quam antea fueras, cum pauper esses? 151 audieras cui rem di donarent et cetera. hoc dicit: si ideo diuitias adpetisti, quod audieras te stultitia cariturum cum diues esses, postquam diues ad sapientiam nihil promouisti, etiamne copias facultatesque sectaris et adhuc audies opulentiae laudatores, quibus iam semel

---

18 od. 2, 2, 13

---

2 illoscil. *M* 6 commodis *M* 11 aetate *M* 13 qua *nos:* quae *M* uitae *deleui* 14 scientiae *M* 17 referr& *et* iudicas *M* 19 dirum. ydrops *M* 20 monstratam *M* 21 eam: ame *M* 23 cupit *M* 27 remedia *M* 30 sectari · sed ad hoc *M*

credendo deceptus es? 155 at si diuitiae prud. r. p. † si a quoquam quaestu uincereris et auariore ullus esset. quippe praesertim et minus cupidos et minus timidos homines facient, si modo id uerum esset. 157 uiueret in terris. erubesceres, ait, si te quisquam esset auarior et ideo sapientior, si quidem opes sapientiam daturae essent. 158 si proprium est. dicit nihil † quicquam. proprium est. q. q. l. me ae quas possidet, an nihil praeter usum fructum quem nos capere debebunt postrique rei. inter nos et nihil possidentes nihil distare nisi quod illi sine cura aluntur. si proprium est q. q. . quaedam si credis et reliqua. deest '*et*', ut sit ordo et sensus: si proprium quod quis [ordo] libra mercatus et aere est et quaedam mancipat usus (si modo credis iure consultis): qui te pascit ager tuus est. libra et aere. uerba sunt iuris quibus omnis emptio confirmatur, cum per libram expensa pecunia, per aes ipsum pretium demonstratur. unde et libripens huius modi testificationibus adhiberi solet. 159 mancipat usus. hoc est: usus possessorem facit. 160 qui te pascit a. t. et uilicus [quis] O. quamuis non tu, sed Orbius uideatur esse possessor. 162 das nummos: ut ille cuius ager est pro toto dedit, ita tu pro eius partibus id est fructu. 163 temeti: uini, quod temptet mentem, unde temulenti dicuntur dicti prima syllaba producta. 164 paulatim: per minimas partes pretii. fortasse trec. aut etiam. commodius tu emis, quam illi emptus est, qui possidet. nam ille semel pretium soluit trecenta milia uel quadrin-

---

1 est *M*   2 si . . ullus esset *delenda,* quippe . . (facientes) . . uerum esset *scholio u. 157 addenda uidentur*   8 nihil cuiquam proprium esse quod possidet aut nihil?   10 debemus posterique nostri?   14 libera . . here *M*   15 mancipatus si *M*   16 ager t. libera & hęrę *M*   17 quibus quib: *M*   18 per aes: penes *M*   19 libripes *M*   20 mancipetus hoc, e *in* a *corr.,* *M*   21 pascit: p. *M*   23 oruius *M*   26 dicti *Pauly:* dicta *M*   28 pr&. *M*   29 est: esset *M*   30 milia: ·m· *M*

genta, tu minutatim et pro arbitrio tuo. 166 quid refert u. n.: [quid est] quid interest, inquit, utrum paulo ante an olim numeraueris pretium, dum uiuas eodem modo, quo ille qui olim conparauit. si emptio facit dominum, emisti, si usus tu eris; si tempus, nihil in iure distat, olim an nuper coemas, dum emendi potestas sit. 168 emptum caenat h. licet se putet inemptis holeribus et lignis possessor uti, emptis utitur et falsum putat suum uocans usque ad limitem certum, quasi quicquam semper nostrum sit, quod multis dominis possessorem commutat. 170 qua populus adsita. usque ad eam partem, qua populus arbor adsita id est innata limitaris certaminis indicat fines certos et uicinorum iurgia uitare facit. sic Uergilius: Usque ad aquam et ueteris iam fracta cacumina fagi. et est ordo et sensus: usque ad eum locum, quo populus adsita certis limitibus iurgia uicina refugit. 172 puncto quod m. h. id est: perfacile et cito. 173 nunc prece nunc p. colligit, quot modis dominia permutantur. 174 in altera iura: in alterius potestatem. 175 si quia perpetuus et cetera. uidetur sententiae tenor iam dudum hic esse et hoc significari: si emptione uel usucapione ad legitimam possessionem *ueniamus*, neminem esse tam pauperem, qui non hoc iure omnem agrum suum esse possit credere. si uero nullus perpetuo possit uti rebus quaesitis, sed temporalis uicissitudo seruetur inter homines, nihil prodesse uicis aut horreis aut saltibus plurimis dominum fieri hominem, si qui-

15 Buc. 9, 9

3 numeraueris *nos:* numerauerit *M* 5 usus, tu ς 9 falsisn *M* 11 dominiis? 12 adsit *M* 13 adporadsit. id *M* limitaris *nos:* lemitalis *M* 14 facit: f. *M* uergil. *M* 15 iam f. cf. et *M* 17 qua *M* adsit e. l. u. r functo *M* 18 m. n. id. perfacili *M* 21 qua *M* 23 signif. (*alias* = significat) *M* emptio *M*, emptione *scripsi et* ueniamus *addidi* (*an:* usucapio ineat?), usucapio . . neminem inducere possit ς 26 *haec nos:* perpetuus possit unde rebus *M* 29 pluris *M*

dem moriturus sit diues eadem sorte qua pauper. 176 uelut unda s. u. ut fluctus per uices ueniunt, cum ex inmenso uoluitur mare. 177 Calabris: fructuosis. est enim Calabria praeter ceteros reditus etiam pecuaria et lanarum mollium ferax item Lucania. 178 saltibus: latis fundis porrectis per plurimos montes. 178 si metit Orcus: amputat. et est translatio a segete ac messoribus. 180 Tyrrhena sigilla: Tusca. nam apud Tuscos primo Italiae signa de marmore processerunt. 181 Gaetulo murice: Afro, ac per hoc: Mauro. significat enim purpuram Girbitanam. 182 sunt qui non habeant ac per hoc: desiderent. nam et qui habere non curat, non habet. sed prior ille inops uidetur, quem cupiditas torquet. 183 cur alter frat. ordo: cur alter fratrum cessare praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter siluestrem flammis et ferro mitiget agrum, scit genius *qui* comes natale astrum temperat et est naturae deus humanae. hoc autem dicit: cur equidem diuersa sint homines uoluntate, non curo; scit enim hoc genius, qui sortis nostrae dominus habetur; uerum utar rebus partis nec me defraudabo, metuens quid de me heres sentiat, et utrum me mortuum uituperet necne. et hic heredem captatorem significat, non adgnatum. 183 alter fratrum. bene fratrum. haec res enim facit, ut mirum sit dissimiles esse. 184 Herodis palmetis. Herodes in Syria Phoenice rex Iudaeorum, per cuius palmeta magnas diuitias significat. 185 inportunus: sine portu ac requie, hoc est: auarus. et ipse explicat, quid est ‘inportunus’, dicendo ad umbram lucis ab ortu, hoc est: a mane

---

2 per uices *nos:* super uıcem *M,* super se inuicem ς 3 uoluuntur mari *Fabricius* 4 fluctuosıs *M* 6 *sch. ad* saltibus *post sch. ad* emerit *in M* 7 si metit: emerıt *M* anputat *M* 12 sunt: su *M* 13 habıtarent ɴ. curant non *M* 18 genıus natalec. natale astrum *M*, qui *addidi* 22 utar *nos:* ut a *M* 24 necme *M* 26 dıssımılı *M* 27 herodes *M* 30 sit ς

usque ad uesperum. 186 siluestrem flammis et f. officium est agricolae non quiescentis et auara spe in futuros reditus extenti. 187 scit genius natale c. hoc secundum philosophos, qui putant homines *εὐδαίμονας* et *κακοδαίμονας*, dicit, quia daimon genius intellegitur. 189 uultu mutabilis. aut uultum nunc pro uoluntate posuit, aut deest 'cum', *ut sit: cum* uultu mutabilis et tam dispar, quam sunt inter se hominum uultus. 189 albus et ater. prouerbialiter. hoc est: bonus et malus. et album ad liberalem et laetum reddidit, atrum ad sordidum et aerumnosum. figura *ἀπόδοσις* prima. 190 et ex modico quantum res poscit. caute adiectum quantum res poscit, ut mundum se, non prodigum fuisse demonstret. et ex modico. deest 'quamuis' et 'tamen', *ut* sit: quamuis ex modico, tamen tollam. *ἀνακόλουθον* tertium. 191 heres. hic heres non legitimus, sed heredipeta. 192 quod non plura datis inuenerit: quod non plus consecutus fuerit ex meis, quam in me inpendit. et congrue Horatius de se loquitur, cui deest filius. 192 et tamen idem scire uolam. redit ad mediocritatem Peripateticorum et dicit ita se usurum bonis, ut non obliuiscatur medium ferendum esse, cum intersit inter hilarem et nepotem, parcum et auarum, quamuis parum considerantibus similes esse uideantur. 195 distat enim spargas. ostendit, quid distet inter supra dictos. 197 ac potius p. ut festis Quinquatri-

---

1 sıuestrem fl. & *M* 2 aurıculae *M* 3 futuro *M* 4 philosophos qui putant *nos:* quıdpp̄hoc putat *M*, id quod putant (. . dici) ς 6 uultum ab ıllıs *M* 7 deest eum uultum ab ıllıs & *M* 11 redditio figura = *ἀπόδοσις* 13 possıt *M bis* caute . . possit *bis scripta in M* 17 ανaKΛuτ non tertıum *M*, *fort. referenda sunt haec ad tenorem sententiarum ad u. 183 explicitum sch. ad* heres *post sch. ad* quod non *in M* 19 dıtıs ınuenerıs *M* fuerit *nos:* fuıt *M* 20 meis: medıs *M* pendıt *M* 21 cui deest *nos:* quıd * se *(littera erosa) M* 24 seruandum *Fabricius* 25 paruum *M* 26 sımıle esse uıdeatur *M*

bus olim. † quinquatres a quinquatris diebus, qui dies ad ferias Mineruae pertinent propter ea, quod [est] festa solemnitas eius deae per hoc spatium temporis celebratur. ut igitur pueri ludo intenti insatiabiliter utuntur his feriis, ita et tu, inquit, moriturus exiguo uitae tempore raptim uoluptatibus plurimis defruaris. olim autem nunc pro: semper. 199 pauperies i. pauperies: egestas. nam paupertas etiam honestae parsimoniae nomen est et usurpatur in fortuna mediocri. 201 non agimur tumidis. adhuc *de* mediocrium fortunarum bono loquitur. tumidis uelis Aquilone secundo id est: nimia felicitate uenti. et bene in allegoria perseuerauit, quia supra nauem dixerat. 203 uiribus ingenio specie uirtute loco et cetera. ingeniose descripsit, quid sit homo mediocris, dicens mediocrem esse, qui sit a summis minor, ab infimis maior. 205 non es auarus. non es: [usurpatur in fortuna mediocri]. *facit per* ὑποφορὰν respondentem more satiricorum, qui dicat: scimus te non esse auarum. uade securus de hoc ipso. sed quid prodest auarum te non esse, si in ceteris haeres uitiis ac teneris? quid cetera iam simul. sic pronuntiandum est, ut intellegatur non fugisse alia uitia. 206 caret tibi p. i. a. ambitio popularibus auris dedita est. 208 somnia terrores magicos miracula sagas nocturnos. haec omnia ad superstitionem referuntur. miracula *sagas.* dicit sagas mulieres magicarum rerum et carminum scias, tamquam satis agas et multum agentes. ut magos

---

1 a quinque diebus ς *scholion codicis Bamberg. nomen a* ‘quinque atris diebus’ *ortum dicit, quod* ‘Galli hostes quinque diebus Romam tenuerunt’ 5 et tu *nos:* aut tum *M* 6 defruaris *nos:* res fruaris *M* 7 *sch. ad u. 199 post sch. ad u. 203 in M* 9 usur paturi fortunę *M* 13 uenti *nos:* uehementi *M* 15 luc et cetera *M* quod *M* 17 auarus non est *M* 18 facit per *addidi* 19 ypoforam *M* ἀνθυποφοράν? satyricorum *M* 24 fuisse, g *s. l. add., M* ambitio *nos:* a. *M,* quae ς 25 errores *M* 26 nocturnas *M* 27 miracula: mire ς sagas *addidi* 28 sagis *M*

dicimus quasi magnos a magnis rebus quas agunt. 209 nocturnos lemores. umbras uagantes hominum ante diem mortuorum et ideo metuendas. et putant lemores esse dictos quasi Remulos a Remo, cuius occisi umbras frater Romulus cum placare uellet, Lemuria instituit id est Parentalia, quae mense Maio per triduum celebrari solent ante additum anno mensem Februarium. ob quam rem Maio mense religio est nubere, et item Martio, in quo † deputetis habito a Minerua Mars uictus est, et obtenta uirginitate Minerua Neriene est appellata. 209 portenta Thessala. Thessalorum promissiones incantatorum. de quibus ait Uergilius: Haec se carminibus promittit soluere mentes Quas uelit et cetera, et His ego saepe lupum fieri et se condere siluis Moerim et quod sequitur. 209 rides: contemnis. 210 natales grate numeras, quod non faciunt nimium timidi senectutis et mortis, quam ex natalibus multis iam iamque proximam perhorrescunt. 212 quid te exempta iuuat: allegoria. quid prodest, inquit, uno eo te carere uitio *a* tam multis possessum?

213 uiuere si recte nescis. da locum, inquit, melioribus, qui uiuere sciunt, et patere succedi tibi. 214 lusisti satis. hoc apud philosophos frequentatum est, de uita sapientem abire oportere aequo animo, ut e conuiuio pastum saturumque conuiuam. et moraliter repetitum satis, quod acclamationis est.

215 tempus abire tibi. utrum quia deus iam te uocat, an quia diu multumque uixisti? et mire in

---

13 Aen. 4, 487 et Buc. 8, 97

---

2 nocturnosı *M* Lemures ς *cf. Charis. p. 32, 23 Keil et Placidi gloss.* uımbras *M* 4 remules ς 5 placere *M* 7 solebant ς *fort. recte* ante adtıto manno mensem *M* 9 item: ıre *M* de nuptiis habito certamine ς 12 thessalıo promıssıonıs *M* 13 uergıl. *M* 15 &secund. s. moerım *M* 20 ıuuat: L. *M* allıgorıa *M* 21 eo *nos:* ego *M* 23 patere *Pauly:* succedi *nos:* patre succedıt *M* 27 apud clamatıonıs *M*

fine operis de fine disputat uitae. ne potum largius aequo: ne iusto plus uiuentem et ob hoc delirum senem iuniores ludificentur habeantque derisui. et uide perseueratum esse in allegoria de conuiuio facta. nam non minus senes quam poti plerumque decipiuntur. 216 rideat et pulset. bene adiectum pulset, id quod peius est. lasciua decentius aetas: quam lasciuam esse magis deceat, quam te qui es maturus senex.

## CARMEN DE ARTE POETICA.

Humano capiti ceruicem pictor equinam iungere *si* uel. hunc librum, qui inscribitur DE ARTE POETICA, ad Lucium Pisonem, qui postea urbis custos fuit, eiusque liberos misit; nam et ipse Piso poeta fuit et studiorum liberalium antistes. in quem librum congessit praecepta Neoptolemi *τοῦ Παριανοῦ* de arte poetica non quidem omnia sed eminentissima. primum praeceptum est *περὶ τῆς ἀκολουθίας*. nam ut pictor si humano capiti equi dederit ceruicem eamque uoluerit decorare pinnis et inferiorem partem membrorum exprimere piscis effigie superiorem uero mulieris exornare specie, ualde ridebitur, quod contra naturam omnia faciat: ita poetice, si ornatus causa plus, quam exigit materia, aliquid institutum *est,* meretur contempni. 5 risum teneatis amici. percontantis est haec uox et praecipientis utique rideri

3 senes auınos eludıfıcentur *M* 4 factam *M* 9 *in fine (f. 50) codicis M scripta sunt haec:* POmPONI. POR | PHYRIONISCOm | MENTARIUS INHORATIŌ | EXPLICIT FELICITER UTERE | FELIX· *manus antiqua:* OMNIA PROBATE. quod bonum ē tenete 10 *f. 22 post subscriptionem quarti libri Odarum M:* INCIPIT EIUSDEM CARMEN· DE ARTE· POETICA· 11 capıte *M* pictor: sı quıs *M* 13 lucıdm̃ *M* 14 lıbros *M* 18 αΚοΛογΦιας *M* 20 eumque . . decorarı *M* 23 si: s *M* 26 rıdeorı *M*

oportere. 9 pictoribus atque poetis quidlibet audendi semper fuit aequa potestas. sequens praeceptum est, omnes quidem poetas potestatem habere fingendi ita ut aliquid faciant, non ut uelint cum auibus serpentes uel cum agnis tigres iungere.

14 inceptis grauibus plerumque et magna professis. plerumque. tertium *καϑολικόν* [et magna professis] est, naturam quorundam poetarum esse pessimam, qui incipiant grandia describere, deinde in locos communes exeant, qui licet boni sint, tamen ridentur ac superuacui habentur, nisi loco positi sint.

15 purpureus late qui splendeat unus et alter adsuitur pannus. per hoc locos communes significat. 18 aut flumen Rhenum. non dixit genere masculino 'Rhenus', sed neutro 'hoc Rhenum', quia est 'hoc flumen'. 19 et fortasse cupressum scis simulare. hoc prouerbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud bene pingere quam cupressum. ab hoc naufragus quidam petiit, ut casum suum exprimeret. ille interrogauit, num ex cupresso uellet aliquid adici. quod prouerbium Graecis in usu est *Μή τι καὶ κυπαρίσσον ϑέλεις;* 21 amphora coepit institui currente rota cur urceus exit. hoc dicit: quare cum aliam materiam institueris scribere, aliam efficis? quo modo ridendus est figulus, qui cum destinauerit amphoram fingere urceum efficiat. 24 maxima pars uatum pater et iuuenes patre digni decipimur. hoc tale *παράγγελμα* est: erramus, inquit, et dum conamur ueram uirtutem sequi, uicina uirtute in uitia incidimus; nam breuiter scribentem sequitur obscuritas, leuia conponentem nerui inhibent,

---

1 quodlıb& audıendı *M* 2 seques *M* 6 grauıorıbus *M* 7 tercıum ΚαΘΟαıΚοΝ *M; quae sequuntur, deleui* 8 natura *M* 10 exeunt *M* 19 petıt *M* ut casum *nos:* scutum *M cf. ad Od. 1, 5, 12* 20 cypresso *M* 22 Τηξ ΚΥΡΙϹϹΟΝ ΘΕΑΕΙϹ *M, ἐκ κυπαρίσσου* ς, *καὶ κυπαρίσσου H. Stephanus* anfora *M* 26 amforam *M* 28 ΠΑΡΓΓΕΑΜΑ *M* 30 uirtuti ς

diserta profitentem *κακόζηλα* uitiant spreta rerum inspectione. 29 qui uariare cupit rem prodigialiter unam. aliud hoc praeceptum est, non esse fabulis indulgendum nec extenuandam usque in uitia materiam. 32 Aemilium circa ludum faber imus. Aemilii Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balineum est. hic demonstrat aerarium fuisse fabrum, imum hoc est: in angulo ludi tabernam habentem; 38 hoc autem praecepto sumite materiam uestris qui scribitis aequam praecipit nunc eis, qui sunt poetae, ut eam materiam eligant, in qua possint placere. 40 cui lecta potenter erit res id est: qui legerit id quod praestare possit. potenter· figurauit *ὡςεὶ δυνατῶς*. 42 ordinis haec uirtus erit et uenus aut ego fallor. loquitur nunc *περὶ τῆς* † *αξιας* quo ordine seruanda a poetis. uenerem autem decorem carminis significat. 47 dixeris egregie notum si callida uerbum. exponit nunc de uerbis ueteribus ac nouis, quo modo poetica sint. nam licet aliqua uulgaria sint, ait tamen illa cum aliqua conpositione splendescere. uerbi gratia 'curculio' sordida uox est, ornatu accedente uulgaritas eius absconditur hoc modo Populatque ingentem farris aceruum. [curculio apud Homerum est, qui fabam libenter uescitur.] 48 si forte necesse est indiciis monstrare recentibus. quod si item, inquit, ad rem aliquam explicandam uerba antiqua non suffecerint, permittitur poetae noua fingere. in-

23 Uerg. Georg. 1, 185

1 KaKozιλα uιtιan. *M* 2 uarιarι *M* 5 fauer *M* 6 laepιdι *M* 9 *post* praecepto *recte Pauly uidetur lacunam statuisse* 10 scrιptιs *M* 13 praestrare *M* 14 *sic nos: ὡς εἶ δυνατός* ς 16 *τῆς εὐταξίας* ς, *sic* de ordine seruando *scribendum uidetur. sed ἀξία fort. significat* dignitates uerborum et rerum, *quarum ita ratio habenda est, ut suo quaeque loco ponantur* 24 apud *ex* aput *corr. M* est (*κίς*) *Pauly; haec deleui* 26 formarecentιbus *M* item *nos:* ιdem *M,* iam ς 27 atquam *in* adquam *corr. M* 28 sufficerιnt *M*

ditia uerba appellauit. philosophi enim dicunt indicandarum rerum causa inuentas esse uoces. 50 † † fingeret. fing. non seruauerunt eius | qui inter omnes hic ethegi unum morem seuaue | r̄. cinctutis non exaudita fꝫ TδЄΞHC omnesiset | hegi morem seuauerunt eius quae romae Inter | anea discerptā romam rettulerat. nūquā | enim tunica usi sunt. Ideo cinctutis his dixit | quoniam cinctum est genus tunicae. infra pectus aptat. | eis ergo non exaudita uerba tamquam soluant | et intercaesarem nemo dixit. Est autem intestinū | pusillum. Et deinde uerbi gratia. sic alapam cum | uno digito inam ferimus auriculam. 52 et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem si Graeco fonte cadent parce detorta. magis, inquit, auctoritatem mereri possunt noua uerba, si a Graeco fuerint in Latinum deriuata, ut translulimus triclinium (antea cenaculum illud uocabamus, quia ibi cenabatur) et ab οἴνῳ uinum et a cylice calicem et a coccyge cuculum. 55 ego cur adquirere pauca si possum inuideor: cum Plauto Caecilioque permissum sit, si uoluerant, uerba fingere, cur mihi minus liceat Latinum ampliare sermonem et nouis uti uerbis. inuideor posuit pro: inuidetur mihi. 63 debemur morti nos nostraque. probat nunc uniuersa morti esse destinata; etiam uerba interire cum opera hominum. 65 sterilisque diu palus. Diuus Caesar duas instituerat res facere, portum Ostiensem munire et Pomptinam paludem quae in Campania *est* ad quadragensimum miliarium, emittere

---

3 *nihildum perspexi nisi* interanea *coniungendum eiusque uocis interpretamentum esse* est autem intestinum pusillum. *initio fort. scribendum est:* fingere cinctutis non exaudita καὶ τὰ ἑξῆς] omnes hi Cethegi morem seruauerunt eius, qui interanea discerpta Romam rettulerat 9 aptatae ς his? 10 insolita et intercisa nemo ς 13 ficta quae *M* 14 detorta: dempta *M* 18 coelice *M*, κύλικι ς 19 chocythe *M*, κόκκυγι ς cucunam *M* 21 permissā sic uoluerant *M* 25 et tam . . quam? 26 paulus *M* 28 pomptimam *M* 29 emitter& *M*

in mare. hanc ergo significat in hoc recidisse, ut iam aretur. 67 seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis doctus iter melius. Tiberim intellegamus. hunc enim Agrippa deriuauit, qua nunc uadit; antea per Uelabrum fluebat. 70 cadentque quae nunc sunt in honore uocabula si uolet usus hoc est: ratio loquendi. usus nihil enim aliud est quam regula sermonis Latini. 73 res gestae regumque ducumque. incipit nunc loqui de omnibus metris, de epico elegiaco ac iambico. 75 uersibus inpariter iunctis elegiacis, inparibus. [nam] hexametro enim priore sequenti pentametro scribuntur clamores. 79 Archilochum proprio rabies armauit iambo. primus Archilochus iambos scripsit in Lycambam socerum suum, quo modo comoediae et tragoediae ornantur, qui pes iambicus appellatur. nam hoc distat iambicus iambo [paribus. d. est metro], quod ex iambis constat et male dictis armatur, iambicus autem metro magis quam ratione similis est iambo. 81 alternis aptum sermonibus. nihil enim poeta in tragoedia dicit sed plures personae. itaque heroicum solet [res] referre, quid actum sit, tragoedia agit. 81 et popularis uincentem strepitus: ipsum altius in scaena sonantem quam populi clamor est. 83 Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum. nunc de lyrico carmine loquitur, quo metro scribunt aut heroum laudes aut Olympionicarum. pueros autem deorum heroas dicit. 85 et iuuenum curas hoc est: amores; quos lyrici celebrant. libera uina referre. qualia sunt Anacreontis carmina. 86 [descripta] descriptas seruare uices hoc est: ordinem positum per species signorum, quare poeta

5 belafrum *M* 10 elegio *M* 11 elegiacos *M*, elegiacos uersus dicit. inpariter: inparibus; nam ς 12 exam&ro enim enim *M* 13 archolochum proprior abeis *M* 15 socerum: generum *M* quo metro? 18 quod iambus ex ς 21 degit *M* 22 res *deleui* acti *M* 24 sonante *M* 26 qui *M* 27 olimpionicarum *M* 31 seruauere *M* 32 speties *M* quare = propter quae signa?

dicitur. 88 cur nescire pudens praue quam discere malo. huius uersus sensus talis est: cur malo nescire praue erubescens ne uidear ignorasse quam [malo] discere. 90 indignatur item priuatis hoc est: humilibus uerbis non uult tragoedia inpleri. 95 et tragicus plerumque dolet sermone pedestri. exigit saepe et tragoedia, ut pedestribus scribatur uerbis, ut cum Peleus uel Telephus regio habitu mutato loquantur. neque enim debet in habitu mendici auxilium petens regaliter loqui. 97 proicit ampullas. hoc a Callimacho sustulit, quod dixit.

98 si curat cor spectantis tetigisse querella hoc est: si id agit, ut adtente spectantem flere cogat. 99 dulcia sunto. nunc quasi legem ponit et praecipit. sunto enim et agunto 'sint' et 'agant' significat. sed leges antiquae his fere plenae sunt [quasignificant] uerbis. 102 si uis me flere dolendum est primum ipsi tibi. hoc Demosthenicum est. nam cum ad illum is qui uapulauerat accessisset peteretque summisse, ut causam suam ageret eo quod caesus esset, negauit se facturum, quia ille non uapulesset. illo adfirmante factum esse, aeque superuacuas dixit eius querellas. tunc tertio cum indignari uideret † et tuto adfirmante cum lacrimis adfectu, dixit nunc se illi credere. capiebat enim dicendi impetum ex irascente. 103 tunc tua me infortunia laedent id est: tunc tuae me calamitates mouebunt, quod Graeci *ἀτυχήματα* uocant. 113 Romani tollent equites peditesque cachinnum: ridebit equester ordo et plebs. cachinnus autem uerbum secundum *ὀνοματοποιίαν* fictum a sono risus. 114 intererit

---

4 malo *deleui* 5 tragoediã *M* 7 pedestrı *M* 8 telefus *M* 11 qȍod *M:* qui *Pauly ita ut e. g. Μοῦσαν ληκύθειον exciderit* 12 quaerellas *M* 13 adtentē *M* 17 *haec deleui, fort.* quae significaui? 18 demonsthenıcum *M* 19 quauabulauerat *et* 21 uabulasset *M* 22 aeque *nos:* eı que *M* 23 cum eum indignari uideret et toto adfirmare ϛ 26 tunc: cum *M* 29 redebıt *et* pleps cachıunum *M* 30 uerbum: uerũ *M* 31 onoΜΑΤΟΠΟΙΕΙΑΝ *M cf. ad Epo. 10, 17*

multum diuusne loquatur an heros hoc est: uni cuique personae actus aptandus est. quamquam apud Menandrum inducitur seruus [inducitur] libere loquens, ut omnia domino simpliciter fateatur. itaque quo modo illum excusat? [et hoc ille indulgenter et inconsulto]. 119 aut famam sequere aut sibi conuenientia finge. hoc aliud praeceptum est. nam poeta scripturus aut secundum consensum debet aliquid describere, aut si historiam tamquam tritam non uult attingere debet conuenienter noua inducere. 120 scriptor honoratum si forte reponis Achillen. apud antiquos comoediarum tragoediarumque scriptores cum primum in scaenam prodirent, fauorabiliter excipiebantur, *etiam* si male agerent, ut illorum ad scribendum iterum allicerentur animi, ac praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. sin uero ei iam male egissent, incipiebant derideri. ideo dixit 'reponis', quasi 'iterum profers'. 124 perfidus Ixion. moris erat apud antiquos ut ducturi uxores nuptialia munera et dotem ultro soceris darent. Ixion ergo cum filiam Eionei accepisset in coniugium et dotem inuitus daret, scrobem fecit ingentem, quam igne repleuit et in summo leuiter cinere contexit. in hanc Eionea, quem simulans ad cenam inuitauerat, mersit ac sic passus est uiuum exuri. ob hoc perfidus Ixion. 128 difficile est proprie communia dicere tuque. nunc in aliud catholicum † et quasi interrogans: at enim, inquiunt, difficile est

2 quamquam *nos:* tamquam *M* 3 liber *M* 5 quodam modo ς et hoc . . inconsulto *post* loquens *sunt in M: haec cum Porphyrioni interroganti lector respondisse uideatur, transposui atque deleui* indiligenter ς 8 scribturus *M* 10 noua (*uel* nouam) *nos:* notam *M* 11 scribtor *M* 12 comediarum *et* scribtores *M* 14 faborabiliter *M* agerent ut: agerentur *M* 15 ac: a *M* 17 ei iam *nos:* &iam *M*, iterum *Acr.* ς 18 reponit *et* proferens *M* 20 nuptalia *M* 21 eponei *M cf. schol. Apoll. Rhod. 3, 62* 21 iniquum coniugium *M* 24 ponea *M* caenam *M* 25 ab *M* 26 propriae . . tu qui *M* 28 et: transit? in *om.* ς

communis res propriis explicare uerbis. 131 si non circa uilem patulumque moraberis orbem. in eos dixit, *qui* quia *a* fine Iliados Homeri scripserunt, ⟨κυκλικοὶ⟩ appellantur. ideo et patulum orbem dixit. 133 nec uerbo uerbum curabis reddere hoc est: si non quaesieris, ut ad uerbum commutes, nec exprimere carmen sed magis sensus. alioquin si quid transtuleris et pusillum erit et ineptum. 139 parturient montes nascetur ridiculus mus. Graecum hoc prouerbium est Ὤδινεν ὄρος, τὸν δ' ἔτεκε μῦν [καὶ τίκτεται μῦς]. 146 nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Antimachus fuit cyclicus poeta. hic adgressus est materiam, quam sic extendit, ut uiginti quattuor uolumina impleuerit, antequam septem duces usque ad Thebas perduceret. 154 si plosoris eges aulaea manentis id est: si uis te a spectante audiri, donec aulaeum leuetur et donec is qui agit dicat uos ualete et plaudite, quae consummatio et comoediae et tragoediae est, haec intuenda sunt, quae omnia subicit. 179 aut agitur res in scaenis aut acta refertur. in tale transit καθολικόν: duo sunt genera nuntiorum. alter est, qui extra scaenam acta nuntiat; puta si filios Medea occidit, nuntiatur statim Iasoni; neque enim decet hoc in ipsa scaena fieri; alioquin incipit actus uerus fieri non fabula. alter est, qui in scaena commissa perfert extra scaenam; si puta adulterium Clytemestra conmiserit, ut hic quidem appellatur. 189 neu sit quinto productior actu fabula: neue incipiat tragoedia plus quam quinque partibus impleri. 190 quae posci uolet et spectanda reponi. *ita* illud

---

3 qui *et* a *addidi* scribserunt *M* 4 κυκλικοι *om. M* 10 ωΔΙΝΕΝΟ ꝫ ΤΙΚΤΕΤαΙΜΥϹ· ρΟϹΤΑΝΔΕΤΕ ΚΕmyΝ *M* 14 impleuit *M* 15 semptem *M* 17 a spectante *Dillenburger:* adsectante *M* 24 nuntiantur *M* 26 *Porph. sic interpretatus est:* res aut in scaenis agitur aut (in scaenis) acta refertur, *atque haec ad* ἀγγέλους *et* ἐξαγγέλους *pertinere putauit* 27 puta si ς *cf. Dig. 9, 2, 27, 21 cum 28, 5, 23, 2* 31 ita *Pauly add.*

dixit Si forte reponis Achillen, hoc est: quae placere uult et iterum proferri. 191 nec deus intersit nisi dignus uindice nodus inciderit. tunc demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interuentu eius exprimitur. alioquin male ponetur, ut in eo si quis seruum suum uoluerit occidere, sed magis cum aut filius patrem aut pater filium occidit.

192 nec quarta loqui persona laboret. tres enim personae tragoediam itemque comoediam peragunt; si tamen quarta interponitur, non loqui debet sed adnuere statimque dimitti. 193 actoris partes chorus officiumque uirile defendat id est: ne uiris agentibus feminarum inducatur chorus neue feminis uirilis; sed † agentes ex usu has partes custodient. 202 tibia non ut nunc orichalco uincta tubaeque aemula. colligit priore tempore certiore lege scriptas esse fabulas, quam hoc saeculo. nam et tibia, qua intercinitur, *non erat* aut tam pretiosa aut tam magna quam nunc est, quae orichalco ornatur, quod [res] simillimum bratteae aureae est. 203 simplexque foramine pauco. terna enim tantum modo foramina habuit antiqua tibia. 214 sic priscae motumque et luxuriam addidit arti. motum nunc gestum dicit. 216 sic etiam fidibus uoces creuere seueris. ante enim lyra septem chordas habebat. excogitata postea cithara est. 217 et tulit eloquium insolitum facundia praeceps id est: ausus est dicere, quae praecipit eloquentia. 218 utiliumque sagax rerum et diuina futuri sortilegis non discrepuit sententia Delphis. ante, inquit, sapientes loquebantur et illorum praeceptum

1 u. 120

5 poneet ineos si *M* 7 occid///// *M* 9 comediam *M* 14 agentis ex sexu? 15 tibio non ut non *M* 17 scribtas *M* 18 non erat *hic addidi,* nam nec tibia *alii* 23 addit *M* 25 seueres *M* 26 cythara *M* 27 solitum *M* 28 ausus *nos*: uisus *M,* usus ς eloquentiam *M* 31 sapienter *M*

pro responso erat, *ut* Τῷ ϑεῷ ἕπου, Θεῷ νοῦς et multa quae in templo Delphici Apollinis scripta sunt septem sapientium praecepta. sententiam dixit, ut apud Graecos γνώμη. 220 carmine qui tragico uilem certauit ob hircum. circa hunc enim tragoediarum scriptores apud antiquos contendebant, et tragoedia inde appellata est. 221 mox etiam agrestis Satyros nudauit hoc est: satyrica coeperunt scribere, ut Pomponius Atalanten uel Sisyphon uel Ariadnen. 234 non ego inornata et dominantia nomina solum. inornata: propria significauit. dominantia nomina sunt, quae rerum propriis uocabulis nuncupantur, ut: libri capsa pagina. haec autem non adeo propria sunt ut Uirtus me fregit Aeneae, quod est: Aeneas. 248 offenduntur enim quibus est equus et pater et res id est: equites Romani, quibus honestus sensus est, proprietate uerborum delectantur. 251 syllaba longa breui subiecta uocatur iambus. his enim pes syllabis constat. 252 unde etiam trimetris accedere iussit nomen iambeis. omnes uersus tragici iambici trimetri appellantur. quaeri autem solet, cur trimetri appellentur, cum senos accipiant pedes. quoniam scilicet tanta breuitas est pedum, ut iuncturae binos complectantur pedes. 254 non ita pridem tardior ut paulo grauiorque ueniret ad aures [ũ. u. a.] apud omnes enim antiquos uelox est et raro spondeum recipit. nunc hoc tempore inseritur. 257 non ut de sede secunda cederet aut quarta. potest sine dubio uel primo loco uel tertio aut quinto interseri spondius, sed utique secundo et quarto excluditur. his enim locis iambus interponitur. 261 aut operae

---

